JO. ALBERTI FABRICII ... BIBLIOTHECA GRAECA, SIVE NOTITIA SCRIPTORUM VETERUM GRAECORUM...

Johann Albert Fabricius, H. Westphalen

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
13 F
4 P

- HAG 4011

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

69.2.28

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ROMA
VITTORIO EMANUELE



Digitized by Google

Digitized by Google

JO. ALBERTI FABRICII,

SS. Theol. D. & Prof. Publ.

BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ

LIBRI IV. PARS ALTERA

Qua præter ſcriptores de Numerorum doctrina & alios nonnullos Philoſophos, recenſentur Rhetores ac Sophiſtæ, Lexicorumque veterum Græcorum notitia traditur.

Accedunt præter nonnulla hactenus inedita, DEMOCRITI & ANATOLII de Sympathiis & antipathiis, interpretatione & commentario illuſtrata, & PTOLEMÆI ASCALONITÆ de differentia vocum Græcarum, Specimenque Gloſſarii MS. νομικοῦ, PORPHYRIUS de Vita ſcriptisque Plotini, cum brevibus notis: LONGINI de metris fragmentum, & LUCÆ HOLSTENII V. C. Diſſertatio de Vita & ſcriptis Porphyrii.

HAMBURGI

Sumtu CHRISTIANI LIEBEZEIT,

ANNO M, DCCXI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Nobiliſſimo, Ampliſſimo atque
Conſultiſſimo Viro

PAULO DRAING,

J. U. L. & Reip. Hamburgenſis
Senatori,

S. D.

JO. ALBERTUS FABRICIUS.

Dabis veniam, VIR AMPLISSIME, quod præſentem novum hunc librum meum arida modo pumice expolitum ad Te potiſſimum deferre, Tuo ſubmittere patrocinio, & inſcripto Nobiliſſimo Nomine Tuo veluti pulchro auſpicio ornare ac commendare audeo. Ea fuit à longo jam tempore Tua in me tamque inſignita benevolen-

 tia,

Digitized by Google

tia, ut omnibus officiis colendam illam mihi esse jampridem intelligam, ni velim esse ingratus, itaque jamdudum optavi proficisci à me posse perfectius aliquod atque exquisitius munus, quo meam possem in te voluntatem & observantiam demonstrare. At cum nec in me sit dare majora quam ingenii tenuitas permittit, & in Te certet cum humanitate æquitas, ut animum dantis magis quam muneris exiguitatem Tibi ducas respiciendam esse, sperare imo confidere licet in bonam partem à Te iri acceptum, quod à me jam Tibi offertur. Quod si nullæ mihi essent privatæ rationes observandi Tui, attamen fugere me ac præterire non poterat singularis virtus Tua & honestas, omnium celebrata vocibus, & justi atque æqui constans illud & illibatum studium consociatum cum summa comitate, quod toti Civitati facit ut sis in oculis & amore, atque

Digitized by Google

atque commemorato nomine tuo integritatis ipſius jucunda cogitatio menti oboriatur audientis. Unde factum quoque eſt ut fortunam, cum illa neſcio quomodo nuper vellet innocentiſſimæ dignitati Tuæ inſultare, mox puduerit erroris ſui, ut cum longe majore gloria paulo poſt Te bonis omnibus incredibiliter lætantibus in integrum rurſus reſtituerit, quàm ſi affligere auſa numquam fuiſſet. Neque calumniæ ipſi facile ſit invenire quod de te ſiniſtri fingat ac mentiatur, adeo omnibus conſtat de tua in DEUM pietate, de fide ac manſvetudine in univerſos, nec minus de induſtria in rebus gerendis ac prudentia. His in virtutibus ut veſtigio Tuo inſiſtentes Patriæ ſiſtas etiam filios tuos, par illud fratrum exoptatiſſimum, ac probiſſimæ indolis, non modo quam diligenter in omni genere ſalutaris ac liberalis doctrinæ, nec, quæ DEI eſt gratia,

ſine

ROMA

ſine benedicto ſucceſſu eos curas inſtitui, ſed ipſe potiſſimuum eis præis hortatione & exemplo, in quod ſi ut faciunt porro intueri pergant, non Tu magis quam Reſp. ſibi de illis olim gratulari, & ex eorum virtute ac ſapientia fructus uberrimus ad publicam utilitatem redundare poterit. Quod ut certiſſimum præmium curarum ac meritorum tuorum feras vivens ſpiransque, & felici ſenectuti tuæ integra valetudine rebusque publice ac privatiam lætis hoc veluti corollarium ſuperaddatur, omnibus votis à benigniſſimo Numine contendo. Scripſi Hamburgi VII. Cal. April. Anni Chriſtiani cIↃ IↃccxI.

AD LE-

AD LECTOREM.

VEreor, Lector optime, promiſſi mei, ſi qua fuit, gratiam expectatione jam triennii conſumtam: cum Auſonio tamen in ſecundis habeo, non fefelliſſe. Ecce igitur partem Tibi alteram libri quarti Bibliothecæ Græcæ, quantam perficere temporis rationes mihi permiſerunt. Hæ ſi tuliſſent, conſtitueram ſane nonnulla adjungere, quæ in librum quintum vel ſextum jam à me rejici oportuit, vel ſeparatim à me edi in lucem erit fortaſſe latius. Nimirum Theologumena Arithmeticæ Jamblichi (ut mihi perſuaſi) auctoris, latina verſione mea & notis illuſtrata annectere volebam, quæ ſeorſim nunc vulgaturum me ſpero. Quinto autem vel ſexto libro hæc inſerentur capita, quæ ab hoc quarto divulſa eſſe fateor:

1. *De magno Suidæ Lexico, & de aliis lexicis Hiſtoricis valiusque generis, tum deperditis, tum ineditis, ut Photii, Zonaræ, &c.*

2. *De Lexicis Etymologicis, Magno, aliisque. De Jo. Philoponi & aliorum ſyllogis ad calcem theſauri H. Stephani & aliorum Lexicorum Græcolatinorum ſubjici ſolitis. De Gloſſariis Græcis & Græcolatinis editis atque ineditis. De lexico Nucerini Epiſcopi, Varini Phavorini Camertis, & præcipuis recentioribus Lexicis atque Gloſſariis tum Græcis tam Græcobarbaris & hodiernæ Græciæ idiomata illuſtrantibus.*

3. *De Grammaticis Græcis ab Aldo editis, Apollonio Dyſcolo, Herodiano aliisque, tum de Hephæſtione. De Herodiano item Hiſtorico, qui à Grammatico diverſus fuiſſe probatur.*

4. *De Dionyſii Thracis arte* Grammatica *MS. & commentariis in illam* Græcorum *ineditis. Catalogus* Grammaticorum *ineditorum. Ex deperditis* Grammaticis *quorum infinitus numerus, centuriæ aliquot ordine litterarum recenſitæ.*

5. De

5. *De ſcriptoribus Græcis usque ad Conſtantinum M. Chriſtianis, & indices ſcriptorum in univerſis illis quotquot editi exſtant, allegatorum.*

In indicibus ſcriptorum, quos in hoc etiam volumine non paucos habes, quædam interdum admiſi, ubi proprie ſcriptum nullum auctoris allegatur, ſed quæ ad notitiam litterariam mihi tamen facere videbantur, licet àlioqui fateor rectius ea ad indices rerum ſpectaſſe, ſed quales exhibere à meo inſtituto alienum fuit. Illam igitur qualemcunque, ſive libertatem ſive culpam ut feras, vel condones mihi, ab æquitate tua peto. Equidem omnem opto operam impendere, ut quam primum quæ reſtant operis partes typis exſcriptæ ſubſequantur, & confido intra brevius tempus duos reliquos libros me daturum, quam altera hæc libri quarti pars editionem morata eſt. Tu interim, fave laboribus noſtris, optime Lector, & Vale.

INDEX CAPITUM
partis ſecundæ, Libri IV.

Caput 22. *De Nicomacho Geraſeno & auctore Theologumenon Arithmeticæ, de Diophanto atque aliis ſcriptoribus Græcis editis, ineditis ac deperditis, qui diſciplinam numerorum tradiderunt. Indices auctorum à Nicomacho & in Theologumenis Arithmeticæ allegatorum.* p. 1.

23. *De M. Aurelio Antonino, Maximo Tyrio & Alcinoo. Indices ſcriptorum & Virorum illuſtrium quorum Maximus Tyrius & M. Antoninus meminerunt.* p. 20

24. *De Philoſtratis & Calliſtratis variis, itemque de Apollonio Tyanenſi & horum ſcriptis.* p. 43.

25. *De Alexandro Aphrodiſienſi ejusque ſcriptis editis, ineditis, ac deperditis, atque index ſcriptorum in univerſis editis ipſius monumentis laudatorum.* p. 62.

26. *De Plotino, Dexippo & Ammoniis variis. Vita Plotini à Porphyrio ſcripta, Græce & latine, diviſa in ſectiones, notisque brevibus & præmiſſo conſpectu Chronologico illuſtrata. Indices ſcriptorum à Plotino, Dexippo & in omnibus editis Ammonii Hermeæ ſcriptis tum ab Ammonio Grammatico de vocum differentia allegatorum.* p. 88.

27. *De Porphyrio ejusque ſcriptis editis, ineditis ac deperditis. Index auctorum in omnibus editis Porphyrii ſcriptis laudatorum. Lucæ Holſtenii V.C. diſſertatio de vita & ſcriptis Porphyrii.* p. 180.

28. *De Jamblicho Chalcidenſi ejusque ſcriptis editis, ineditis ac deperditis, & indices ſcriptorum in Jamblichi editis monumentis laudatorum. De aliis Jamblichis, & Libanii Epiſtola inedita ad juniorem Jamblichum Græce ac latine.* p. 282.

29. *Anatolii & Democriti fragmenta* περὶ συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν *nunc primum edita in lucem cum verſione &*

ne & notis V.C.D. Jo. Rendtorfii, Hamburgenſis. p. 295.

Caput. 30. *De Polemone, Herode Attico, Ariſtide, Adriano & Himerio. De Severo Alexandrino, Callinico, Theodoro Baſilaca & aliis ab Allatio vulgatis ſub titulo: Excerpta Rhetorum ac Sophiſtarum. De Ariſtidis ſcriptis editis ac deperditis, & index auctorum ab eo laudatorum. De Demade & Lesbonacte, de quibus libri 2. capite ultimo dicere omiſeram.*

31. *De Demetrio, Hermogene, Longino, Aphthonio, Alexandro, Pbœbammone, Minuciano & aliis Rhetoribus Græcisquos vel Aldus vel Tho. Galeus aut Laur. Normannus Viri Clariſſimi junctim ediderunt. Indices ſcriptorum in omnibus illis, & in amplis Commentariis Græcis ad Aphthonium atque Hermogenem allegatorum.*

32. *Catalogus Rhetorum & Oratorum ac Sophiſtarum plerorumque apud veteres ſcriptores memoratorum, concinnatus ordine Alphabeti.*

33. *De Julii Pollucis Onomaſtico, & index ſcriptorum in eo allegatorum accuratior Seberiano, à Stephano Berglero compoſitus. Ptolemæi Aſcalonitæ de differentia Græcarum dictionum è MS. Gudiano.*

34 *De Phrynicho atque aliis ſcriptoribus Vocum Atticarum, editis quidem Herodiano, Thoma Magiſtro ac Moſchopulo, tum de ineditis etiam ac deperditis. Index ſcriptorum longe plenior Hoeſcheliano in Phrynichum, & alius in Thomam Magiſtrum, ex editione Blancardi. De lexicis & gloſſariis in alias linguæ Græcæ dialectos, & de dialectis ſcriptores.*

35. *De gloſſario Heſychii Alexandrini, & de Lexicis Græcis Biblicis. Index ſcriptorum in Heſychii lexico allegatorum, concinnatus à Io. Pricæo.*

36. *De Lexicis ad libros Ictorum, Medicorum, Philoſophorum, & Rhetorum intelligendos comparatis. Singillatim de Erotiano ſive Herodiano & Harpocratione. Indices ſcriptorum ab utroque allegatorum.*

Indices ſcriptorum, laudatorum

Ab Alexandro Rhetore, p.461.
In Alexandri Aphrodiſei ſcriptis, p.78.
Ammonii Hermeæ ſcriptis, p.165.
Ab Ammonio de differentiis vocabulorum, p.175.
M.Antonino, p.28.
Ariſtide, p.396.
In Demetrii libro περὶ ἑρμηνείας, p.426.
Dexippi libris tribus ad Categorias, p.156.
Ab Erotiano, 574.
Harpocratione, p.589.
Hermogene, p.433.
In Heſychii Lexico, p.554.
Jamblichi Vita Pythag. p.288. Protreptico, p.289.
Comentar.in Nicomachi Geraſeni Arithmet.p.291
Ab Longino, p.441.
Matthæo Camariota.p.475.
Maximo Tyrio, p.39.
Minuciano Rhetore, p.461.
In Nicomachi Geraſeni Arithmetica & Muſica, p.7.
A Phoebammone Rhetore, p.461.
Phrynicho de vocibus Atticis, p.525.
Plotino, p.157.
In Jul.Pollucis Onomaſtico p.491.
Porphyrii ſcriptis, p.198.
A Scholiaſtis Aphthonii atque Hermogenis, p.462.
In Theologumenis Arithmeticæ, p.11.
Theonis progymnaſmatis, p.453.
A Thoma Magiſtro de vocibus Atticis.p.528.

BIBLI-

BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ
LIBRI IV.
PARS ALTERA.

CAPUT XXII.
De NICOMACHO Geraſeno, & Auctore Theologumenon Arithmeticæ, de DIOPHANTO atque aliis Scriptoribus qui diſciplinam numerorum tradiderunt.

Nicomachi Geraſeni ætas. 1. *alii Nicomachi.* 2. *Nicomachi Geraſeni inſtitutio Arithmetica* 3. *Muſica.* 4. *Index Scriptorum à Nicomacho allegatorum.* 5. *Scripta Nicomachi deperdita* 6. *De Theologumenis Arithmeticæ.* 7. *Index Scriptorum in illis allegatorum.* 8. *De Diophanto Alex.* 9. *Ejus Arithmeticorum problematum VI. libri.* 10. *Editiones.* 11. *Alii Diophanti,* 12. *Alii ſcriptores de numeris Græci editi,* 13. *inediti.* 14. *deperditi.* 15.

I.

NICOMACHUS è Geraſa Arabiæ urbe *a*) Philoſophus Pythagoricus, *b*) non fuit antiquior Platone, ut viſum Joſepho Blancano in Chronologia Mathematicorum, ſed longe junior, cum nullam ipſius mentionem faciat in Arithmeticis Muſicisque Theon Smyrnæus, qui Plutarchi æqualis fuit, ipſe vero Nicomachus lib. I. Enchiridii Harmonici meminerit non Platonis modo & Eratoſthenis, ſed & Thraſylli *c*) Mathematici, qui Auguſto ac Tiberio

a) Gergaſenum Nicomachum vocare malunt nonnulli. Nimirum eadem urbs dicta Γέρασα quæ antea Γεργασεί, ut docet Euſebius de locis Hebr. p. 119. edit. Bonfrerianæ: Confer Clariſſ. Grævii lectiones Heſiodeas cap. 16. & H. Valeſium ad Ammianum XIV. 8. Origenes quidem p. 131. in Matth. Gergaſam Paleſtinæ à Geraſa Arabiæ diſtinguit. Sed fuit & altera Geraſa Syriæ Cœles, cujus meminere Stephanus Byz. & Ptolemæus, quamque Nicomachi noſtri fuiſſe patriam omnes unanimiter aſſeverare affirmat Abr. Berkelius ad Stephanum p. 296. Sed neminem certe veterum hoc affirmare video. Itaque malo aſſentire antiquo ſcriptori (non Jamblicho, in cujus commentario per Tennulinum edito nihil tale legitur, ſed Johanni Philopono vel Aſclepio Tralliano) qui patriam Nicomachi ſcribit Geraſam finitimam Boſtræ in Arabia. Γερασηνὸς δὲ λέγεται ἀπὸ τ῀ πόλεως ἥ ἐστιν ἐν τῇ Γέρασα. Ἔστι δὲ περὶ Βόστραν τῆς Ἀραβίας (Γυψαρίαν legit Berkelius, forte ſcribendum Βόστραν τὴν Ἀραβίας.) Porro in Photii etiam Codicibus Γερασηνὸς vocatur Nicomachus, non Γεργασηνὸς, quod affirmat Vir præſtantiſſimus p. 81. lect. Heſiod.

b) Porphyrius apud Euſeb. VI. 19. Hiſt. & Nicephorum V. 13. Nicomachum jungit Moderato, & teſtatur Origenem horum, aliorumque ἐν Πυθαγορείοις ἐλλογίμων ἀνδρῶν lectione delectatum fuiſſe. Pythagoreum quoque vocat Pappus Alex. lib. 3 collect. Matheſ. pag. 19. ubi e libro 2. Iſagoges Arithmeticæ Nicomachi refert medietates proportionum, & Marinus in Vita Procli c. 28. quem ſomnio edoctum narrat Nicomachi Pythagorei animam ſibi contigiſſe.

c) Nicomachus lib. I. Enchirid. Harmon. p. 24. καὶ προσεκτησόμεθα τὴν τ῀ Πυθαγορικ῀ κανόν῀ κατατομὴν ἀκριβῶς κατὰ τὸ ἐλλιμὲς τ῀ διδασκάλ῀ σπουδετελεσμένην, οὐχ ὡς Ἐρατοσθένης παρέλκυσεν ἢ ΘΡΑΣΥΛΛΟΣ, ἀλλ' ὡς ὁ Λεκρὸς Τίμαι῀, ᾧ καὶ Πλάτων παρηκολούθησεν ἕως τ῀ ἑπτακαιδεκασιπλασίου. Divisionem Muſici Canonis ex mente Thraſylli habes apud Theonem Smyrnæum c. 35. 36. 37. Muſic. p. 137—145. Laudat Thraſyllum iterum c. 2 p. 74. περὶ τῆς, ἐν ὀργάνῳ ἀιθητῆς ἁρμονίας. Equidem Thraſylli cujusdam Muſici ac Poëtæ antiqui patria Phliaſii mentio apud Plutarchum de Muſica p. 1137. atque hunc à Nicomacho laudari putabat doctiſſimus Jonſius p. 224. Sed ſcripſiſſe illum minus conſtat, itaque veriſimilius eſt intelligi Thraſyllum Mendeſium, multarum artium ſcientiam profeſſum & Platonicæ ſectæ addictum, quem Tiberius

Tiberio imperante floruit: quin libro altero memorat Claudium Ptolemæum *d*) clarum Antonini Pii temporibus, nisi cum Marco Meibomio V. C. affirmare velis verba illa de Ptolemæo esse à recentiore manu, præsertim cum Enchiridion Harmonicum integrum libro primo absolvatur, & quæ libri secundi vice subjunguntur, tantum excerpta sunt ex majore ut videtur opere Musico, quod pluribus libris Nicomachus post Enchiridion concinnarat. Cæterum Claudio Ptolemæo suppar fuit *Apulejus* Madaurensis, qui Nicomachi Arithmeticem latine converterat teste Cassiodoro de Arithmet. ex quo idem tradunt Isidorus Hisp. lib. 3. Originum c. 2. & Beda libro de computo, aliique. Unde constat quoque Nicomachum seniorem è cujus schedis *Vitam Apollonii* descriptam à Tascio Victoriano memorat Sidonius Apollinaris VIII. 3. Epist. diversum à nostro esse, etiam Philostrato cujus Codices emendavit ac recensuit *e*) juniorem: nec quicquam videtur obstare quo minus hic Sidonio memoratus idem sit cum *Virio Nicomacho Flaviano f*) præfecto prætorio Italiæ A. C. CCCXCI. ad cujus filium Nicomachum Flavianum totus liber secundus & ad filios totus sextus Epistolarum Symmachi extat.

II. De aliis Nicomachis Svidam, Meursium, *g*) & Jo. Jonsium *h*) consulere lector poterit, dum mihi interim sufficiet brevi-

rius in coontubernium adscivit Astrologicis ejus divinationibus usus, de quo nota loca Svetonii August 99. Tiber. 14. & 62. Calig. 19. Taciti VI. Annal. 20. seq. Dionis sive Xiphilini p. 755. sq. & 638. Zonaræ, Cedreni &c. Schol. Juvenalis VI. 576 Themistii Orat. V. p. 63. VIII. p. 108. XI. p. 145. Allegatur etiam Thrasyllus à Porphyrio ad tetrabiblon Ptolemæi p. 180. Achille Tatio ad Aratum c. 16. & 19. & Plinio plus uno loco: tum inter eos qui Pythagorica & Platonica dogmata exposuerunt à Porphyrio in Vita Plotini. Ejus Ægyptiaca allegat præter Stobæum Plutarchus de flum. in Nilo. Ex his petitæ fortassis observationes Chronologicæ quas Thrasyllo auctore laudate refert Clemens I. Strom. p. 335 Librum III. περὶ λίθων & Τραγικὰ citat Plutarchus de flum. in Strymone. Digessit & libros Democriti ac Platonis in tetralogias, de quibus è Laërtio alibi dicere me memini. Ἐν τῷ περὶ τῶν πρώτων τόνων citatur Thrasyllus à Porphyrio in Ptolemæi Music. p. 266. De aliis Thrasyllis vide si placet Jonsium. III. 3.

d) Nicomachus lib. 2. Harmon p. 36. ὃ δὴ καὶ Πτολεμαῖος συνεχέστερον &c. Respicit Ptolemæi Musicor. lib. 2. c. 9.

e) Vide Sirmondum ad Sidon. & quæ infra c. 24. ubi de Vita Apollonii à Philostrato scripta.

f) Confer de hoc Thomæ Reinesii Inscriptiones p. 79. & Epistolas ad Hofmannum p. 624. Jac. Sponii Miscellanea eruditæ antiquitatis p. 123.

g) Meurs. notis ad Nicomachi manuale Harmonic.

h) Jons. de scriptoribus Hist. philos. III. 13.

ter perſtrinxiſſe hos tredecim vel quatuordecim à duobus vel tribus, quos jam commemoravi, diverſos, fuit enim

1) Nicomachus Medicus antiquiſſimus, Machaonis F. de quo Suidas & in Meſſeniacis Pauſanias p. 287. & 353. ſeq. qui divinis affectum honoribus fuiſſe auctor eſt.

2) Nicomachus Stagirita, ex prioris poſteris, Ariſtotelis parens, Regis Amyntæ Archiater, teſte Ammonio in Philoſophi vita. Hic Ἰατρικῶν ſex libros & unum Φυσικῶν ſcripſiſſe à Suida traditur.

3) Nicomachus Athenienſis, quo Archonte Olymp. CVIIII. 4. Cometam viſum narrat Ariſtoteles lib. I cap. 7. Meteorolog.

4) Muſicus antiquiſſimus, Nicomachus, Ismeniæ, (atque adeo Platonis ut obſervatum Jonſio) æqualis, de quo adi Plinium XXXVII. 1.

5) Nicomachus Ariſtodemi F. pictor, de quo loca Ciceronis, Vitruvii, Plinii, Plutarchi, Serviique ac Stobæi congeſſit Franciſcus Iunius in Catalogo artificum p. 134. Cæterum dubito fueritne is auctor Elegiæ περὶ ζωγράφων, è qua hos verſus de pictore Apollodoro refert Hephæſtio in Enchiridio p. 14.

Οὗτος δή σοι ὁ κλεινὸς ἀνὴρ Ἑλλάδα πᾶσαν Ἀπολλόδωρος· γινώσκεις τέκμαρ τῶν κλύων.

Pictorem certe Nicomachum hunc Hephæſtio non appellat, ſed ejus teſtimonio inter probatiſſimos poëtas utitur.

6) & 7) Nicomachi Tragici duo, ex Alexandria Troadis alter, alter Athenienſis. De utroque dixi lib. 2. c. 19.

8) Nicomachus Comicus, quem Rhythmicum Athenæus VIII. p. 364. vocat, & cui dramata quædam Pherecrati ab aliis tributa Eratoſthenes adſcripſit, ut notavi ſupta lib. 2. c. 22.

9) Nicomachus filius Ariſtotelis, cui Pater Ethica ſua inſcripſit. Hunc Suidas ait & ipſum ſcripſiſſe ἠθικῶν libros ſex, & de Patris ſui Phyſica Acroaſi. Dixi de illo ſupra lib. 3. c. 6. §. 29. & c. 11.

10) Nicomachus γραμματεὺς, legum Solonis, quæ deſcribendæ ei fuerunt commiſſæ, corruptor, contra quem extat Lyſiæ Oratio XXIX.

11) Nicomachus qui in conjurationem adverſus Alexandrum conſentire recuſavit. Plutarch. Alex. p. 692. Curtius, VI. 7. Diodorus Sic. XVII. p. 604.

12) Nicomachus Zenobiæ Reginæ ab Epiſtolis, de quo Vopiſcus in Aureliano c. 27.

13)

13) Senator Conſularis Romanus Mænus Falconius Nicomachus, cujus idem Vopiſcus in Tacito Imp. mentionem facit c. 5.

14) Aruntius Nicomachus, Archon primus ſecundùm apud Temenothyrenſes, in veteri numiſmate apud illuſtrem Virum Ezech. Spanhemium Tom. I. p. 258. de V. & P. Numiſm.

III. Ut ad Nicomachum Geraſenum revertamur, extant ejus ΑΡΙΘΜΗΤΙΚΗΣ i) ΕΙΣΑΓΩΓΗΣ, *Arithmetices inſtitutionum* ſive *introductionis in numerorum diſciplinam libri II.* quos Græce excudit Chriſtianus Wechelus Pariſ. 1538. 4. Latine olim verterat *Apulejus*, cujus verſio intercidit: Et *Boëthius*, quem laudat Caſſiodorus lib. 1. Variar. Epiſt. 45. Extantque adhuc libri duo Arithmetices *Boëthii*, quæ pro liberiore verſione Nicomachi haberi poſſunt, quem nominetenus laudat p. 1323. & 1341. quanquam non hanc Iſagogen ſolum, ſed & alterum majus Nicomachi opus Arithmeticum, quod temporum injuria amiſimus, ſimul conſuluiſſe & in compendium miſiſſe videtur. *Ea*, inquit in præf. *quæ de numeris à Nicomacho diffuſius diſputata ſunt, moderata brevitate collegi. Et quæ tranſcurſa velocius anguſtiorem intelligentiæ præſtabant aditum, mediocri adjectione reſeravi, ut aliquando ad evidentiam rerum noſtris etiam formulis ac deſcriptionibus uteremur.* E Græcis certatim hanc Nicomachi Iſagogen illuſtrarunt *Heronas*, cujus Ὑπόμνημα εἰς τὴν Ἀριθμητικὴν εἰσαγωγὴν laudatur ab Eutocio in Archimedis 2. de ſphæra & cylindio p. 28. *Proclus* Laodicenus, quem Suidas auctor eſt ſcripſiſſe εἰς τὴν Νικομάχου εἰσαγωγὴν τ' Ἀριθμητικῆς. *Aſclepius Philoſophus Trallianus*, Ammonii diſcipulus (male *Trojanus* dicitur in Catalogo Codd. MSS. Bibl. Auguſtanæ p. 81.) & *Joannes Philoponus*, quorum commentaria ſcholiaque adhuc ſuperſunt in variis Bibliothecis Angliæ, Italiæ, Galliæ, Belgii, Germaniæ: manu exarata etiam Lucæ Holſtenii beneficio habentur in Johannea hujus Urbis Hamburgenſis. Editionem utriusque promiſit Jo. Fellus Oxonienſis Epiſcopus notis ad Eratoſthenis Cribrum à Nicomacho ſervatum p. 42. Loca quædam ex Aſclepii Commentariis Græce produxere Iſmael Bullialdus ad Theonem pagin. 293. & Marcus Meibomius in Dialogo de proportionibus p. 82. & 186. qui p. 80. etiam ſpecimen ſcholiorum Græcorum interlinearium profert. De Johannis Philoponi ἐξηγήσει vide Reineſii Epiſtolas ad Boſium p. 262. 266. *Jamblichus* denique, cæteris quos memoravi antiquior, cu-

i) Εἰσαγωγὴν videtur appellare Nicomachus ipſe p. 30. 35. 44. 62. 64. 76. Photio quoque εἰσαγωγὴ dicitur Cod. 187, ubi tria diverſa Nicomachi opera memorat, Theologumena Arithmetices, Arithmeticen uberiorem, & introductionem.

jus commentarius, libri quarti locum inter decem libros de secta Pythagorica olim occupans, Græce ex Codice Memmiano Regio Romanoque sive Vaticano & Claramontano editus est cum Latina versione & notis *Sam. Tennulii*, Arnhemiæ & Daventriæ A. 1668 4. additis etiam *Joach. Camerarii* ad Nicomachi librum utrumque observationibus, symbolisque Arithmeticis, quæ una cum ejus libro de logistica & Græcis Latinisque numerorum notis lucem viderant Lipsiæ 1569. 8. Jamblichi judicium de Nicomacho quod p. 4. extat, quia præclarum est, non videtur omittendum: Εὐρίσκομεν δὴ πάντα κῆ γνώμιμον ἔ Πυθαγόρᾳ τὸν Νικόμαχον περὶ Ἀριθμητικῆς ἀποδεδωκότα ἐν τῇ Ἀριθμητικῇ τέχνῃ. Ὅ,τε γὰρ ἀνὴρ μέγας ἐστὶν ἐν πᾶσι μαθήμασι, καὶ καθηγεμόνας ἔχε περὶ αὐτὸν τοὺς ἐμπειροτάτους ἐν τοῖς μαθήμασι. Καὶ ἄνευ τούτων τάξιν θαυμαστὴν καὶ Θεωρίαν μετ' ἀποδείξεώς τε θαυμαστῆς τ Πυθαγορικῶν ἀρχῶν Πυθαγορικῶς ἀκριβῶς παραδίδωσι. Omitto alia quæ in ejus laudem à Jamblicho scripta sunt. Nam in Arithmeticis certe Nicomachus adeo omne punctum tulit, ut in proverbium etiam res abierit. Autor dialogi inter Luciani opera qui Philopatris inscribitur p. 468. καὶ γὰρ ἀριθμέεις ὡς Νικόμαχος ὁ Γερασηνός. Itaque tanquam princeps auctor hujus disciplinæ celebratur à Cassiodoro, Isidoro, Beda: Meminit & Boëthius Geometr. lib. 2 p. 1528. 1542. & Auctor altercationis Synagogæ & Ecclesiæ cap. 1. *Arithmeticam Samius Pythagoras invenit, Nicomachus scripsit.* Cassiodorus in Psal. I. *quicquid ab uno plus est, sunt ait Nicomachus, jam fit numerabile.* Alanus Anti Claudiani libro 3. p. 74.

Hic pictum docet autores qui numerandi
Invenere vias, artem docuere, latentem
Produxere foras, fama coluere jacentem.
Illic Nicomachus prædicta ludit in arte
Et quasi per numeros rerum secreta prophetat.

Ex Nicomachi Arithmeticis pleraque in opus suum de expetendis & fugiendis transtulit, atque adeo in libris tribus de Arithmetica latine interpretatus est *Georgius Valla* Placentinus, Venet. 1501. fol. In Actis Eruditorum Lips. A. 1691 p. 200. & T. 1. Supplementi p. 341. spes facta est *Johannem Baptistam Lantinum* V. C. ad præla parasse versionem latinam Pappi Alexandrini de numeris & Arithmeticæ Nicomachi cum notis, in quibus Analysin veterum Græcorum restituere est aggressus.

IV. ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ ΑΡΜΟΝΙΚΗς *Manuale Harmonices* libris II. editum est è Jos. Scaligeri Codice *Græce* primum à *Johanne Meursio*, Lugd. Bat. 1616. 4. una cum aliis Musicis Aristoxeno & Alypio, & brevi-

brevibus notis. Deinde emendatius à *Marco Meibomio* V. C. qui usus fuit Codice per *Gerardum Langbainium* cum duobus MSS. Oxonienſibus collato, & latinam verſionem notasque addidit, Amſtelod. 1652. 4. Junctus eſt Nicomachus in hac quoque editione aliis Muſicis Græcis, Ariſtoxeno, Euclidi, Alypio, Gaudentio, Bacchio & Ariſtidi Quintiliano de quibus jam dixi lib. 3. c. 10. Cæterum licet Voſſius lib. de ſcientiis Mathemat. p. 94. Nicomachi manuale ab Antonio Hermanno Gongava latine translatum ſcripſit, ſecutus Geſnerum in Bibl. nunquam tamen illa verſio lucem vidit. Prolixum ex hoc Nicomachi Enchiridio locum diſſimulato ejus nomine ad verbum repetit Jamblichus lib. I. de vita Pythagoræ cap. 26. Secuti quoque Nicomachum ſunt Boëthius libris de Muſica, qui eum laudat p. 1383. 1392. 1406. 1418. tum Michaël Bryennius p. 364.

V. INDICULUS SCRIPTORUM aliorumrumque Virorum Clarorum, à Nicomacho memoratorum.

M. paginas editionis Græcolat. Enchiridii Harmonici, & A. paginas editionis Græcæ Arithmetices indicat.

Androcydes Pythagoricus A. lib. I. p. 5.
Archytas Tarentinus ἐν τῷ περὶ ἁρμονικῆς A. lib. I. p. 5.
Ariſtoteles A. lib. 1. p. 36. lib. 2. p. 75.
Cadmus Agenoris F. lyræ repertor, M. lib. 2. p. 30.
Eratoſthenes M. lib. 1. p. 25. Ejus κόσκινον ſive cribrum A. lib. 1. p. 17. ſeq. Vide quæ de hoc Cribro Arithmetico dixi ſupra lib. 3. c. 18. §. 14.
Hiſtiæus Muſicus. M. lib. 2. p. 35.
Linus M. lib. 2. p. 29.
Mathematici & Phyſici. A. lib. 2. p. 58. οἱ περὶ τὰ θεωρήματα, p. 64. οἱ μαθηματικοὶ καὶ αἱρετικοί. p. 75. οἱ παλαιοὶ φυσιολογεῖν ἐπιχειροῦντες. p. 59. 74. 76.
Muſici canonis Pythagorici κατασκευή. A. lib. 2. p. 72. M. lib. 1. p. 24.
Orphei lyra à Mercurio accepta M. lib. 2. p. 29.
Πρώτων θεσέλησις A. lib. 1. p. 31.
Pherecrates Comicus in Chirone. M. lib. 2. p. 35.

Phi-

Philolaus M. lib. 1. p. 27. A. lib. 2. p. 59. 72. ὁ Πυθαγόρᾳ διδάσκαλος ἐν τῷ πρώτῳ Φυσικῷ. M. lib. 1. p. 17.

Plato A. lib. 2. p 63. 75. M. lib. 1. p. 24. lib. 2. p. 36. ἐν τῇ Ψυχογονίᾳ A. lib. 2. pag. 40. M. lib. 1. p. 15. Respicit *Timæum* Platonis qui laudatur etiam A. lib. 1. pagin. 4. lib. 2. pagin. 59. *Libri de Republica* A. lib. 1. p. 6. lib. 2. p. 69. *XIII. de Legibus* M. lib. 2. p. 41. liber ille à quibusdam inscriptus φιλόσοφος, quia docet qualem esse oportet Philosophum. A. lib. 1. p. 6. Confer quæ notavi supra lib. 3. c. 1. num. XXXV. πλατωνικὸν θεώρημα. A. lib. 2. p. 67.

Poëta (Homerus) A. lib. 1. p. 21.

(Claudius) Ptolemæus. M. lib. 2. p. 36.

Pythagoras A. lib. 1. p. 3. lib. 2. p. 63. 75. M. lib. 1. p. 9. 10. lib. 2. p. 36. & 38. ubi Πυθαγόρας ὁμώνυμος respicit notum illud in aureis carminibus: ὃ μὰ τὸν ἡμετέρᾳ ψυχᾷ &c. Pythagorica definitio numeri paris A. lib. 1. p. 9. οἱ περὶ Πυθαγόραν καὶ αὐτὸν Δικαίαρχος. A. lib. 2. p. 56.

Pythagorici. A. lib. 2. p. 64. M. lib. 1. p. 8. οἱ ἀπὸ τῆς Πυθαγορικῆς διδασκαλείου M. lib. 1. p. 3.

Terpander lyræ inventor. M. lib. 2. p. 30.

Thamyris. M. lib. 2. p. 29.

Theophrastus Pierites, Musicus M. l. 2. p. 35.

Thrasyllus. M. lib. 1. p. 25.

Timæus Locrus. M. lib. 1. p. 24.

Timotheus Milesius, Musicus. M. lib. 2. p. 35.

VI. SCRIPTA NICOMACHI deperdita.

1. *Collectio Pythagoricorum dogmatum.* Syrianus in XII. Metaphys. p. 57. b. Hoc opus respicere videtur Jamblichus Nicomachum laudans in vita Pythag. c. 35. sect. 251 & Simplicius in 2. de cœlo p. 123. εἰ μὴ ἴσως ἡ τῶν ἐκκέντρων κύκλων ὑπόθεσις ἀπὸ τῆς Πυθαγορείων ἐγκωμιαστικῆς, ὡς ἄλλοι τινὲς διηγήσανται, καὶ Νικομάχῳ ἐπόμενος ὁ Ἰάμβλιχος. Liber Jamblichi quo hoc tradiderat intercidit & ipse; erat autem liber decimus περὶ Πυθαγορικῆς αἱρέσεως, cujus argumentum fuit περὶ Σφαιρικῆς atque Ἀστρολογικῆς.

2. *Libri de Musica.* Ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Μουσικῆς laudatur ab Eutocio in Archimedis 2. de sphæra ac Cylindro p. 28. Fuit enim hoc opus plenius ac copiosius Enchiridio Harmonices Nicomacheo quod habemus, & de quo supra dixi. Promittit illud Nicomachus ipse p. 3. συντάξω δέ σοι μείζονα καὶ ἀκριβεστέραν εἰσαγωγὴν περὶ

ἐν αὐτῷ, καὶ πλήρη, * τὸ λεγόμενον συλλογισμῶν διηρθρωμένων καὶ ἐν πλείοσι βιβλίοις, καὶ ἀφ' ἁπλῆς πρωτίστης ἀφορμῆς αἰσπόμενος, ἔνθα αὖ μάλιστα ὑμᾶς πιθανώτατα. Et p. 13. Τούτων δὴ πάντων τὰς καθ' ἕκαστον φθόγγον εὑρέσεις καὶ αἰτίας καὶ παραγωγὰς ὡς ἐγένοντο, καὶ πόθεν, καὶ ἐκ ποίας ἀφορμῆς, ἐν τοῖς καὶ πλάτει ἀποδώσομέν σοι. similiter p. 27. & in extremo libri: παρεδέχθη δὲ θεῶν ὑπηρετούντων πλήρεστάτην τὴν περὶ αὐτῶν τούτων τεχνολογίαν αὐτίκα μάλα σοι ὡς ἐμὲ πεμφθησομένην μετ' ἀπὸ πρώτης ἀφορμῆς. Ex illo pleniore opere Musico fragmenta videntur ad nos perveniſſe, quæ ſub titulo libri ſecundi legi monui.

3. Θεολογούμενα ἀριθμητικῆς, *de numeris* ad varias res Theologicas, Phyſicas & morales applicatis ſpeculationum libri II, quorum argumentum perſequitur Photius Codice CLXXXVII. Ex iisdem plura afferuntur in libro ejusdem argumenti & tituli qui Iamblicho vel quocunque alio auctore Græce prodiit Pariſ. 1543. 4. De hoc mox infra dicturus ſum. Iam lubet obſervare quod Nicomachus ipſe ad illud opus ſuum lectorem remittit lib. 2. Arithmet. p. 64. ubi de denario in variis rebus conſpicuo diſſerens, cum illarum quasdam enumeraſſet, addit: καὶ ἕτερα μύρια, ἃ καθ' οἰκεῖον τόπον ἐν ἑτέροις ἐψόμεθα.

4. Τέχνη Ἀριθμητική, *liberior de numeris doctrina*, quam à Theologumenis Arithmeticæ & ab Iſagoge quæ exſtat diſtinguit Photius loco laudato: ἀλλ' ὥσπερ ἐν τῇ Ἀριθμητικῇ αὐτὸς καὶ περὶ ταύτης εἰσαγωγῆς κ. τ. λ. Ex hac quoque fragmenta in Theologumenis Arithmeticæ extant, & nominatim è libro ſecundo p. 33. 43.

5. *Iſagogen* ſuam *in Geometriam* videtur allegare Nicomachus lib. 2. Arithmeticæ p. 44. ἃ δὴ ἰδίως ἐν τῇ γεωμετρικῇ παραδίδοται εἰσαγωγῇ. Nicomachus ἐν πρώτῳ περὶ ἑορτῶν Αἰγυπτίων laudatur ab Athenæo XI. p. 478. noſter an alius hoc nomine, affirmare non audeo.

VII. Nicomacho non ab re ſubjunxerim Θεολογούμενα Ἀριθμητικῆς, ſive librum inſignem incerti ſcriptoris de iis quæ veteres, (Pythagorici maxime, hos enim numeris uſos ad res Phyſicas, Ethicas & Theologicas explicandas uti ſolitos, præter alios docet Jamblichus libro inedito de communi Mathematica ſcientia c. 30. & 31. & Proclus

* Senſus horum verborum non eſt, ut doctus interpres vertit: *quæque plena ſit, ut proverbio dicitur, ratiocinationibus membratim diſquiſitis.* Quæſo enim quale hoc proverbium? Potius igitur hæc videtur eſſe Nicomachi ſententia: *quæ plenior ſit, & compendiohic dicta ratiocinationibus articulatim explices.*

lib. 1. c. 4. Theol. Platon. notat, Ὀρφικὰς λόγους συμβόλων, Πυθαγορείους δὲ ἀριθμῶν ὡς εἰκόνων τὰ θεῖα μιμουμένων instituisse) Theologicè ac Philosophice de numeris speculati sunt. *Hoc præclarum Antiquitatis in eo genere monumentum ad manus nostras perveniſſe, eſt quod nobis gratulemur*, inquit Meursius p. 7. libri de Denario Pythagorico ** quo libello vestigiis horum Theologumenon diligenter insistit, & loca non pauca illorum vicissim erudite illustravit. Prodiere hactenus semel tantum Græce Paris. apud Christianum Wechelum 1543. 4. adeo ut operetium esset novam illorum editionem dari addita latina versione & necessariis castigationibus ac notis, quam operam non negabo fortassis infra harum litterarum studiosis, ubi otium se obtulerit. Nunc moneo illa MSta extare in Regis Christianissimi Codice 484. teste Labbeo in Bibl. nova MSS. p. 117. emendationesque in illum librum & fortassis latinam ejus versionem fuisse in Bibliotheca Renati Moreau, ut ex eodem Labbeo p. 213. conjicio. Equidem Theologumena illa partem e *Nicomachi* libris duobus ejusdem tituli & argumenti quos legit Photius Cod. 187. collecta esse, facile mihi persuaserim, at Nicomachi ipsius non sunt, qui nominetenus in illius plus simplici vice allegatur, sed nec *Theonis* ut existimo, etsi Gesnerus testatur se in Catalogo quodam legisse *Theonis Theologumena*, quo titulo ni fallor indicata sunt ea quæ ad Platonem ex disciplinis Mathematicis scripsit Theo Smnyrnæus, & partem Bullialdus edidit, nisi plane aliud fuit opus non de numeris sed de Diis & rebus Divinis, qualia extitere Theologumena *Aristotelis* de quibus dixi lib. 3. c. 7. Theologumena *Asclepiadis Mendesii* de quibus videndus Casaubonus ad Svetonii Augustum c. 94. & *Soſiclis Attici* Theologumena quæ laudantur à Fulgentio lib. 3. Mytholog. Non absurda de cætero conjectura mihi videtur doctissimi Viri Thomæ Galei in notis ad Iamblichum de Mysteriis Ægyptiorum p. 201. qui Theologumenorum Arithmeticæ auc-

to-

** Recusus est Meursii Denarius Pythagoricus post editionem Lugd. B. 1631. 4. in Tomo IX. thesauri antiquitatum Græcarum Gronoviani. Conferendæ etiam Joach Camerarii Symbolæ Arithmeticæ. Petrus Bungus de Mysteriis numerorum, Kircherus T. 2 Oedipi Part. 1. class. 4. p 331. seq. & part. 2. sub init. Cornel. Agrippa libro 2. occultæ Philosophiæ. Spectat etiam huc Isidori Charisii Logothetæ Philyropolitani h. e. Johannis Christiani Langii, Lipsiensis, Professoris Giessensis Theologia in numeris, Francof. 1702. 4. de quo libro consulendæ Observationes Hallenses selectæ ad rem litterariam spectantes T. IV. Obs. 12. Ex antiquis vide Aphrodiseum ad 1. Metaphys. p. 17 seq. Sextum Empiriaum III. 18. Pyrrhon. Hypotypos. & IX. adversus Math. p. 424. seq. Porphyr. 2 περὶ ἀποχῆς p. 188.

auctorem magna ex parte eundem *Jamblichum* esse suspicatur. Sane constat ei solenne esse scripta antiquiorum & singillatim Nicomachi delibare, & in commentario ad Nicomachi Arithmeticam p 167. & 176. diserte librum ejusmodi de numerorum abditis rationibus, & denominibus antiquis ab unario ad denarium usque καὶ τὸ φυσικὸν λογον καὶ τὸ ἠθικὸν καὶ ἔτι πρὸς τύπις τὸ θεολογικὸν promittit. Confirmat Galei conjecturam itidem quod in Codice Mediceo pluteo LXXXVI. 3. licet quatuor tantum libri de secta Pythagorica ex opere Iamblichi supersunt, tamen servati sunt hi tituli posteriorum quinque, V. de Physicis Arithmeticæ scientiæ, VI. de Arithmetica scientia quæ est in Ethicis, VII. de Arithmetica scientia quæ est in Divinis, VIII. de Geometria Pythagorica & IX. de Musica Pythagorica.

VIII. INDEX SCRIPTORUM in Theologumenis Arithmeticæ allegatorum.

Anacreon Xenophanis & Pythagoræ temporibus clarus. p. 41.
Anatolius, 8. 9. 16. 24. 34. 42. 56. 64.
Anaxagoras Euripidis præceptor, 9.
Androcydes Pythagoricus περὶ τῶν συμβόλων γράψας. 41.
Aristæus Pythagoricus. 42.
Aristoxenus de Pythagora. 41.
Astronomi. 55.
Babyloniorum δοκιμώτατοι Ostanes & Zoroaster. 43.
Cadmi uxor Harmonia. 55.
Clinias Tarentinus. 19.
Diocles Carystius Megarensis 47. perperam Δικλῆς. 49.
Empedocles. 8. auctor aureorum carminum. 20.
Eubulides Pythagoricus, de Pythagora. 41.
Euripides Anaxagoræ discipulus. 9.
Exæretus. 61. vide infra, *Speusippus.*
Hesiodus. 8.
Hippobotus (opere de sectis) de Pythagora. 41.
Hippocrates 24. 43. 49. περὶ παιδὸς φύσεως. 47.
Homerus. 22. seq. 33. & 61. ubi de Atlante cœlum portante humeris.
Linus Theologus ἐν τῷ πρὸς Ἰάμβλιχον δευτέρῳ θεολογικῷ. 51.
Megillus περὶ ἀριθμῶν. 28.

Neanthes de Pythagora. p. 41.
Nicomachus. 6. ejus Θεολογούμενα. 16. δεύτερον Ἀριθμητικῆς (diverſum opus ab eo quod extat) 33. 43. Iſagoge Arithmetica. 5. 6. καὶ τὸ ἀρχαῖον τῆς ἀριθμητικῆς. 5.
Orpheum Pythagorici ſequuntur. 37.
Oſtanes Babyloniorum δοκιμώτατος. 43.
Parmenides. 8.
Philolaus. 56. 61. ἐν τῷ περὶ Φύσεως. 21. è Philolai συγγράμμασι Speuſippus profecit. 61.
Philoſophi. οἱ πλεῖστοι τῶν σοφῶν ſtatuerunt ἑστίας τόπον in medio univerſi. 9. καὶ πλείους τῶν Φιλοσόφων. 50.
Plato. 26. 24. 43. (è Timæo) in Theæteto 12.
Poeta (Homerus) 22. ſeq. 61.
Prorus Pythagoricus ἐν τῷ περὶ ἑβδομάδος. 44.
Pythagoras. 9. ejus ætas, aliaque de illo & ſcriptores. 41. definitio juſtitiæ. 29. Symbolum Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν. 32. Φυσικοὶ & ἱεροὶ λόγοι. 44. ἐν τῷ δηλωμένῳ περὶ Θεῶν συγγράμματι. 19.
Pythagorici. 8. 9. 20. 44. Orpheum ſequuntur. 37. & Babylonios. 43. è Pythagoricis profecit Speuſippus. 61.
Soloni apophthegma, τέλος ὁρᾶν μακρὸν βίον. 22.
Speuſippus Ἀθηναῖος (leg. ὁ Ποτώνης) μὲν ὑὸς τῆς Πλάτωνος ἀδελφῆς, Δεξάδος (leg. Δεξάδου) ἦν Ἀκαδημίας μετὰ Ξενοκράτη, ἐκ τῶν Ἐξαιρέτων ἀπεδάσθησαν ἀεὶ Πυθαγορικῶν ἀκροάσεων, μάλιστα δὲ τοῦ Φιλολάου συγγραμμάτων βιβλίδιον τι σωτείχας γλαφυρὸν ἐπέγραψε μὲν αὐτὸ περὶ Πυθαγορικῶν ἀριθμῶν. 61. ſeq.
Strato Peripateticus. 47.
Xenocrates Platonis ſucceſſor. 61.
Xenophanes Phyſicus, Anacreontis & Pythagoræ ætate clarus. 41.
Zoroaſter, Babyloniorum δοκιμώτατος. 43.

IX. DIOPHANTUS Alexandrinus licet ab aliis ante CHRISTUM natum vixiſſe * ab aliis Neronis vel Antoninorum tempora attigiſſe traditur, tamen quando vixerit incertum reliquit, nullius enim ſcriptoris, nullius rei meminit è quo tempus quod ingenio ſuo illuſtravit colligere poſſis. Annos natum fuiſſe LXXXIV. cum diem obiret, ex hocce gripho ejus Epitaphii cognoſcitur, quod ex Anthologia inedita promit Bachetus in notis ad lib. V. p. 270.

Οὗτος

* Vide Voſſ. de ſcient. Math. p. 27. 341. 432. 464.

Οὗτός τοι Διόφαντον ἔχει τάφος, ὦ μέγα θαῦμα,
Καὶ τάφος ἐκ τέχνης μέτρα βίοιο λέγει.
Ἔκτην κουρίζειν βιότου θεὸς ὤπασε μοῖραν,
Δωδεκάτην δ' ἥβης μῆλα παρειὴν χλοάειν.
Τὴν δ' ἀρ' ἐπ' ἑβδομάτῃ γαμήλιον ἧψατο φέγγος,
Ἐκ δ' ἔτεσιν πεμπτῳ παῖδ' ἐπένευσεν ἔτι.
Ἀλλ' αἰνὸν τηλύγετον δειλὴν τέκος, ἥμισυ πατρὸς
Τὸν δὴ καὶ κρυερὸς μέτρον ἐλὼν βιότου.
Πένθος δ' ἀν πύρεσι παρηγορέων ἐνιαυτοῖς,
Τὴν δ' ὅσον σοφίῃ τέρμ' ἐπέρησε βίου;

Hic Diophantus habet tumulum, qui tempora vitæ
Illius mira denotat arte tibi.
Egit ſextantem a) juvenis, lanugine malas
Veſtire hinc cœpit parte duodecima. b)
Septante c) uxori poſt hæc ſociatur, & anno
Formoſus quinto d) naſcitur inde puer.
Semiſſem e) ætatis poſtquam attigit ille paterna,
Infelix ſubita morte peremptus obit.
Quatuor f) æſtates genitor lugere ſuperſtes
Cogitur, hinc annos illius æſſequere.

Fuiſſe videtur idem Diophantus, in cujus Ἀστρονομικὸν κανόνα ſcripſerat olim (Suida teſte) Hypathia Theonis Alexandrini filia. Pythagoræ & Euclidi jungitur a Johanne Hieroſolymitano in vita Johannis Damaſceni, ubi Damaſcenum & Coſmam affirmat ita in Arithmeticis profeciſſe, ut Pythagoras & Diophantus; in Geometricis ut Euclides: Ἀναλογίας δὲ ἀριθμητικὰς ἅτως ἐξήσκησας ἐυφυῶς, ὡς Πυθαγόρας καὶ Διόφαντος.

X. Editi ſunt è libris XIII. quos ſcripſerat ad *Dionyſium*, neſcio quem (Τιμιώτατον Diophantus appellat) & quos in Vaticana MStos aſſervari jam pridem teſtatus eſt Ioannes Regiomontanus Præf. in Alfraganũ,

a) 14. annos.
b) 7.
c) 12.
d) 5.
e) 42.
f) 4.
Summa 84.

problematum *Arithmeticorum libri VI.* & *de numeris* polygonis ſive *multangulis liber I.* Mira ſubtilitate excogitatas quæſtiones ſubtilius reſolvit nova ratione Analytica, quam ipſe ante ſe ignoratam profitetur, recentiores à Gebro Arabe Algebraicam appellant & Arabibus tanquam inventoribus falſo tribuunt, cum hi illam utique à Græcis, ut alia pleraque acceperint. Libro ſexto Arithmeticas ſuas ſpeculationes etiam ad Geometriam applicare incipit exemplo Enclidis, quem præterrem eo nomine reprehenderunt Viri doctiſſimi. Libri V. quæſtio 23. metro ſive Epigrammate Octaſticho continetur, unde Bachetus anſam illo loco ſumſit ex inedita Anthologia XLV. ejusmodi griphos Arithmeticos producendi atque interpretandi, ut notavi ſupra lib. 3. c. 28. §. 6. ubi etiam feci mentionem LXI. Epigrammatum Græcorum ænigmata jucunda Arithmetica continentium, quæ compoſuit cumque verſione & enodatione ſua edidit & Otii Sorani titulo proſcripſit vir eruditus Ioannes Laurenbergius, Hafniæ 1640. 4. Bachetus in notis ad Diophantum p. 196. illuſtrat etiam griphum Arithmethicum latini Epigrammatis, obvii in collectione veterum poëmatum Pithoeana, quod incipit:

Ut bis ſemantur aves, bis denis utere nummis &c.

Vide & Anthologiam Epigrammatum Græcorum lib. 1. c. 46. f. 97. ſeq. ac *Maximi* Monachi (Planudæ) ſcholia Græca ante H. Stephani annotationes excuſa in edit. Wechel.

XI. Diophanti libri ſex cum Scholiis Græcis *Maximi Planudæ* in duos primores libros, atque liber Diophanti de numeris polygonis, collati cum Vaticanis Codd. & latine verſi à *Joſepho Auria* fuere in Bibliotheca Caroli de Montchall, teſte Labbeo in Bibl. nova MSS. p. 191. Poſt Auriam, cujus verſio adhuc inedita deliteſcit, eosdem Diophanti ſeptem libros, quos ab Andrea Dudithio acceperat, latine vertit, illaque lingua primus edidit, Planudæque ſcholia & ſua ipſius perdocta commentaria adjunxit *Guilelmus Xylander* Baſil. 1575. fol. Hinc præcipua laus eſt *Claudii Caſparis Bacheti* g) Meziriaci Sebuſiani, qui nova verſione & luculentis commentariis explica-

g) Qui non capiuntur libris ſtudiisque niſi quæ ſunt πρὸς τὰ ἄλφιτα, iis utique ſordebit Diophantus, ſordebunt Virorum doctorum in eum labores, quantumvis ingenioſiſſimi, quemadmodum Malherbius ex Bacheto amicis quibusdam comitantibus & opus tanquam utiliſimum extollentibus Diophantum ſibi offerente rogare non dubitavit *s'il ſeroit amender le pain*? Bælius Dictionar. Hiſtorico Tom. 3. p. 3132. ex Malherbii Vita.

plicatum Diophantum (præmiſſis tribus ſuis poriſmatum libris & ſubjecta de polygonis numeris appendice) Græce & Latine vulgavit Pariſ. 1621. fol. Xylandri obſervationes plerumque non aſpernatus, Scholiaſten vero Græcum nil fere niſi futilia & à Diophanti ſenſu prorſus aliena effutire obſervans. Non prætereundum quod ad lib. 2. qu. 28. notat ſibi videri ſciolum quempiam è tredecim libris Diophanti eas quæ ſibi viderentur in unum colligentem quæſtiones, eos quos habemus ſex Arithmeticorum libros conſarcinaſſe. Verum hæc conjectura parum mihi quidem videtur veriſimilis. Cæterum Bacheti obſervationes verſioque ſervatæ ſunt in editione Græco-latina quæ prodiit Toloſæ 1670. fol. adjunctas habens notas quasdam breves at ſubtiles & ingenioſas *D. Pauli de Fermat*, Senatoris Toloſani, præfixo ejusdem invento novo doctrinæ Analyticæ, quod ex Epiſtolis ejus ad ſe ſcriptis collegit *Jacobus de Billy* S. I. cujus Diophantus redivivus prodiit Lugd. 1670. 8. poſt vulgatum Pariſ. 1660. 4. librum quo rationibus Euclideis enodare problemata Geometrica inſtituit quæ Diophantus Algebraicis reſolverat. Inedita *Joannis Pellii*, Britanni Matheſeos in Gymnaſio Bredano Profeſſoris commentaria vehementer laudat Voſſius de ſcientiis Matth. p. 37. Conferre etiam juvabit *Bacheti* ejusdem quem jam dixi librum Gallice vulgatum cui titulus *problemes plaiſans & delectables qui ſe font par les nombres*. Lugd. 1612. 8. *Caroli Renaldini*, Patricii Anconitani Algebram veterem Diophanteam ſive numeroſam, Anconæ 1644. 4. *Raphaelis Bombellii* Algebram Italico ſermone editam Bononiæ 1567. 4. qui ſua problemata Diophanteis admiſcuit: & *Guil. Oughtredi*, Etonenſis Collegii Regal. Cantabrig. Socii Opuſcula Mathematica Oxon. 1677. 8. in quibus libri tres primores Diophanti Algebraico more ſolvuntur. De ingenioſiſſimi *Ozanami* Diophanto vide Iohannis Walliſi Opera T. 3. p. 681. ſeq. Diophantum editum eſſe ab *Iſm. Bullialdo* legi in Kœnigii Bibl. & Hendreichii pandectis Brandeb. ſed nunquam vidi, neque alius quisquam ut puto. Quanquam extat opus Bullialdi ſubtiliſſimum à Diophantei argumento haud abludens de Arithmetica infinitorum libris VI. Pariſ. 1682. fol.

Harmonica Diophanti quæ Geſnerus & alii memorant, intellige de harmonicis numeris, non de ſcripto quodam Muſici argumenti.

XII. Fuere & alii Diophanti veteribus memorati, quorum nonnullos hoc loco referam:

Dio-

Diophantus Amphitropenſis, accuſator Ariſtidis. Plutarch. Ariſtide p. 335.

Diophantus Athenienſis, Themiſtoclis, F. qui gloriari ſolitus eſt quod ſibi placeret idem per matrem atque adeo patrem ſuum omnibus probari Athenienſibus, ut refert idem Plutarchus in limine libri de pueris inſtituendis.

Diophantus Archon Athenis Olymp. XCVI. 2. de quo Heſychius & Zenobius in δραχμὴ χαλαζῶσα, atque Andreas Schottus ad Proverbia p. 61. Videtur idem fuiſſe auctor στήλης ſive columnæ Diophanti, à Demoſthene memoratæ Orat. in Leptinem, qua jurejurandi fide datâ eadem præmia promittebantur libertatis civilis futuris vindicibus quæ Harmodio & Ariſtogitoni data erant.

Diophantus Arabs, Sophiſta qui Proæreſium pro funere laudavit. De eo Eunapius. Vide & Holſtenium in Porphyrii vita p. 50.

Cæſius Diophantus, in Veteri Inſcript. apud Gruterum p. 673.

Diophantus Chirurgus, cujus emplaſtra referunt Aſclepiades apud Galenum V. 4. de medicamentis κατὰ γένος. & Andromachus apud eundem II. 7. Aliud contra lichenes, V. 7. κατὰ τόπους.

Diophantus Dux quem Mithridates in Cappadociam miſit teſte Memnone apud Photium Cod. CCXXVI.

Diophantus in M. Lepidi numo apud Coos percuſſo, quem exhibet Triſtanus T. I. p. 64.

Diophantus Herodis Regis ſcriba falſarius, atque ideo ſupplicio affectus de quo Tzetzes Chil. VI. hiſt. v. 273. & 461. ex Ioſephi XVI. 16. Antiqu.

Diophantus Lacedæmonius, cujus Antiquitatum libri XIV. Hygino & Fulgentio laudantur. In eodem fortaſſe opere egerat *de ſacris Deorum*, quod ſcriptum allegat idem Fulgentius in Nefrendes. In Πολιτικοῖς quæ Stephanus in Λιβυσσῖνοι citat in teſtimonium, videtur de variis civitatibus egiſſe, Septentrionis maxime, ut Agatharchides ap. Photium & Stephanus in Ἄβιοι confirmant. Dixerunt jam de hoc Diophanto Meurſius IV. 17. Miſc. Lacon. Voſſius de Hiſt. Græc. lib. 3. p. 359. eumque ſecutus Io. Faës ad Gyraldum de ſepultura p. 698.

Diophantus Lycius, cujus colicum pharmacum memorat Andromachus apud Galenum IX. 4. de medicamentis κατὰ τόπους.

Diophantus Mytilenæus Rhetor inter exquiſitos è Græcia Magiſtros quos

quos Tiberius Gracchus, laudatus à Cicerone in Bruto c. 27. quanquam Codices plerique vocant Diophanem, etiam apud Plutarchum in Gracchis p. 827. 834. Fuit & Diophanes quidam Nicænus, de quo infra in Geoponicis & veterinariis ſcriptoribus libro VI.

Diophantus Rhetor antiquus, Demoſtenis æqualis, memoratus Harpocrationi ac Suidæ in Μελαίνωτος.

Diophantus Syracuſanus, Philoſophus Pythagoreus, cujus de mundi originibus ſententiam refert Theodoritus lib. 4. de curatione Græcar. affectionum.

Diophantus ad quem Theocritus Idyllio XXI.

Ἀ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει.

Paupertas, Diophante, una eſt quæ ſuſcitat artes.

Diophantus cujus parviſſimam ſtaturam lepide ridet Lucilius Poëta ſub extremum ſæculi quarti poſt natum CHRISTUM clarus, in Epigrammate Græco p. 279. quod cum Metaphraſi ſua exhibet Caſaubonus ad Suetonii Auguſt. c. 43. tum ex altero hoc p. 230. Anthologiæ edit. Wechel.

Βαλόμενος πὸ λεπτὸς ἀπάγξασθαι Διόφαντος,
Νῆμα λαβὼν ἀράχνης αὐτὸν ἀπηγχόνισεν.

Cum parvus vellet laqueo Diophantus obire,
Penſilis eſt filo factus araneoli.

Nomine Diophanti idem Lucilius p. 216. utitur, naſo ſuſpenſurus Hermogenem Medicum, dicit enim illo tantummodo per ſomnium conſpecto Diophantum obiiſſe.

Ἑρμογένη τὸν ἰατρὸν ἰδὼν Διόφαντος ἐν ὕπνοις,
Οὐκ ἔτ' ἀνήγερθη, καὶ περίαμμα φέρων.

Viderat Hermogenem Medicum in ſomnis Diophantus,
Amuleta licet corpore ferret, obit.

Omitto M. Pilium, Marci libertum, Diophantum in veteri inſcriptione Narbonenſi, & Diophantum ornatorem glabrorum Tiberii Cæſaris, ap. Gruterum p. 988. & 578.

XIII. Qui præterea doctrinam numerorum è veteribus Græcis illuſtrarunt, & quorum ſcripta edita feruntur, ne de latinis Marciano Capella, Caſſiodoro, Boëthio, Iſidoro Hiſp. & Beda memorem, hi fere ſunt: *Euclides* libris ſeptimo, octavo & nono elemento-

rum de quo vide ſi placet quæ notavi ſupra lib. III. c. 14. §. 10. *Archimedes* de cujus Pſammite vide lib. III. cap. 22. *Theo Smyrnæus*, de quo dixi in eodem libro III. cap. 5. §. 21. *Sextus Empiricus* libro IV. contra Mathematicos, de quo libri IV. cap. 17. *Michaël Pſellus* in ſyntagmate ſynoptico quatuor diſciplinarum Mathematicarum, Arithmeticæ, Muſicæ, Geometriæ & Aſtronomiæ, ſcripto anno Græcorum 6516. hoc eſt CHRISTI 1008. & Græce atque Latine vulgato Baſileæ 1554. 8. cum Guil. Xylandri verſione & notis, & latine Lugd. Bat. 1647. 8. Prodierat etiam Pſelli compendium Arithmeticæ ſeparatim Græce Pariſ. 1538. 4. *Barlaam* denique Calaber, Monachus S. Baſilii, medio ſæculo decimo quarto poſt CHRISTUM natum clarus, & τὰ Εὐκλείδου καὶ Ἀριστοτέλους καὶ Πλάτωνος ἐκμελετήσας καὶ Διαβάτου τοῦ τῶτα ὢν celebrante Jo. Cantacuzeno II. 39. Hiſt. p. 329. Hujus Barlaami ἀριθμητικὴ ἀπόδειξις τῶν γραμμικῶς ἐν δευτέρῳ τῶν στοιχείων ἀποδεικνυμένων *Arithmetica demonſtratio eorum quæ Euclides libro ſecundo ſuorum elementorum* (in lineis & figuris planis) *demonſtravit*, edita eſt Græce & Latine addita Conradi Daſypodii verſione, una cum primo & ſecundo Euclidis libro Theonis commentariis illuſtrato. Argentorat. 1564. 8. Ejusdem Barlaami Λογιστικὴ, *Logiſtica* ſive Arithmetica Algebraica, *libris ſex* cum verſione & ſcholiis Joannis Chamberi, Collegii Etonenſis apud Anglos Socii prodiit Pariſ. 1600. 4. & Reginæ Eliſabethæ ab interprete eſt inſcripta. Barlaamus in præfatione etiam γραμμικῆς στοιχειώσεως meminit, Euclidis puto, non ſuæ. Barlaami Logiſticen nonnulli Græce & Latine editam prius narrant a Daſypodio Argent. 1572. 8. quam editionem non vidi. De *Nic. Smyrnæi* numerorum notatione per geſtum digitorum, ſive δακτύλων κάμψεις, dixi Bibl. Latinæ IV. 6. 12.

XIV. Scriptores inediti de diſciplina numerorum.

E Nicolai Artabasdæ Arithmeticis MSS. locum Græce producit Gilbertus Gaulminus ad Euſtathii amores p. 37.

Aſclepii Tralliani in Arithmeticen Nicomachi, de quo dictum ſupra, §. 3.

Arithmetica Indica. Labbe Bibl. nov. MSS. p. 117.

Johannis Pediaſimi Arithmeticarum quæſtionum expoſitio.

Iſaaci Monachi Arithmetica. Labbe Bibl. nov. MSS. p. 201.

Τὸ Σκηπίωνος ὃ Μαθαράκτου (Μαθαράγγου) ἀπομνημονεύματα, de quibus Lambecius VII. p. 263.

Georgii

Georgii Pachymeris de quatuor disciplinis Mathemat. MS. idemne sit cum Pselliano edito an diversum dubitat Allatius de Georgiis p. 573. Diversum esse docet Ismaël Bullialdus p. 192. ad Theonem, ubi notat utrumque Theonis vestigiis institisse.

Niceræ Gregorii Synopsis quatuor disciplinarum MS. in Bibl. Medicea, LXXXVII. 10.

Palladii de Arithmetica, MS. in Bibl. Renati Moreau, teste Labbeo p. 217. Bibl. novæ MSS.

Pselli de Methodo Arithmetica Ægyptiorum. MS. in Bibl. Medicea LVIII. 29.

Johannis Philoponi ἐξήγησις Arithmeticæ Nicomacheæ, de qua supra dixi. §. 3.

Omitto Anonymos de numeris scriptores, quos in Bibliotheca Regis Christianissimi extare testatur Labbeus p. 217. Ex Codice Regio περὶ λιτεσμῶν, *de librarum supputationibus*, notas numerales myriadum Græcis usitatas, profert Montfauconus præf. ad Palæographiam Græcam pag. XII. seq. laudans etiam Georgii Henischii opusculum de numeratione multiplici. Videas autem ibi notari myriadem unam non accentu gravi sub jotą posito, sed duobus literæ alpha impositis punctis : sic myriades duas impositis duobus punctis litteræ beta, atque ita porro. Mille myriades signantur posito uno puncto infra litteram alpha & duobus superpositis, & sic deinceps.

XV. Scriptores Arithmetici deperditi.

Inprimis dolendum est ad nos haud perveniisse Eudemi ἱστορίαν ἀριθμητικὴν, cujus librum primum allegat Porphyrius ad Harmonica Ptolemæi p. 288.

Anatolium Alexandrinum Episcopum Laodicenum, cujus fragmenta quædam in Theologumenis Arithmeticæ leguntur, *decem libros* scripsisse *de Arithmetica institutionibus* sive Ἀριθμητικῆς οἰκοτάξεως, ut est apud Græcum interpretem, testatur S. Hieronymus in Catalogo c. 73. Apud Honorium Augustod. legas scripsisse *decem libros de Arithmetica, Geometria, Astronomia, Grammatica, Rhetorica, Dialectica*, sed error hic inde est, quod paulo ante dixerat Hieronymus Anatolium in disciplinis his omnibus miræ doctrinæ fuisse. Et aliis quoque exemplis docuit Jo. Pearsonius in Vin-

diciis Ignatii f. 256. malum ſæpe Hieronymi interpretem eſſe Honorium. Sane Euſebius quoque, quem Hieronymus ſequitur, Auctor eſt Anatolium reliquiſſe *Ἀριθμητικὰς εἰσαγωγὰς ἐν δέκα συγγράμμασιν.*

Megillus *περὶ ἀριθμῶν* laudatur in iisdem Theologumenis Arithmeticæ p. 28.

De Nicomachi, Diophanti & Jamblichi ſcriptis perditis ſupra dixi.

Speuſippus *περὶ Πυθαγορικῶν ἀριθμῶν.* Theologum. Arithmeticæ p. 62.

Pythagoras quoque Arithmeticen ſcripſerat, ſi credimus Johanni Malalæ & aliis quibusdam, ut notavi lib. 2. c. 12. Sed verius eſt ipſum voce diſcipulis ſuis plura de numeris tradidiſſe, quæ illi deinde litteris conſignarunt, ut Archytas, Ariſtæus, Eudoxus, Hippaſus, Philolaus & Thymaridas à Iamblicho ad Nicomachum laudati. Dixi ibidem etiam de *tetracty Pythagorica*, & de tabula multiplicandorum numerorum, quam *abacum Pythagoricum* vocant, & de ludo Pythagorico *Rhythmomachia*, qui poſt Gallicam Boſſierii editionem vidit quoque lucem Italice hoc titulo: il giuco Pythagorico nominato Rythmomachia, per Franciſco Barozzi. Venet. 1572. 4.

CAPUT XXIII.

DE M. AURELIO ANTONINO, Maximo Tyrio & Alcinoo.

M. Aurelii Antonini ætas & Præceptores. Scriptores de ejus vita præcipui. 1. *Diverſus à Theoſebio Suidæ memorato.* ibid. *Ejus libri XII. ad ſeipſum non excerpta è majore opere.* 2. *Editiones.* 3. *Index ſcriptorum & virorum illuſtrium ab eo memoratorum.* 4. *Verſiones vernaculæ.* 5. *Editiones promiſſæ.* 6. *Alia M. Antonini ſcripta.* 7. *Maximi Tyrii ætas. Alii quidam Maximi.* 8. *Utrum ſe ipſum inſolentius laudaverit.* 9. *Ejus Διαλέξεις.* 10. *Editiones & verſiones.* 11. *Index Scriptorum à Maximo Tyrio laudatorum.* 12. *De Alcinoo.* 13. *ejus Iſagoge in Platonis Dogmata.* 14. *Editiones & verſiones.* 15.

E.

I.

NAtus èst M. Aurelius Antoninus VI. Cal. Maji A.C. 121. L. Annio Vero ipsius avo, & Aurelio Augurino COSS. Deinde adoptatus à T. Antonino Pio V. Cal. Martii A. C. 138. in Imperio eidem (cujus filiam Anniam Galeriam Faustinam duxit, defunctam postea A. 175.) successit mortuo Nonis Martii A. C. 161. collegamque adscivit L. Verum itidem ab Antonino Pio adoptatum, defunctumq; in extremo anni 169. Inde solus M. Antoninus rebus præfuit, donec & ipse est extinctus Sirmii, sive ut Victor uterque auctor est, Vendobonæ Austriæ, filio Commodo successore pravo relicto, XVI. Cal. April. A. C. 178. *Philosophi a)* cognomen vetus Historia ignorat, neque inscriptiones vel numi eidem tribuunt, sed elogium id res ipsa jampridem incredibili scriptorum consensu vindicavit huic, ut vere de illo Iulius Capitolinus, *in omni vita philosophanti viro, & qui sanctitate vitæ omnibus Principibus anteceſſit.* Vitam & res gestas laudatissimi istius & deploratissimis temporibus veluti in solatium divinitus dati Imperatoris, ex numis egregie illustravit & libro singulari (nescio an edito) persecutus est Theodoricus Bignonius, in summo Regis Galliæ Consilio tum præses, teste Nicasio diss. de Numo Pantheo p. 47. & in diss. Gallice edita de Sirenibus p. 12. Nolo & ipse in præsenti plura de M. Antonino commemorare, sed lectorem remitto ad ea quæ viri docti ad Capitolinum, quæ item Xiphilinus è Dione, Aristides Oratione IX Tomi I. Herodianus, Victores, Eutropius, Ioannes Antiochenus, Zonaras, Suidas & alii, atque è recentioribus præter editores librorum M. Antonini, Thomam Gatakerum & Andream Dacerium, doctissimi Viri Tristanus in Commentariis Historicis ad Numos Imperator. T. 1. p. 617. seq. Tillemontius tomo secundo Historiæ Imperatorum Gallice editæ, & Guilelmus Wotton in Historia Romana ab excessu Antonini Pii ad mortem Severi Alexandri, Anglice vulgata *b)* commentati sunt. Præceptores tamen ejus referre ab instituto meo non alienum duxi, ipse enim laudat Diognetum, Bacchium, Tandasidem, Marcianum, & Philosophos Stoicos Rusticum, Apollonium, Maximum, Sextum, Catulum: tum Severum (Peripateticum) Grammaticumque Alexandrum, Frontonem (Rhetorem) & Alexandrum Platonicum. *Usus est*

a) Avidio Cassio per contemtum *Philosopha anicula.* Vulcatius in Cassii vita c. 1.
b) Londini 1701. 8.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

Magiſtris, inquit Capitolinus, *ad prima elementa Euphorione litteratore & Gemino Comœdo, Muſico Androne eodemque Geometra, quibus omnibus ut diſciplinarum auctoribus plurimum detulit. Uſus præterea Grammaticis, Græco, Alexandro: quotidianis latinis Troſio* (al. Croſio) *Apro, & Pollione & Eutychio Proculo Siccenſi. Oratoribus uſus eſt Græcis Annio Marco, Caninio Celere, & Herode Attico: Latino, Frontone Cornelio. - - - Uſus eſt etiam Commodo Magiſtro, c) cujus ei affinitas fuerat deſtinata: Uſus eſt & Apollonio Chalcedonio, Stoico Philoſopho. Tantum autem ſtudium in eo philoſophiæ fuit, ut ad ſcitus jam in Imperatoriam dignitatem, tamen ad domum Apollonii diſcendi cauſa veniret. Audivit & Sextum Chæronenſem, Plutarchi nepotem, Junium Ruſticum, Claudium Maximum & Cinnam Catulum Stoicos. Peripateticæ vero ſtudioſos audivit Claudium Severum & præcipue Junium Ruſticum. - - - Studuit & juri, audiens L. Voluſium Metianum - - Frequentavit & declamatorum Scholas publicas, amavitque ex condiſcipulis præcipuos Senatorii Ordinis Sejum Fuſcianum & Auſidium Victorinum, ex equeſtri Babium Longum & Calenum, in quos maxime liberalis fuit.* Cæterum minime aſſentior viro inſigni Merico Caſaubono, qui apud Suidam in Φρόντων de Marco Antonino intelligenda eſſe putabat quæ ibi referuntur de Theoſebio Philoſopho. Nam ex Damaſcio in vita Iſidori apud Photium p. 551. ſeq. conſtat revera fuiſſe quendam Philoſophum Iſidori illius ætate, hoc eſt trecentis amplius poſt M. Antoninum annis, Theoſebium nomine, Platonicæ quidem diſciplinæ addictum, cæterum ætatis ſuæ Epictetum, qui & ὑποθήκας ſcripto complexus fuit, & præterea libellum compoſuerat περὶ τῶν ἐν πολιτείᾳ τῇ μεγάλῃ κεκομψευμένων ſive *de egregie dictis in Politia Platonis.*

II. Bene eſt quod in tot bonorum librorum naufragio ſervati ad nos pervenerunt duodecim ejus, aurei certe & toti ediſcendi libelli *d)* Τὰ εἰς ἑαυτὸν (ſcil. ὑποθηκῶν, præceptorum) quibus ſeipſe monuit & ſecum illa agitando, ad aſſiduam virtutis ſectationem animum ſuum accendit. *De officio ſuo*, inſcriptionem illam reddit Caſpar Barthius ſecutus Guil. Canterum VII. 1. novarum lectionum. Τὸ ἰδίου βίου διαγωγεῖον h. e. *vitæ ſuæ inſtitutionem*, vocat Suidas in Μάρκος.

Ti-

c) Vir doctus apud Triſtanum T. 1. p. 622. legit: *quo uſui eſt etiam Commodus Magiſtro*, non abſurde.

d) Clariſſ. Dacerius M. Antonini inſtitutum in his libris confert illi Horatiano 1. Sat. IV. 133. -- -- *neque enim cum lectulus aut me porticus excepit, deſum mihi. Rectius hoc eſt: Hoc faciens vivam melius: ſic dulcis amicis occurram. Hoc quidam non belle. Numquid ego illi imprudens olim faciam ſimile? Hæc ego mecum compreſſis agito labris.* -- --

Titulum vero τὰ εἰς ἑαυτὸν e) mutuatus videtur Antoninus à Solone, cujus εἰς ἑαυτὸν ἀποφάσεις memorat Laërtius II. 61. *De se ipso & ad se ipsum*, vertit Mericus Casaubonus, qui etiam *soliloquia* appellat p. 73. libri de quatuor linguis. Gatakerus *de rebus suis, sive de eis quæ ad se pertinere censebat.* Menagius: *delle considerationi di se stesso*, in prælectionibus Italice editis ad carmen lyricum septimum Petrarchæ p. 22. Melius certe illi quam qui *de vita sua* inscribunt, ambiguo nimis, & prout verba sonare videntur falso sensu, unde factum ut Historicis scriptis per quosdam male accenseretur. Quanquam vero Caspar Barthius libro LX. Adversariorum p. 2931. *non sine Christianismi aliqua cognitione* hæc ἀποφθέγματα (ut vocat Themistius Orat. VI. p. 81.) M. Antoninum scripsisse judicat, tamen satis etiam ex his libris patet, à Christi doctrina fuisse alienum, quin imo Christianis constantiam in fide sua velut meram pertinaciam nullo ex judicio profectam vitio vertit XI. 3. perinde ut à Plinio tanquam inflexibilis obstinatio reprehenditur X. Epist. 97. Itaque permisit etiam persecutionem in Christianos non sane tam levem, ut contendit doctissimus Dodvvellus, f) sed in qua Lugdunenses & alii *innumerabiles prope*, ut scriptum Eusebio, g) *Martyres per universum orbem enituerunt.* In eo etiam falli mihi doctissimus Barthius videtur, quod lib. I. cap. 11. lib. LI. Adversar. cap. 16. & LXII. 5. XLIX. 3. atque alibi putat non integros Antonini libros sed tantum florida atque eclogas ex illis ad nos, excerptasque sententias insigniores perveniisse: Quanquam enim hæc opinio placuit etiam Xylandro, & Ioh. Ionsio lib. 3. c. 10. p. 262. de Historiæ Philosophicæ Scriptoribus, atque adeo non valde improbatur Vossio II. 14. de Historicis Græcis; tamen nullo argumento confirmari potest, & levissima

e) Diversum adeo videtur quod memorat Nicephorus III 31. Hist. Eccles. βιβλίον παιδείας dicatum filio Marco Commodo. πάσης κοσμικῆς ἐμπειρίας καὶ παιδείας μεσόν. Etiam *dialogorum* quos puer suasore Diogneto scripsit meminit Antoninus ipse libro I sect. 6. Inde *Dialogista* dicitur apud Vulcatium Gallicanum in vita Avidii Cassii c. 3. ubi narrat Antoninum *tantum emituisse in Philosophia, ut iturus ad bellum Marcomannicum timentibus cunctis ne quid fatale proveniret, rogatus sit non adulatione sed serio, ut præcepta Philosophia ederet* (Aurel. Victor: *Sectarum arduа & occulta explanaret*) *nec ille timuit, sed per ordinem paraneseon hoc est præceptionum, per triduum disputavit.*

f) Dodwell, Diss. XI. Cyprianic. § 53. seq.

g) Eusebius in limine libri V. Hist. Eccles. Confer Theorici Ruinarti præfat. ad Acta Martyrum selecta: D. Christiani Kortholti librum de persecutionibus Ecclesiæ cap. V. & Samuelis Basnagii, Antonii Pagi & Cæsaris Baronii Annales ad postremos annos M. Aurelii, ac Tillemont. Hist. des Empereurs T. 2. p. 737. seq.

ma ſuſpicione nititur, quam non ſatis intellectus vel expenſus libellorum horum apud Suidam titulus injecit. Quod vero Geſnerus teſtatur in Codice MSto qui Romæ eſt, inſcribi εἰς τὰ καθ' ἑαυτὸν, & Lilius Gyraldus in Poëtarum Hiſtoria dialogo V. p. 277. eodem titulo librum Antonini Græce ſcriptum legiſſe ſe refert, *ex quo*, inquit, *variam & multiplicem illius ſapientiam facile colligere poſſumus*: veriſimiliter prorſus Mericus Caſaubonus conjicit non libros duodecim Gyraldum vidiſſe, ſed excerpta duntaxat vix unius ex illis libris magnitudinem æquantia, qualia ex MS. Auguſtano David Hoeſchelius deſcripſit & diſtincta capitibus 43. inſcriptaque *Epicteti enchiridion ſecundum*, Theoſebii nomine (antequam de Antonio auctore conſtaret) edere voluit. Iohannis vero Henrici Bœcleri acerbiori cenſuræ, qui hos libros tanquam ſcopas diſſolutas contemnit & Antonino indignos *b)* judicat (in Hiſtoria univerſali poſt fata auctoris editâ p. 78.) pauci, ut mihi perſuadeo, qui illos legerint, aſſentientur. Abrahamum porro Scultetum memoriæ vel calami errore lapſum eſſe patet, quando parte I. Medullæ Patrum p. 57. ſcripſit Athenagoram libros duodecim τὰν εἰς ἑαυτὸν compoſuiſſe, quæ in Bibliotheca Gesneri deliteſcant, id quod mirum videbatur Iohanni Hornbeeckio in Miſcellaneis, ſed neutiquam mirum eſt, ſi pro Athenagora Antonini nomen reponatur, qui horum librorum quædam ſcripſit ἐν κεφαλαίοις πρὸς τοῦ

b) Verba Bœcleri hæc ſunt, quæ viro præſtantiſſimo nollem excidiſſe: *Judicium de M. Antonini opere duplex eſt, vulgi & eruditorum, & inter eruditos ipſos paucorum. Vulgo nimis magnifice de hoc opere ſentiunt, præſertim propter Philoſophiam Stoicam. Eruditi autem non tam magnifice de eo judicant, ſunt enim vetera ſcopa diſſoluta, calx ſine arena, nihilque contexti ineſt, & videntur mera excerpta & fortaſſe ſub ejus nomine edita, ego certe nunquam crediderim eſſe ipſius Antonini. Reperiuntur quidem aliqua etiam præclara, ſed ſine contextu omnia dicuntur. In ſinu videntur illi qui tam magnifice hoc ſcriptum extollunt, cum ne in mediocri ſcriptore iſtiusmodi negligentia toleretur.* Quaſi vero eam ob cauſam aſpernendæ ſint Paſchalii v. g. cogitationes, vel characteres Bruyerii, vel Rupefucaldi meditationes, vel ex antiquis Epicteti Enchiridion, quod ſcripta ſint per Aphoriſmos. Senecæ quoq; libros propter crebritatem meditationum arenam ſine calce appellabat Caligula apud Sueton. c. 53. Aliud in Φιλοσοφωτάτῳ Imperatore criminatur Caſpar Sagittarius ὁ μαχαιρίτης introductione in Hiſt. Eccleſiaſticam p. 607. *quod multa arroganter jactet ſe feciſſe, quæ nemo unquam poteſt præſtare ex Philoſophia Stoica.* Simili Barthii cenſuræ ſuffragatur auctor Dialogi de moribus Philoſophorum, Jenæ 1695. 12. editi p. 121. ſeq. Verum ſi commune Stoicis περὶ θ ἐφ' ἡμῖν δόγμα excipias, nihil forte jactantius in ſuis libris reperies, quibus monet potius ſe Antoninus quid facere debeat, quam feciſſe ſe glorietur.

τῷ Γρανύᾳ, in expeditione adversus Quados prope Granuam amnem, ut subscriptio habet libri primi calci adjecta: Alia ἐν Καρνύντῳ Carnunti, (Pannoniæ opido, ad quod in bello Marcomannico per triennium hæsit) ut ad extremum libri secundi legitur. Cæteri nihil ejusmodi annotatum de loco in quo scripti sunt habent. Spirantis adhuc & gravidæ uxoris mentio I. 17. IX. 3.

III. EDITIONES LIBRORUM XII. M. ANTONINI.

Primus è Codice Palatino Græce edidit, & suadente Conrado Gesnero Latine vertit etsi non prorsus feliciter, vir doctus *Guilelmus Xylander* Augustanus additis brevibus notis, & vita Procli à Marino scriptâ, (quæ ante hoc decennium dimidia parte auctior à me è MSto Codice Gudiano vulgata fuit:) Tiguri apud Andreas Gesnerum 1558. 8. Latine hæc editio recusa est Lugd. apud Joh. Tornæsium 1559. 12. Hinc Antonini libros paullo emendatiores idem Xylander recudi fecit Græce & Latine Basileæ A. 1568. 8. una cum Phlegontis Tralliani, Apolloniique Dyscoli & Antigoni Carystii mirabilibus narrationibus & ejusdem Phlegontis de longævis atque Olympiis. Editionem Argentoratensem Anni 1590. 8. quam memorat Hendreichius, haud vidi.

A. 1626. 12. lucem vidit editio Græcolatina Lugdunensis, quæ Tigurinam primam sequitur, Procli etiam vita adjuncta: neque ejus errores detersit sed auxit, additis notis quibusdam, *si notæ dicendæ sunt hominis audacissimi mera deliria, nec admittendæ emendationes*, ut Merici Casauboni verbis utar.

Hic *Mericus*, Codice *Isaaci Casauboni* parentis sui manu passim notato usus, *ex cujus unius*, inquit p. 26. *elaboratissimis lucubrationibus plus auxilii ad hoc pensum pertexendum, quàm ex omnibus aliorum quorumcunque musicis operibus, (absit invidia verbo) mihi comparavi*, postquam Anglice Antonini libros vertisset edidisset que, quos assidua repetitaque lectione familiares sibi reddiderat, etiam Græcolatinam illorum editionem meliorem curavit, Græcis ad Basileensem expressis, & libris singulis in certas sectiones divisis, interpolataque & emendata passim Xylandri versione, & notis denique eruditis & emendationibus ad calcem libelli adjectis

quibus Xylandrinæ etiam ſubnectuntur. Prodiit hæc editio Johanni Seldeno inſcripta Londini A. 1643. 8. *Cum à ſacris libris diſceſſi*, inquit Mericus Caſaubonus Epiſtola VII. ad Tho. Gatakerum, *non alium temere librum reperio in quo magis animus meus ſive in rebus lætis componendus, ſive in triſtibus erigendus acquieſcat.* Multis ibi in eadem Epiſtola, quæ una cum aliis ad calcem luculentæ novæ editionis Epiſtolarum Iſ. Caſauboni à Clariſſimo Almeloveenio publicata eſt, Mericus cum Gatakero expoſtulat, quod in ſuis ille ad Antoninum notis paſſim verſionem ipſius Anglicam reprehendat, nulla mentione facta Græcolatinæ editionis notarumque illi ſubjunctarum, in quibus ipſe pleraque omnia illa rectius poſuiſſet atque emendaſſet. Vide etiam librum Merici Caſauboni Anglice vulgatum de credulitate & incredulitate, p. 20. ſeqq. ubi loci Antoniniani reprehenſam à Gatakero interpretationem tuetur.

Caſaubonô prior manum Antonini libris admoverat præclarus & eruditiſſimus vir *Thomas Gatakerus a)* licet decennio ferme poſt demum lucem vidit illius fœtus quadraginta annorum, Cantabrigiæ A. 1652. 4. M. Antoninus ſcilicet nova verſione donatus, diſtinctus ſectionibus, prolegomenis luculentis de Philoſophiæ Moralis Stoicæ præ Epicureorum dogmatis præſtantia, teſtimoniis de auctore copioſis & ſelectis, locorum parallelorum ſive conſimilium & Variarum Lectionum diligenti ad oram notatione, & uberrimo atque elaboratiſſimo commentario illuſtratus, qui Stoicorum de moribus præceptorum ſcitorumque quoddam veluti copiæ cornu præſtare lectori poteſt, & acutis in omne genus ſcriptorum etiam ſacrorum obſervationibus veluti gemmis eſt diſtinctus, nonnullas quoque notas atque emendationes locorum Antonini à Viris Clariſſimi Salmaſio, Bootio & Patricio Junio cum Gatakero communicatas offert. Hæc edito Londini recuſa eſt A. 1699. 4. & 1707. 4. cura egregii Viri *Georgii Stanhopii* Collegii Reginæ apud Cantabrigienſis Socii, qui præcipuas Andreæ Dacerii obſervationes è Gallico Latine converſas ad calcem voluminis ſubjunxit, & Vitam Antonini

a) *Subit me certe ſubinde*, inquit Gatakerus in præloqu. *ita iſtud dum lego affectum me ſentio & ingenue agnoſco, non ſtupor duntaxat ſed horror etiam, cum arcani divini admiratione vehementiſſima conjunctus, ſerio apud me reputantem quam longe in multis ab eo abſim, quod de ſe Vir iſte, veri ad ſalutem perducentis tramitis ignarus de ſe profitetur, nec quin vere & ingenue, ambigi poſſe videatur.*

Antonini ab eodem Dacerio ſcriptam præmiſit itidem translatam à ſe & auctam firmatamque veterum teſtimoniis. Cum vero in his editionibus commentarius Gatakeri non ſingulis ſubſtratus paginis ſed toti Antonini operi ſubjunctus legatur, extat etiam quarta eaque luculentiſſima editio Trajectina A. 1697. fol. in quâ commentarius quavis pagina verbis Antonini ſubjectus eſt mira legentium opportunitate, & ad calcem voluminis, Merici Caſauboni etiam & Guil. Xylandri notæ occurrunt. Habet hæc editio curante Hermanno Witſio Clariſſimi nominis viro vulgata præterea adjunctas ejusdem Gatakeri de ſtylo Novi Teſt. Diatribas Sebaſt. Pfochemio oppoſitas, tum Cinnum ſive Adverſoriorum Miſcellaneorum libros duos & adverſariorum poſthumorum opus exquiſitiſſimum, quibus inſignis prorſus innumeris ſacrorum & aliorum ſcriptorum locis lux affertur. Denique diſſertationes ejus tres, una qua dipthongos dari nullas contendit, altera qua ſuperſtitionis arguit Iudaicæ eorum ſententiam qui nomen DEI tetragrammaton efferre ducunt ſibi religioni, tertia quâ cum Samuele Wardo diſceptat de vi & efficacia baptiſmatis infantilis. Obſervatum eſt à multis iconem æri inciſam quam Gatakerus Antonini libris præmiſit non referre os & faciem M. Aurelii Atonini, ſed Commodi: itaque Andreas Dacerius cum ſecutus Gatakerum eandem effigiem Gallicæ ſuæ verſioni præpoſuiſſet, atque id datum ipſi eſſet vitio in Ephemeridibus litterariis Pariſienſibus A. 1694. p. 221. feſtive reſpondit ſibi magis cordi fuiſſe animum cognoſcere mentemque & ſenſa Imperatoris Philoſophi penetrare *b*) quam vultum ediſcere: præfat. ad vitas Plutarchi Gallice à ſe redditas.

A. 1680. 12. Oxoniæ vulgati ſunt Antonini libri è theatro Sheldoniano typis elegantibus & nitidis, Græca hinc inde emendata, latina

b) Verba ejus hæc ſunt: *Il y en a qui viennent de nous accuſer d' avoir mis dans la traduction des reflexions de Marc Antonin, la tête de Commode pour celle de l' Empereur. Je ne ſçay ſi cela eſt vray, & je m' en mets tres peu en peine. Je m' étonne ſeulement qu' un ſi ſçavant homme qui pourroit faire de meilleures choſes, ſe ſoit amuſé à une critique, qui ſeroit indigne de lui, quand même elle ſeroit juſte. Voila une decouverte bien importante pour le public. Apparament il a peu lû les reflexions de Marc Antonin, car s' il les avoit lûes, il auroit connû Gataker ce ſavant Anglois qui les a commentées, & il auroit vû que c' eſt la même tête qu' il avoit miſe dans ſon edition. C' eſt de là qu' on l' a priſe, ſans aller chercher plus loin, car nous n' avons point des medailles, & j' avoûe que nous avons plus travaillé à connoître l' eſprit que le viſage d' Antonin.*

fere deprompta ex editione Merici Caſauboni. Notæ quædam perbreves paucis in locis ima pagina adjectæ. In calce voluminis reperies etiam Græce & Latine *Epiſtolam ad Senatum* c) quæ Iuſtini Martyris Apologiæ ſubjicitur, hinc Latine *litteras ad Fauſtinam* Auguſtam, ex Vulcatio Gallicano in Vita Caſſii cap. XI. tum Græce & Latine *Orationem de Commodo* ex Herodiani lib. I. Hiſtor. cap. 4. ac denique Græce Δημηγορίαν περὶ τῆς Κασσίου ἐπαναστάσεως, ex Xiphilino ſive Dionis lib. LXXI. p. 811.

Deniq; Vir doctus ſub literis R. I. latens ſuadente Viro Cl. Ioh. Hudſono Antoninum edidit Oxoniæ è Theatro Sheldoniano Græcè & Latinè cum ſelectis & brevibus notis A. D. 1704. 8. *Textum*, inquit, *exhibendum cumvi prout editus eſt à Gatakero, cujus & diſtinctionem in ſectiones retinui, ut & ejus verſionem, licet nonnunquam paululum à me immutatam, cum vel Antonini mens vel perſpicuitatis aut latinitatis ratio poſtulare viſa eſt; Latinitati autem non adeo ſtudui ut omnia quæ non eſſent Ciceroniani ævi vocabula repudiarem, modo auctoris ſenſum bene exprimerent. Ex Gatakero autem & cæteris omnibus notas quæ mihi maxime placuerunt excerpſi, quibus & meas, parcius licet, addidi. In variantibus lectionibus & doctorum conjecturis, de quibus nonnulli majore quàm par eſt ſtudio decertare ſolent, modum adhibendum cenſui -- -- Epiſtolas etiam quasdam M. Antonini nomen præferentes* Græce & Latine quidem ex Euſebii IV. 13. Hiſt. & Nicephor III 28. Hiſt. *ad Commune Aſiæ*, quam ab Euſebio & Halloixio male ad Antoninum Pium referri docet Valeſius: & ſuppoſititiam illam *ad Senatum* quæ in Codicibus occurrit Iuſtini Martyris ad calcem Apologetici II. tum Latine *ad præfectum ſuum & ad Verum, ad Fauſtinam*, & *ad Senatum* ex Avidio Caſſio Vulcatii Gallicani c. 1. 2. 5. 11 12. cum notis *imprimendas cumvi, ut & nonnullas aliorum ad Antoninum datas, quo clarior eſſet illius in ſingulis ſcopus: quamvis de iis omnibus, utrum genuinæ ſint, inter doctos non ſatis conveniat, lectoris tamen judicio ſubmittendas cenſui, ne quid Antonini à me prætermiſſum quereretur. Orationes vero duas ex Herodiano & Dione Caſſio, quæ tamen*

c) Epiſtola ejuſmodi M Antonini memoratur Tertulliano c. 5. Apologetici, Euſebio V. 5. Hiſt. Eccleſ. & Oroſio VII. 15. Quæ tamen Græce hodie in Juſtini Codicibus extat & latine è Cod. Bibl. Vaticanæ ab Angelo Roccha eſt edita, ſemiGræculi commentitius fœtus videtur Scaligero ad Euſebii Chron. num. MMCLXXXIX. p. 222. Salmaſio ad Jul. Capitolinum in M. Antonini vita c. 24. & Samueli Basnagio Annal. ad A.C. 174. n. 9. Huetio demonſtrat. Evangel. propoſit. 3. p. 66. aliisque.

tamen exstant in priore editione Oxoniensi, utpote ab Historicis ipsis confictas consulto omisi. Duos etiam indices, unum vocum & locutionum memorabilium, alterum hominum illustrium, *quo nihil huic nostræ editioni deesset, adjeci.* Posteriorem indicem, qualem in aliis editionibus frustra quæras, integrum huc apponere operæ pretium esse & instituto meo congruens existimavi.

IV. Hominum illustrium, quorum M. Antoninus in libris suis mentionem facit, indiculus.

Adrianus IV. 33. VIII. 5. 21. 37. X. 27.
Agrippa XIII. 31.
Alciphron X. 31.
Alexander *Grammaticus* I. 10.
Alexander *Magnus* III. 3. VI. 24. VIII. 3. IX. 29. X. 27.
Alexander *Platonicus* I. 12.
Andro I. 6.
Antoninus IV. 33. VI. 30. VIII. 21. X. 27.
Apollonius I. 8. 17.
Archimedes VI. 47.
Arius VIII. 31.
Augustus IV. 33. VIII. 5. 31.
Bacchius I. 6.
Benedicta I. 17.
Brutus I. 14.
Cadicianus sive Cæcilianus IV. 50.
C. Cæsar III. 3. VIII. 3.
Cæso IV. 33.
Camillus IV. 33.
Cato IV. 33.
Catulus I. 13.
Celer VIII. 25.
Chabrias VIII. 37.
Chiarax vel Charax VIII. 25.
Chrysippus VI. 42. VII. 19.
Crates VI. 13.
Crito X. 31.
Crœsus X. 27. (29.
Demetrius Platonicus VIII. 25. IX.
Democritus III. 3.
Diogenes VIII. 3.
Diognetus I. 6.
Dio I. 14.
Diotimus VIII. 25. 37.
Epictetus VII. 19. XI. 34. 36.
Epicurus IX. 41.
Epitynchanus VIII. 25.
Evdæmon VIII. 25.
Euphrates X, 31.
Eutyches X, 31.
Eutychion X, 31.
Eutychius I, 6.
Fabius IV, 20. XII, 27.
Faustina VIII, 25.
Fronto I, 11.
Helvidius I, 14.
Heraclitus III, 3. VI, 42. 48. VIII, 3.
Hipparchus VI. 47.
Hippocrates III, 3.

Hymen X, 31.
Iulianus IV. 50.
Leonnatus IV, 33.
Lepidus IV. 40.
Lucilla VIII, 27.
Lupus XII, 17.
Mæcenas VIII, 31.
Marcianus vel Mœtianus I, 6.
Maximus I, 17. VIII, 25.
Menippus VI, 47.
Monimus *Cynicus* II, 15.
Nero III, 16.
Origanio VI, 47.
Panthea VIII, 37.
Perdiccas II, 25.
Pergamus VIII, 37.
Phalaris III, 16.
Philippus IX, 29. X, 27.
Philiſtio VI, 47.
Phocion II, 13.
Phœbus VI, 47.
Plato VII, 48. IX, 29. X, 23.
Pompejus III, 3. VIII, 3.
Pythagoras VI, 47.
Ruſticus I, 7. 17.
Satyrio *Socraticus* X, 31.
Scipio IV, 33.
Secunda VIII, 25.
Severus I, 14. X, 31.
Sextus I, 9.
Socrates III, 3. 6. VI, 47. VII. 19. 66. VIII, 3. XI, 23. 25. 28. 29.
Stertinius XII, 27.
Sylvanus X, 31.
Tandaſides I, 7.
Telavges VII, 66.
Theodotus I, 17.
Theophraſtus II, 10.
Thraſeas I. 14.
Tiberius XII, 27.
Trajanus IV, 32.
Tropæophorus X, 31.
Velius Rufus XII, 27.
Verus, Marci avus I. 1. VIII. 37.
Verus Marci frater adoptione VIII, 25.
Veſpaſianus IV, 32.
Voleſus IV, 33.
Xanthippe XI, 28.
Xenocrates VI, 13.
Xenophon X, 31.

V. VERSIONES VERNACULÆ LIBRORUM XII. M. ANTONINI.

Gallice poſt verſionem Auctore B. I. K. Pariſ. 1651. 12. interpretati ſunt perquam eleganter par conjugum præclariſſimum, qui cum matrimonio ſe ſociarent, Græcæ & Latinæ litteræ connubio jungi ſibi dicebantur, *Andreas Dacerius* & *Anna Tan. Fabri* filia, additis etiam notis tam utili atque eximio ſcriptore dignis, & vita Imperatoris præmiſſa, quam Angli deinde in ſuam & Latinam linguam verterunt. *Reflexions Morales de l' Empereur Marc Antonin* &c. Poſt Pariſienſem hujus verſionis editionem A. 1691. factam jam quartum recuſa eſt Amſtelod. 1710. 8. (*Gal-*

[*Gallica verſio M. Antonini per S. B. ex Hiſpanico*] *facta Pariſ. 1573. 1588. 8. non eſt librorum Imperatoris de quibus hactenus dixi, ſed Horologii Principum quod ſub Marci Antonini nomine ſcripſit Antoninus de Gvevarra* * (*Relox de Principes ò Marco Aurelio*) editum *Hiſpanice Pinciæ 1529. Hiſpali 1532. tum Italice interprete Mambrino Roſſeo A. 1548. 8. & Latine cum Commentario Joh. Wankelii, Torgæ 1601. fol. Lipſiæ 1606. 1615. 1624. 1632. Torgæ 1611. Cracov. 1615. 4. Francof. 1664. & Anglice per Tho. North. Lond. 1619. 4. ut binas Germanicas verſiones & alteram Gallicam præteream.*]

Italice nescio quo auctore ex Græco translati, cum variis lectionibus è Codd. Græcis & M. Antonini vita prodierunt Romæ 1675. 12. Dodici libri *di ſe ſteſſo & à ſe ſteſſo* &c.

Anglice vertit Mericus Casaubonus, Lond. 1634. cujus verſio deinde poſt paucos menſes emendatius recuſa, & brevibus illuſtrata notulis, quas vix centeſimam eſſe partem eorum quæ in divinum hunc ſcriptorem notarit, teſtatur Epiſtola 3. ad Gerardum Voſſium. Quarta editio hujus verſionis A. 1692. & quinta quæ A. 1694. lucem vidit, præmiſſam habet Antonini vitam ex Gallica Daceriana Anglice translatam.

Poſt Casaubonianam elegantior meliorq; *Cl. Collierii* translatio prodiit A. 1701. *the Emperor Marcus Antoninus his converſations with himſelf, or Moral Meditations* &c. Addita Gatakeri prolegomena, & vita Antonini Daceriana cum locis Scriptorum veterum à Stanhopio additis, & Cebetis Tabula Anglice translata.

VI. EDITIONES PROMISSÆ.

Novam verſionem capitibus & capitum ſummis diſtinctam edere paravit *Caſpar Barthius*, XLIX. 4. Adverſar. una cum commentario cujus ſpecimen exhibet lib. LI. cap. 16.

Scipionem Sgambatum S. I. libros M. Antonini Latine vertiſſe legas in Bibliotheca Jeſuitica Philippi Alegambe.

Dionyſius Petavius lib. III. Epiſtola 56. refert libros M. Antonini recenſere voluiſſe *Caſparum Gevartium*, & alium quendam Hamburgenſem ex Lutherano Catholicum, (*Lucam Holſtenium* opinor.) Atque de Gevartii inſtituto etiam mentio in Gaſſendi Epiſtolis, com-

* Conſer Wankelii præf. ad Horolog. Principum, Nic Antonii Bibl. Hiſpanam T. I. p. 99. Bælii Lexicon in *Gvevarra*, & Voſſium de Hiſt. Græcis p. 255.

commentariumque illius ſibi à Gevartio oſtenſum narrat Paulus Colomeſius in opuſculis p. 101. Neque tenuis ſed ponderoſus comentarius ille, fuit apud Iohannem Baptiſtam Steenbergium, ſupremi tribunalis quod Mechliniæ eſt Senatorem. Sed & ipſe editurus non potuit fidem datam liberare immatura morte occupatus, ut ſcriptum præſtantiſſimo Grævio præfat. ad tomum ſextum theſauri Antiquitatum Romanarum.

VII. De perditis M. Antonini *Dialogis*, tum de *Epiſtolis* * quæ ſub illius nomine etiamnum feruntur, jam ſupra §. 2. & 3. mentio à me facta eſt. De variis ejus *legibus* & *conſtitutionibus* videndus Tillemontius in Marci Antonini vita capite 28. T. 2. Hiſt. Imperator. p. 702. ſeqq. De *Itinerario* quod Latine legitur & ad hunc Antoninum Codices quidam referunt, vide ſi placet quæ annotavi in Bibl. Latina. Manifeſtus vero error Hendreichii, qui in pandectis Brandenburgicis Marco Antonino Imp. tribuit Marci triumviri Epiſtolam ad Hircanum, & edicta duo ad Tyrios quorum meminit Flavius Ioſephus XIV. 23.

VIII. MAXIMUS patria Tyrius, in Codice Caroli de Montchal, cujus mentionem facit Labbeus Bibl. nova MSS. p. 194. *Sophiſta* appellatur, ex eo ſcilicet genere qualem fuiſſe Dionem Chryſoſtomum ſupra obſervabamus, qui cum dicendi ſtudio Philoſophiam conjunxerunt, itaque & Suidas Maximum *Philoſophum* vocat, & alii MSS. Codices, quos viri docti conſuluerunt, *Platonicum Philoſophum*. Sane Platonicæ ſtudium Philoſophiæ ex omnibus ejus diſputationibus elucet, unde Caſaubono ad Perſium *mellitiſſimus Platonicorum* dicitur. Ipſe etiam de ſe diſſ. XI. Ἐγὼ γάρ τοι, inquit, πάπ ἄλλα, καὶ τῇ τ ὀνομάτων ἐλλθεξίᾳ πείθομαι Πλάτωνι. Federicus quidem Morellus ſuſpicatur hunc ipſum eſſe Τύριον Σοφιςῇ cujus *orationem funebrem in Paridem Sophiſtam Antiochenum* celebrat Libanius Orat. XIX. pro ſaltatoribus T. 2. p. 486. Σοφιςὴς Τύριος ὃς τῇ γλώττῃ τὸ τ Ποσειδῶνος ἴσχυε, σίων πᾶ πάσων

* Inter Imperatorias, Epiſtolis M. Antonini præcipuum locum tribuit Philoſtratus Epiſt. 1. ad Aſpaſium Τὸν ἐπιςολικὸν χαρακτῆρα τ λόγε μετὰ τὰς παλαιὰς ἀρίςας μοι διεσκέφθαι δοκῶσι, Φιλοσόφων μὲν ὁ Τυανεὺς καὶ Δίων, ῥητόρων δὲ Βρῶτον ἢ ὅτω ἐς τὸ ἐπιςέλλειν ἐχώρησε. Βασιλέων δὲ ὁ Θεσπέσιος Μάρκος, ἐν οἷς αὐτὸς ἐπέςελλε, πρὸς γὰρ τῷ κεκριμένῳ τ λόγε καὶ τὸ ἰδιαζον τ ἔθους ἐντετύπωται τοῖς γράμμασι. Ῥητόρων δὲ ἀρίςα μὲν Ἡρῴδης ὁ Ἀθηναῖος ἐπέςελλεν &c. Confer Photium Epiſt. 248, cujus verba dedi ſupra lib. 2. c. 10. §. 48.

πνάσσων ἅπαντα, τοῦτον ὅτως ἐθρώησε κείμηλον καὶ μεγαλοπρεπὲς ἐμπόριον αὐτῷ τ λόγον ἔδωκεν. Saltim ex Eusebii, Syncelli & Svidæ testimoniis certum est Antoninorum & Commodi ætate vixisse (paullo ut videtur juniorem Rhetore Maximo Plutarchi æquali qui ejus meminit IX. 4. Sympos. antiquiorem autem Maximo quem natali Platonis celebrato per Dionysium Longinum cum aliis interfuisse testatur Porphyrius apud Euseb. X. 3. præparat.) Et versatum per aliquod temporis Romæ, in quam urbem iterato venit, cæterum ut credibile est ætatem in Græcia commoratus. Utrum Verissimi Imperatoris præceptor fuerit, haut plane constat ex Eusebii in Chronico verbis, ita ut Interpres Hieronymus Maximum Tyrium etiam distinxerit à Præceptoribus Verissimi quos fuisse ait Philosophos illustres Apollonium Stoicum patria Chalcedonium & Basilidem Scythopolitanum. Libenter etiam assentior Tho. Gatakero & Merico Casaubono qui in notis ad Marci Antonini lib. I. sect. 15. errare putant eos qui Claudium Maximum Stoicum Marci Antonini Præceptorem cum Maximo Tyrio Platonico confundunt, ut præter Scaligerum ad Euseb. Jonsium p. 256. Jac. Capellum in Hist. Eccles. Dan. Heinsium & T. 2. Hist. Imperator. Tillemontium facit Caspar Barthius cujus hæc sunt verba lib. I. Adversar. cap. XI. *De Maximo quod ait Antoninus Philosophus in Eclogis, cum gratiosum dictis factisque ab omnibus fuisse amabilem, id sane hodie quoq; ex ejus dissertationibus clarum est, quibus nihil gratius fingi potest, præsertim talem nactis interpretem.* Vehementius etiam lapsus est Federicus Morellus qui in lemmatibus quæ marginibus Libanii sui adsperſit T. 2. ad Orat. IV. p. 175. & VII. p. 218. Maximum Tyrium eundem facit cum longe juniore Maximo Ephesio, doctore Juliani τοῦ θεουργοῦ, recte reprehensus eo nomine à clarissimo Davisio. De illo Maximo cujus Poëma Astrologicum περὶ κατοχῶν è MSto Mediceo editurum me recepi lib. III. c. 20. plura dicendi locus erit ad Eunapium. Nunc alios quosdam Maximos addere juvat, ut Maximum Byzantium Euclidis parentem Juliano familiarem, quem ab Ephesio distinguit Socrates III. 1. Hist. Eccles. & Nicephorus X. 1. Maximum Romanum in Veteri marmore apud Fulvium Ursinum p. 71. elog. ΜΑΞΙΜΟΣ ΣΕΟΤΗΡΟΥ ΡΩΜΑΙΟΣ. Maximum Philosophum de quo inscriptio Athenis reperta quæ exstat apud Jac. Sponium p. 127. Misc. ΝΑΞΙΜΩ - - - - ΤΙΑΝΩ, ΦΙΛΟΣΟΦΩ. Maximum Alexandrinum Philosophum Cynicum de quo dixi lib. III. cap. 12. Maximum Sophistam Alexandrinum, cujus μελέτας legisse se refert Photius in Bibl.

Codice CXXXV. Maximum item Ægienſem qui Apollonii Tyanenſis vitam ſcripſit teſte Philoſtrato lib. I. c. 3. & Hierocle apud Euſebium c. 2. Meminit quoque Tzetzes chil. 2. hiſt. 60. 61. ſed & Chil. 9. hiſt. 291. ut pulchre ad Philoſtratum notis obſervatum Rev. ac doctiſſimo amico noſtro Godfrido Oleario.

IX. Verum ut miſſis infinitis aliis Maximis, quorum in veterum ſcriptis ac monumentis fit mentio, ad Tyrium noſtrum revertar, *auctorem inprimis elegantem in Philoſophia, ac diſertum*, ut cum Petro Petito lib. 1. Miſc. Obſervationum cap. 20. habebunt eum omnes qui legerunt, Vitio ei verti video à nupero eruditiſſimo editore quod diſſ. XXXVII. p. 386. nimis putide nec ea qua par eſt modeſtia eloquentiam ſuam ac multiplicem eruditionem jactet & efferat, velut eo conſilio ut plures diſcipulos ad ſe pertraheret, xeniaque ab iis quos jam nactus erat largiora ferret. Attentius tamen legenti illam præclaram diſſertationem apparebit longe aliud eo in loco fuiſſe Maximi inſtitutum, nempe hoc, veram Philoſophiam, licet multa & præclara in auditoriis doceantur à ſe & aliis, excipianturque ab audientibus cum plauſu, tamen alio adhuc indigere Magiſtro, & auditoribus qui vita & moribus illum exprimunt. Ait igitur id demum pulchrum fore certamen, illam victoriam præſtantiſſimam, ſi auditores ſuos habeat in virtutis ſtadio ſecum certantes, ſi in illo vinci ſe contingat. *Hoc enim uno modo ſumma cum laude coronam auferam, victorque ſpectante tota Græcia à præcone deſignabor* Ἕως γὰρ οὐδὲν ἀστεφάνωτος εἶναι ὁμολογῶ καὶ ἀκήρυκτος, καὶ ὑμεῖς βοᾶτε. *Hactenus enim, licet clamor non deſit veſter, nec coronam conſecutus ſum, nec vocem præconis audivi.* Τί γὰρ ἐμοὶ ὄφελος τῶν πολλῶν λόγων καὶ τῆς συνεχοῦς ταύτης ἀγωνίας; ἔπαινος; ἀλλὰ τούτων ἔχω. δόξα; κεκόρεσμαι δὲ καὶ χρήματος. *Quo enim mihi tam multa verba & aſſidua illa decertatio? ut laudem conſequar? Satis habeo. Ut gloriam? Satias me tenet. Sed tota res huc redit, eſt qui laudet ſermonem, non eſt ſermone uti qui velit, licet & vocem habeat & aures. Laudas Philoſophiam nec eam amplecteris, qui & animum habeas & Magiſtrum.* Ἐπαινοῦσι πάντες, μιμεῖται δὲ οὐδείς. *Omnes laudant, nemo imitatur.* Inde aliquibus interjectis, ὥστε ἐγώγε, inquit, τέως μὲν καὶ πρὸς ἅπαντας ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων σιγὴν ἔχων, καὶ μηδὲν σεμνὸν μηδὲ ὑπερφυὲς μήτε εἰπὼν μήτε εἰς κοινὸν εἰπών, νῦν μοι δοκῶ ΤΜΩΝ ΕΝΕΚΕΝ ΓΑΥΡΟΤΑΤΑ ΑΝ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΑΥΧΟΤΑΤΑ ΕΙΠΕΙΝ. *Mihi qui de nationibus noſtris & ſtudio hactenus tacuerim, nihil grande, nihil jactabundum publice aut privatim dixerim, VESTRA LIBET CAUSA IN PRÆSENS CUM MAXIME GLORIARI*

RIARI ET MAGNIFICA JACTARE. Postquam deinde Scholas Rhetoricas & Politicas, & contentiosæ ac verbosæ Philosophiæ prædicasset, non suas ipsius adeo, certe non solius sed & aliorum, ut ex toto contextu orationis paret & manifestissime constat ex verbis p. 388. πάντα γὰρ μεστὰ τῶν σοφιστῶν. ἔστι δὲ ὃ λέγω, καὶ ταχὺ ἀναφανήσεται· θαῤῥῶ γὰρ ἐγώ γε εἰπεῖν ὅτι τῆς τοιαύτης φιλοσοφίας πλείους οἱ διδάσκαλοι τῶν μαθητῶν. *Sophistarum plena sunt omnia. Res hæc ubique obvia ac in oculos passim incurrit. Quin etiam dicere non verear plures esse qui doceant EJUSMODI Philosophiam quam qui discant.* Deinceps concludit: Τὸ δὲ ἐν φιλοσοφίᾳ κεφάλαιον καὶ ἡ ἐπ' αὐτῇ ἐδὸς δεῖται διδασκάλου, τοῦ τὰς νέων ψυχὰς συνεπαίροντος καὶ παιδαγωγοῦντος αὐτῶν τὰς φιλοτιμίας καὶ ὁδὸν ἀλλ' ἢ λύπαις καὶ ἡδοναῖς τὰς ἐρέξεις αὐτῶν συμμετρουμένου. *Præcipua autem Philosophiæ pars, & quæ eo ducit semita præceptore indiget qui animos juniorum erigat, studia eorum & desideria non aliter quàm pædagogus aliquis gubernet, eorum appetitiones voluptatibus doloribusque attemperet.*

X. Extant hujus Maximi Tyrii Διαλέξεις sive λόγοι, *Dissertationes* Varii argumenti *XLI.* quæ in Codice Regis Christianissimi alio ordine quam in MStis aliis, editisque leguntur. Editorum seriem minoribus, Codicis MSti Regii vero majoribus numeris significavi. Heinsius qui in notis, Platonicorum dialogorum more, in decem tetralogias (præmissa proœmii loco dissertatione Maximi 37.) illas distribuit, testatur eidem Codici MSto hunc præfixum fuisse titulum: Μαξίμου Τυρίου Πλατωνικοῦ Φιλοσόφου τῶν ἐν Ῥώμῃ Διαλέξεων ἡ πρώτης ἔκδοσις Α, Β, Γ, Δ, Τοῦ αὐτοῦ Φιλοσοφούμενα. Inde suscipio est non omnes istas dissertationes à Maximo dictas quando prima vice Romæ versabatur, sed nonnullas etiam quando alterâ. Quin in Græcia habitas aliquas Clariss. Davisius colligit ex verbis supra etiam à me ex diss. XXXVII. adductis: Τοπ κηρύττομεν ἐν τοῖς Πανελλησιν. *Metaphora*, inquit, *ducta est à ludis Græcorum publicis, in quibus postquam sententiam de victore tulerunt judices, is præconum voce renunciabatur, ut populus è tota Græcia collectus sciret cui palma esset debita. Manifestum igitur est, si non in Græcia sed Roma fuerit noster, cum hæc verba faceret, eum non ἐν τοῖς Πανέλλησι sed ἐν τοῖς Ῥωμαίοις fuisse prædicandum. Et sane ne quid dissimulem, Græcia diutius quam Roma Maximum videtur cepisse, quod in unaquaque fere Dissertatione summam rerum Græcarum ostendat peritiam, cum res Romanas calluisse nullo indicio constet: certe, quod memini, ad eorum historiam ne semel quidem respexit.* Hæc ille.

Diſſertationum argumenta hæc ſunt:

1. XIV. Περὶ τοῦ τίς ὁ Θεὸς κατὰ Πλάτωνα; *Quid ſit DEus ſecundum Platonem?*
2. XV. Περὶ τοῦ εἰ τὰ ἀδικήματα αἰτιωδικητέον; *Utrum referenda ſit injuria?* Sermo *tam ſanctus, tam pius, tam Chriſtianus*, judice Beato Rhenano præf. ad Max. Tyrium, *ut ſi hic auribus vulgo crebrius inculcetur, facile futurum ſperem, ut inſanis iſtis bellorum tumultibus quibus Chriſtiani inter nos concurrimus, aliquando finis imponatur.*
3. XVI. Περὶ τοῦ εἰ μαντικῆς ὄντος ἔστι τι ἐφ' ἡμῖν; *Utrum exiſtente divinatione aliquia ſit in noſtra poteſtate?*
4. XVII. Τίσι χωριστέον τὸν κόλακα φίλου; *Quomodo ab adulatione amicus diſtingui poſſit?* Hanc diſſ. Latine vertit *Jo. Gaſelius*, ediditque Roſtochii 1587. 4. Ejusdem argumenti librum habemus inter ſcripta Plutarchi.
5. XVIII. Ὅτι ὁ πρακτικὸς βίος ἀμείνων τοῦ θεωρητικοῦ. *Vitam activam contemplativæ præferendam eſſe.* Hanc diſſ. & eam quæ proxime ſequitur, latine transtulit *Joh. Rainoldus*, Lond. 1619. 12.
6. XIX. Ὅτι ὁ θεωρητικὸς βίος ἀμείνων τοῦ πρακτικοῦ. *Vitam activam præferendam eſſe contemplativæ.*
7. XX. Εἰ καλῶς ὁ Πλάτων Ὅμηρον τῆς πολιτείας παρῆκεν; *Utrum recte Homerum Plato è Rep. ſua ejecerit?* De hoc argumento vide ſi placet quos laudavi lib. 2. c. 3. ſect. 10.
8. XXI. α'. Τίς ἡ Σωκράτους ἐρωτικὴ; *Qualis fuerit amor Socratis?*
9. 10. 11. XXI. β', γ', δ', Περὶ τοῦ Σωκράτους ἐρωτικῆς, ἢ περὶ ἔρωτος. *De eodem Socratis amore.* Confer Dan. Heinſii diſſ. de pulchro Socratico, quam notis ad Max. Tyrium ſubjunxit.
12. XXII. Ὅτι πάσης τῆς διὰ λόγων εὐφροσύνης ἡ διὰ φιλοσόφων λόγων ἀμείνων. *Omni ſermonum ac litterarum voluptate majorem eſſe eam quæ ex Philoſophia percipitur.*
13. XXIII. Τίνες λυσιτελέστεροι πόλει, οἱ στρατευόμενοι ἢ οἱ γεωργοῦντες. Ὅτι οἱ στρατευόμενοι. *Utri in Rep. utiliores ſint, milites an agricolæ? & primo pro militibus.*
14. XXIV. Ὅτι γεωργοὶ τῶν στρατευομένων λυσιτελέστεροι. *Agricolas utiliores eſſe quam milites in Rep.*
15. XXV. Ὅτι οἱ σύμφωνοι τοῖς ἔργοις λόγοι ἄριστοι. *Solos ſermones quibus opera reſpondent eſſe optimos.*
16. XXVI. Εἰ ἔστι κατὰ Ὅμηρον αἵρεσις; *An ſit ſecundum Homerum definita in Philoſophia opinio, ſive ſecta?* Hanc diſſ. reſpicit Suidas cum Maximum Tyrium ait ſcripſiſſe Περὶ Ὁμήρου καὶ τίς παρ' αὐτῷ ἀρχαία φιλοσοφία ἦν.

17.

17. XXVII. Εἰ τέχνη ἡ ἀρετή; *An virtus sit ars sive num doceri queat?*
18. *XXVIII.* Πῶς ἂν τις ἄλυπος εἴη; *quomodo quis doloris vivere expers possit?*
19. *XXXIX.* Τί τέλος φιλοσοφίας; *Quis Philosophiæ finis?* Confer infra diss. 34.
20. *XXX.* Εἰ σπουδαῖος ὁ Κυνικὸς βίος; *Cynici vitam potiorem esse.*
21. *XXXI.* Εἰ συμβάλλεται πρὸς ἀρετὴν τὰ ἐγκύκλια μαθήματα; *Num artes liberales aliquid in virtutem conferant?*
22. *XXXII.* Εἰ γένοιτό τις θεία μοῖρα ἀγαθός - *An aliquis divina sorte bonus fiat?* Confer Dionem Chrysost. Diss. LV. & Petrum Petitum lib. 1. Misc. Observationum capite 20.
23. *XXXIII.* Ὅτι οὐκ ἔστιν ἀγαθὸν ἀγαθοῦ μεῖζον. *Bonum bono majus non esse.*
24. *XXXIV.* Ὅτι ἔστιν ἀγαθὸν ἀγαθοῦ μεῖζον. *Bonum bono majus esse.* Contra Stoicos. Adde Lipsium III. 4. manuduct.
25. *XXXV.* Τοῦ Θεοῦ τὰ ἀγαθὰ πάντων ὄντων πόθεν τὰ κακά; *Cum DEUS bona faciat, unde sint mala?*
26. *XII.* α, Τί τὸ δαιμόνιον Σωκράτους; *Quid sit Socratis DEus sive Dæmonium?*
27. *XII.* β, ἔτι περὶ τοῦ Σωκράτους δαιμονίου. *De eodem argumento,* de quo vide sis quæ dicta à me supra lib. IV. c. 11. num. 93. & in Bibl. Latina ubi Apuleji librum de Deo Socratis retuli.
28. *XIII.* Εἰ αἱ μαθήσεις ἀναμνήσεις; *Utrum disciplinæ sine reminiscentiæ?*
29. *VIII.* Τίνες ἄμεινον περὶ Θεῶν ἐλέγοσαν, ποιηταὶ ἢ φιλόσοφοι; *Utri melius de Diis senserint, Poëtæ an Philosophi?*
30. *IX.* Περὶ Μίδου τοῦ Φρυγός. *De Mida Phryge.* In aliis Codicibus (ut illo quo interpres Latinus Cosmus Paccius usus fuit) rectius hæc Dissertatio inscribitur: πότερον ἔυχεσθαι δεῖ τῷ Θεῷ; *An orandus sit DEUS?* sive ut est in Codice Regio Paris. εἰ δεῖ εὔχεσθαι;
31. 32. 33. *I.* α, β, γ. Περὶ ἡδονῆς ὅτι εἰ καὶ ἀγαθὸν, ἀλλ' οὐ βέβαιον. *Voluptatem etsi bonum, non tamen esse stabile.* Hæ tres dissertationes una cum tribus proxime sequentibus manu exaratæ exstant in Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi.
34. *II.* Τί τέλος φιλοσοφίας; *Quis sit Philosophiæ finis?* Similis argumenti fuit supra diss. 19.
35. *III.* Ὅτι ἐκ τῶν ἐναντίων ὠφελεῖσθαι. *Ex adversa fortuna etiam posse utilitatem percipi.* De eodem argumento Plutarchus lib. de utilitate ex inimicis. Vide si lubet quæ dixi supra lib. IV. c. 11. num. 55.

36. *IV.* Πῶς ἄν τις πρὸς Φίλον προσφέροιτο. *Quomodo quis ad amicum se gerere debeat.*

37. *V.* Ὅτι πρὸς πᾶσαν ὑποθεσιν ἁρμόττει ἡ Φιλοσοφία λόγος. *Omni subjecto Philosophiam convenire.*

38. *VI.* Εἰ θεοῖς ἀγάλματα ἱδρυτέον. *Utrum Diis sint dicandæ imagines.*

39. *VII.* Εἰ καλῶς ἐποίησε Σωκράτης μὴ ἀπολογησάμενος; *An recte fecerit Socrates quod se non defenderit respondendo.* Memorat & Suidas è Max. Tyrii dissertationibus hoc titulo, εἰ καλῶς Σωκράτης οὐκ ἀπελογήσατο.

40. *XI.* Τί ἐστιν ἐπιστήμη; *Quid sit scientia?*

41. *XII.* Πότερα χαλεπώτερα νοσήματα, τὰ τοῦ σώματος ἢ τὰ τῆς ψυχῆς; *Corporisne an animi morbi graviores sint?* Hanc diss. cum libello Plutarchi, ejusdem argumenti (de quo supra lib. IV. c. 11.) latine vertit *Jo. Rainoldus.* Lond. 1619. 12.

XI. EDITIONES MAXIMI TYRII.

Latine transtulit primus *Cosmus Paccius* ArchiEpiscopus Florentinus è MSto Codice quem ad Laur. Medicem cum aliis *Janus Lascaris* è Græcia attulerat. Cosmi frater *Petrus Paccius*, post mortem auctoris interpretationem edidit dicatam Julio II. Pontifici Max. præfixâ *Beati Rhenani* ad Joh. Grolierium Lugdunensem Regis Christianiss. à secretis ac Insubriæ quæstorem primarium Epistola, qua testatur ad Græca quædam excerpta Latinam Tyrii versionem se recognovisse. Basil. 1519. fol. tum ex castigatione *G. Alberti Pisti*, Paris. 1554. forma minore.

Græce primus ex Codice Arnoldi Arlenii, & altero minus emendato Joannis Stracelii vulgavit *H. Stephanus* Paris. 1557. 8. una cum castigationibus ad calcem libri subjectis, & seperatim edita *latina* Paccii interpretatione, sed quamplurimis locis inter excudendum emendata.

Græce & Latine prodiit cum interpretatione & notis *Danielis Heinsii* (qui Codice MS. Regis Galliæ, beneficio Is. Casauboni & excerptis Sixti Arcerii, Codice item Palatino usum se profitetur) Henriciq; Stephani castigationibus Lugd. Bat. 1607. & 1614. 8. In priore editione latina ad calcem libri seperatim exhibentur, & præter Alcinoi introductionem adjuncta sunt Pythagoreorum fragmenta cum versione Guil. Canteri & Apuleji liber de Deo Socratis,

cratis. In altera editione emendatiore, interpretatio latina Græcis per ſingulas paginas Maximi Tyrii ſtatim adſcripta, ſed Apuleji liber una cum Pythagoreorum fragmentis omiſſus.

Recuſus eſt ex Heinſii editione Maximus Tyrius Græce & Latine ſed ſine notis Lugd. ex officina Claudii Lariot, 1630. 8. & ita ut caſtigationes Stephani Heinſiique quæ editori probarentur ſtatim in contextum receptæ ſint, Oxonii 1677. 12.

Denique Vir Doctiſſ. *Jo. Daviſius* Collegiæ Reginæ apud Cantabrigienſes Socius Maximi Tyrii diſſertationes cum interpretatione Dan. Heinſii hinc inde a ſe emendata, & notis brevibus in ora cujusque paginæ ſubjectis recudi curavit Cantabrigiæ A. 1703. 8. Jure merito laudatur hæc editio à clariſſimo Viro Jo. Clerico T. XI. Bibl. ſelectæ p. 287. ſeq. etſi dolendum videtur Heinſii notas non integras adjectas eſſe. Cæterum binos indices Daviſius addidit, unum auctorum à Tyrio laudatorum, alterum perquam locupletem rerum. Priorem aliquot locis auctum mox infra ſubjungam.

Gallice, per *Federicum Morellum* Pariſ. 1607. 12. Rothomagi. 1617. 4.

Italice interprete *Petro de Bardi*, Comite Vernii, & Academico Florentino. Venet. 1642. 4.

XII. INDEX SCRIPTORUM & illuſtrium ingenii laude virorum à MAXIMO TYRIO laudatorum.

Æſchylus diſſ. 41.
Æſopus. 33.
Alcæus. 21.
Anacharſis. 15.
Anacreon. 8. 10, 11.
Aratus, 14
Archilochus, 8.
Ariphron Sicyonius, 41.
Ariſteas, 22. 28.
Ariſtophanes, 15.
Diogenes Cynicus, 20. 33.
Draconis leges, 39.

Epicu-

Epicurus, 29. 31. 33. 34.
Epimenides, 22. 28.
Euripides, 3.
Heraclitus, 25. 29.
Herodotus, 12. 23.
Hesiodus, 8. 13. 14. 16. 22. 26. 29. 33.
Hippocrates, 3.
Homerus, passim.
Melesagoras Eleusinius vates. 22.
Menander, 30.
Minois leges, 22. 40. Cretensium lex. 10.
Myson Chenensis, sapiens, 8.
Oracula, 3. 13. 30.
Orpheus, 21. 29.
Pherecydes, & Συρίῳ τῷ ποίησιν σκόπει. 29. terræ motum Samiis prædicens, 3.
Pindarus, 7. 21.
Plato, 3. 8. 16. 36. &c. τῶν ὁμήρου μεγαλωσύνῳ, 33.
Prodici fabula de Hercule, 4.
Pythagoras, 9. 15. 28.
Sappho, 8.
Socrates, passim.
Stesichorus, 11.
Syracusiii Poëtæ (Epicharmi) dictum νῆς ὁρᾷ, νῆς ἀκούει, 1.
Telesillæ μέλη. 21.
Thucydides, 12. 23.
Timesias, qui defectum Solis Clazomeniis prædixit. 3.
Tyrtæus, 21.

XIII. ALCINOUS ad initia secundi à CHRISTO nato sæculi à viris doctis refertur, etsi quo tempore vixerit nullo certo argumento constat. Et Platonicum quidem fuisse svadet liber quem sub illius nomine habemus, nisi putemus alterius etiam disciplinæ sectatorem exploratoris instar Platonica dogmata accuratius pensitasse atque in compendium misisse. Nam Alcinoum Stoicum memorant Philostratus in vita Marci Sophistæ, Ἀλέξιν hujus de iride ad illum veluti auctorem à quibusdam relatam indignatus lib. 1. de Sophist. p. 528. Certé quisquis fuit, antiquior fuit auctore libri περὶ παντὸς οὐσίας quem Flavio Iosepho quidam, alii Hippolyto Portuensi Episcopo, alii Cajo presbytero tribuerunt, de illo enim hæc inter alia

alia Photius Cod. XLVIII. δεικνυσι ἢ ἐν αὐτοῖς ὡς ἑαυτὸν σοφιάζονται Πλάτωνα, ἐλέγχει ἢ καὶ περὶ ψυχῆς καὶ ὕλης καὶ ἀναστάσεως Ἀλκίνου ἀλόγως τε καὶ ψευδῶς εἰπόντα. Quæ de noſtro Alcinoo accipienda eſſe libenter mihi perſuaſerim. Nam illum quidem longe antiquioris Alcinoi Apologum omitto Odyſſ. ϑ. ſeqq. Ælian. XIII. 14. Hiſt. qui ob longitudinem in proverbium abiit Platoni X. de Rep. Ariſtoteli III. 16. * Rhetor. & Poëtic. c. 16. Polluci II. ſect. 118. & VI. 120. Diogeniano ac Suidæ memoratum. At non omittendum eſt quod Euſebius XI. 23. præparationis Evangelicæ locum ex Alcinoo (qui in hujus libello iisdem verbis capite 12. hodie legitur) producens ait eum ſe ex Didymo Alexandrino proferre, unde ſuſpicio eſt Didymum ex Alcinoo, ut Voſſius libro de Philoſophorum ſectis c. 16. §. 5. exiſtimabat, ſive potius ut cum Lambecio lib. VII. de Bibl. Vindob. p. 18. malim, Alcinoum è Didymo quædam mutuatum fuiſſe. Fuit & Albinus quidam Platonicus, cujus nomen ab Alcinoo non longe abludit, & cujus εἰσαγωγὴ εἰς τοῦ Πλάτωνος Διαλόγους primus Græce & Latine ex Codice Holſteniano vulgavi ſupra libro III. capite 2. Illiusqve Albini mentio quoque inter Philoſophos quibus ad concinnandum florilegium uſus eſt Jo. Stobæus, apud Photium Codice CLXVII. Cæterum nihil impedit quo minus circa eadem tempora vel deinceps fuerit etiam Alcinous quidam, qui ſimiliter compendium quoddam dogmatum Platonicorum compoſuerit.

XIV. Extat certe ſub Alcinoi nomine Διδασκαλικὴ ſive Διδασκαλικὴ τῶν Πλάτωνος δογμάτων, hi enim tituli in duobus Codicibus Cæſareis occurrunt: ſive ut in editis inſcribitur, εἰσαγωγὴ τῶν δογμάτων Πλάτωνος, *in Platonis doctrinam introductio*, perſpicua & elegans. Auctor ipſe in calce libri εἰσαγωγὴ εἰς τὴν Πλάτωνος δογματοποιΐαν appellat. Diſtinctionem in capita non eſſe ab auctore, & in antiquiſſimo Codice Cæſareo hunc librum Alcinoi ſine diſtinctione ejusmodi reperiri teſtatur Lambecius lib. VII. p. 125. Quod vero Geſnerus in Bibl. notat Ficini verſionem auctiorem eſſe tribus capitibus XXVI. XXVII. & XXVIII.

F idque

* Verba ejus ſunt: παράδειγμα ὁ Ἀλκίνου ἀπόλογος, ὅτι πρὸς τὴν Πενελόπην ἐν ἐξήκοντα ἔπεσι πεποίηται, ubi recte ἕπεσι pro ἔπεσι, in adagiis ſuis legit magnus Eraſmus, licet alteram lectionem amplectitur Joach. Camerarius commentariis utriusque linguæ p. 153. Sed in numero annorum vitium eſt, atque εἴκοσι pro ἐξήκοντα legit idem Eraſmus. Novum exemplum ejusmodi Apologi infiniti nobis offert fabula Arabica quæ à mille & una noctibus inſcribitur, licet alioqui nec amœnitate deſtituitur nec ingenio. De Alcinoi pometo ſive hortis, videndus Cerda ad Tertull. de pallio c. 2.

idque repetens Labbeus in Bibliotheca nova MSS. p. 112. addit se sperare quod Græa è quatuor Codicibus Regiis restitui possint, conferenti patebit in Græcis editionibus illa non desiderari, sed alio tantum ordine posita legi, hoc nempe:

apud Ficinum capita 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32.
in Græcis & Græcolat. 25. 29. 30. 31. 26. 27. 28. 32.

In uno Codicum Bibliothecæ Cæsareæ A. C. 925. scripto à Joanne Nicolai cognomine Mystici Patriarchæ CPolitani Grammatico sive notario occurrunt etiam antiqua Græca scholia, atque ubi opus est (capite præcipue decimo tertio) schemata sive diagrammata Mathematica, quæ adeo operæ pretium fuerit in nova ubi curabitur Alcinoi editione adjungi. Scriptores laudat nullos præter Platonem & c. 14. Pythagoreos, atque Heraclitum, & c. 24. Medeam Euripidis Oraculumque Laio redditum, ibid. & c. 26.

XV. EDITIONES ALCINOI.

Græca, Romana, Gesnero memorata.

Veneta A. 1521. 8. apud Aldum, una cum Apulejo.

Veneta altera 1532. 8. quæ extat Romæ in Bibl. Barberina.

Latine vertit *Petrus Balbus*, Pisanus, Episcopus Tropiensis, æqualis temporum Pii II. Pontificis Max. Vide Gaddium de scriptoribus non Ecclesiasticis p. 132. Hujus ineptam versionem excudere se noluisse testatur Aldus in titulo Græcæ suæ editionis. At extabat tum jam typis exscripta interpretatio latina altera non contemnenda *Marsilii Ficini* licet adhuc ut notat Dan. Heinsius adolescentis, quæ cum Speusippi definitionibus Platonicis aliisque variorum opusculis per eundem translatis lucem vidit jam A. 1472. 1497. Venet. ac deinde sæpius recusa est, etiam inter Ficini opera ut dixi lib. I. c. 7. §. 4. Podiit etiam Basil. 1532. 8. cum Speusippi definitionibus & Xenocrate de morte, atque brevi Platonicæ Philosophiæ compendio. Tum separatim Rostoch. 1582. 8. sed & Paris. 1562. 4. cum scholiis *Matthæi Frigdiani* sive *Frigillani*.

Ex *Dionysii Lambini* interpretatione cum ejus scholiis. Paris. 1567. 4.

Ex *Ficini* versione per *Jacobum Carpentarium* recognita, cum ejusdem commentariis & Platonis cum Aristotele comparatione. Paris. 1573. 4. ex officina Iacobi de Puys, duobus Voluminibus,

Græce

Græce & Latine cum Ficini versione, Paris. apud Vascosanum, 1532. 8. Venet. 1535. 8. apud. 8. Ald.

Cum versione Ficini passim interpolata à *Dan. Heinsio* ad calcem Maximi Tyrii, Lugd. Bat. 1607. 8. ita ut Græca seorsim & Latina seorsim exhibeantur. Sed in editione altera ibid. 1617. 8. Græca & Latina juxta posita sunt, & versio passim emendatior. Narrat Heinsius MStum Græcum Codicem quem contulit, Maximi Tyrii dissertationibus Alcinoi libellum junctum habuisse.

Ex hac Heinsii editione Alcinous separatim recusus Oxon. 1667. 8. subjuncto per *Joh. Langbanium* & *Joh. Fellum*, Oxonienſem postea Episcopum Catalogo Platonicorum.

Gallice versum Alcinoum à virgine testatur A. Verderius Bibliothecæ Gallicæ p. 21.

Anglice interpretatus est *Thomas Stanleius*, & vitæ Platonis in Historia Philosophica sua subjunxit, Londini 1655. 1687. fol. & sæpius illo idiomate vulgata.

IX. Memoratur etiam tanquam editus *Alcinous de phantasia & intellectu*, quod scriptum num diversum sit ab iis quæ capite quarto Isagoges disputantur, non possum dicere, nunquam enim illud vidi. Etiam Epigrammata quædam vetera Latina in Virgilium, quæ in Pithoeana collectione leguntur, Alcinoo nescio cui antiquo Poëtæ latino tribuit Barthius XXXII. 9. Adversar. alii Alcimo.

CAPUT XXIV.

De PHILOSTRATIS & CALLISTRATIS variis, itemque de APOLLONIO Tyanensi.

Flavius Philostratus. 1. Auctor vitæ Apollonii, 2. à Nicomacho & Victoriano quodam recensitæ. 3. Heroicorum 4. duplicis imaginum libri, Epistolarum & Epigrammatum. 5. & duorum librorum de Sophistis. 6. Scriptæ ejus deperditæ. 7. Philostratus Lemnius junior 8. auctor libri Imaginum. 9. Et aliorum deperditorum scriptorum. 10. Operum Philostrati editiones promissæ, & recens vulgata præstantissima Lipsien-

ſis. 11. *Alii Philoſtrati tredecim.* 12. *Calliſtrati ecphraſes ſive deſcriptiones ſtatuarum.* 13. *Alii Calliſtrati.* 14. *De ſcriptis Apollonii Tyanenſis.* 15.

I.

ANtequam alios Philoſtratos perſtringam, dicendum prius eſt de duobus illis quorum ſcripta nonnulla ad nos pervenerunt. Sunt itaque

a) FL. PHILOSTRATUS, *Philoſtrati F. Veri Nepos, Lemnius, auctor Vitæ Apollonii, Iconum (libris 2.) Librorum totidem de * Sophiſtis, Heroicorum & Epiſtolarum, (plerarumque ſaltim) & Epigrammatum.*

Flavium appellat Tzetzes ad Lycophronis v. 323 & Chiliad. VI. hiſt. 45. & Varini Lexicon in Πολυξένη, ubi male Φάλι@ pro Φλάνι@ legitur. Ab Euſebio contra Hieroclem, Syncello & aliis *Athenienſis* vocatur, quia docuit Athenis. At Eunapio, Heſychio Illuſtri & Svidæ conſtanter dicitur *Lemnius*, in qua inſula verſatum ſe juvenem innuit VI. 27. Vitæ Apollonii. Sane qui cum Photio Cod. XLIV. & CL. ac Tzetza Chil. VI. hiſt. 45. Tyrium vocant, cum antiquiore Philoſtrato quem de Tyri obſidione ſcripſiſſe Flavius Ioſephus I. in Apionem p. 1045. auctor eſt, confundere videntur. Ipſe quidem lib. 2. de Sophiſt. c. XXI. 1 XXIII. 2. 3. XXVII. 3. Proclum Naucratitam, Damianum Epheſium & Hippodromum Lariſſæum Sophiſtas audiviſſe ſe innuit, claros circa Imperii Severi initia, qui præfuit ab Ao. C. 193. ad 212. & lib. 2. de Vitis Sophiſt. cap. XXIV. narrat ſe fuiſſe inter eos qui Antipatro Severi Imp. filiorum Antonini Caracallæ & Getæ Præceptori applaudentes illum Θεῶν διδάσκαλον appellarent. Innotuit deinde Juliæ Auguſtæ, Imperatoris Severi conjugi μετέχων ἐκ πρώτης αὐτῇ κύκλου ut ſcribit lib. 1. de vita Apollonii c. 3. h. e. inter eruditorum virorum coronam quam Julia litterarum cupidiſſima ſecum quotidie habebat adſcitus, εἰς ἐκ χορῶν ῥητόρων τε καὶ τῶν γραμματιζόντων, ut illum locum interpretatur Tzetzes Chiliad. IV. v. 306.

* Libros de Sophiſtis fateor tribuiſſe me pridem, neque ut videbar mihi ſine verimilitudine Philoſtrato alteri juniori, ſed nunc perſuaſus argumentis eruditis præclariſſimi nuperi Operum Philoſtrateorum illuſtratoris, Godfridi Olearii, non dubito eundem fuiſſe qui vitam Apollonii & qui de Sophiſtis ſcripſit. Etiam ipſe alteri Philoſtrato tribuerat Olearius in notis p. 391.

v. 306. Hujus Juliæ βασιλίδος juſſu adeoque ſuperſtite adhuc Severo vitam Apollonii ex *Damidis* potiſſimum commentariis *Maximique* Ægienſis conſcripſiſſe ſe eodem loco teſtatur Philoſtratus, & libro 2. de Sophiſt. c. V. in vita Alexandri Peloplatonis lectorem ad illam remittens, εἰρηται, inquit, σαφῶς ἐν τοῖς εἰς Ἀπολλώνιον. Ad eandem Iuliam quam in vita Philiſci Philoſopham vocat, (defunctam A. C. 217.) Epiſtola Philoſtrati decima tertia exſtat. Docuit autem Heſychio illuſtri ac Svida teſte, oratoriam primum Athenis, tum Romæ ſub Severo Imperatore usque ad Philippum qui Imperium obtinuit A. C. 244. Nam Romæ etiam thronum ſive Cathedram Sophiſticam Græcorum Rhetorum illa ætate fuiſſe, Philoſtratus in vita Evodiani, Æliani & Aſpaſii teſtatur.

II. Inter Scripta ejus præcipuum haud dubie eſt de quo jam nonnulla dixi, ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΤΥΑΝΕΩΣ ΒΙΟΣ, *Apollonii Tyanenſis Vita, libris VIII.* Plane enim hos fugit ratio, qui Luciani eſſe exiſtimarunt, ut auctor eſt Philander * ad Vitruvii VIII. 2. forte propterea, quia Philoſtrati quædam cum Luciani Operibus Græce ſunt excuſa. Cæterum iſthôc in opere ut ait Cyrillus 3. contra Iulian. pag. 88. ἐξειλεγμένως καλλιεπείας conatus eſt Philoſtratus Apollonium veluti Deum quendam venerabilem omnibus & admirandum reddere, unde Eunapius in proœmio ad Vitas Sophiſtarum monet juſtiorem operis titulum fuiſſe futurum Φιλοσοφήσαντα εἰς ἀνθρώπους θεόν, & *Hierocles* in ſuo Philalethe ſive opere adverſus Chriſtianos inter alia Servatorem noſtrum cum Apollonio conferre non dubitavit, cujus impietatem ſingulari volumine quod etiamnum exſtat, refellit *Euſebius* Cæſareenſis. Porro Philoſtrati opus, peſſima fide & data opera ad elevandam Evangeliorum Actorumque Apoſtolicorum fidem ab eo ſcriptum eſſe, multis diſputant illuſtris Huetius in demonſtratione Evangelica & Robertus ** Ienkinus in obſervationibus ad vitam Apollonii ex tomo ſecundo Hiſtoriæ Imperatorum Tillemontianæ excerptam & Anglice redditam, Artus Thomas notis ad Gallicum Vigenerii Philoſtratum, & Prideauſius in Apollonii vita Anglice ſcripta, quos ſi placet vide.

Lucem vidit Philoſtrati opus *Græce* primum Venet. ex Aldi officina 1502. fol. cum Euſebio adverſus Hieroclem, atque iterum 1535. 8. MStus Græcus Codex membranaceus ſervatur Uratislaviæ in

* Vide ſupra lib. 4 Bibl. Græcæ c. 16. §. ult.
** Acta Eruditor. A. 1704. p. 36. ſeq.

Bibliotheca Gymnasii Elisabethani, teste Gotlobo Krantzio V. C. in memorabilibus illius Bibliothecæ p. 86.

Latine prodiit ex versione *Alemanni Rinuccini*, edente Philippo Beroaldo, Bononiæ, typis Benedicti Hectoris, 1501. fol. cum præfat. Beroaldi ad discipulum suum Baptistam de Comite, Mediolanensem. Deinde Venet. apud Aldum 1502. fol. & ex *Giberti Longolii* recognitione cum adjectis ad margines scholiis Colon. 1532. 8. Editionem quoque Beroaldinam in 8. sine loci & temporis notatione memorat laudatus Olearius, quam haud vidi, nec minus Parisiensem 1555. 12. apud Begvinum, in qua pauca quædam reddita commodius, & cujus sphalmata nonnulla emendantur in Latini Latinii Bibliotheca sacroprofana T. 2. p. 39. 40.

Græce & Latine cum Rinuccini versione per *Fed. Morellum* recognita. Paris 1608. fol. adjunctis Eusebii libro adversus Hieroclem cum versione Zenobii Acciajoli Florentini, & reliquis Philostrati utriusque scriptis & Callistrati Ecphrasibus. In Græcis Aldinam fere exprimit, usus præterea Codd. Bibl. Regiæ & Pauli Petavii cum glossis Græcis, nec minus castigationibus quas Codici suo doctissimus Vir. Adr. Turnebus adscripserat.

Gallice ex versione *Blasii Vigenerii* Borbonii, A. 1596. quam cum Iacobo Amioto ostendisset Henricus III. Galliæ Rex, miratus dixit se hactenus semper ita existimasse, quod hoc opus in linguam Gallicam transferri commode non posset. Sane Regi eidem versionem Gallicam Philostrati à se pridem flagitanti, hoc Amiotus respondérat, & quod fieri bona translatio libri ilius non posset prætenderat. Vide Bæii Lex. in Amioto T. 1. p. 234. Prodiit ex versione ejusdem *Vigenerii* per *Fed. Morellum* recognita additis notis *Arti Thomæ* Domini de Embry, Parisiensis. Paris. 1611. 4.

Italicè Venet. 1549. 8. nescio quo interprete.

Anglice libri duo primores cum notis satis copiosis ad singula capita, auctore *Carolo Blount*. Lond. 1680. fol. Notæ feruntur partem excerptæ è schedis Baronis Herberty de Cherbury: Auctor vero nec ingenio alioqui nec destitutus eruditione, passim in illis præ se fert animum à Christianismo abhorrentem, quem Oraculis rationis quoque & aliis diatribis pridem testatus miser denique necem ipse sibi conscivit A. 1693. ob negatum ut ajunt gloris conjugium, quod licitum esse singulari scripto contenderat.

III. Louis

III. Locus Sidonii VIII. Epist. 3. quo ait se Apollonii Pythagorici Vitam ad Leonem Evarigis & Alarici Regis Consiliarium mittere, *non ut Nicomachus senior è Philostrati, sed ut Tascius Victorianus è Nicomachi schedio exscripsit*, cum Sirmundo eruditissimo Viro ita videtur esse intelligendus, ut Nicomachus & Victorianus non sint nomina auctorum, qui post Philostratum Apollonii vitam scripserunt, neque scribarum antiquariorum, sed virorum clarissimorum qui ab antiquariis mendose scripta per otium & animi gratia castigabant. Idem enim Sirmondus testatur exstare Codices MSS. T. Livii in quibus Nicomachum & Victorianum eandem operam illi quoque impendisse annotatum est his verbis: *Nicomachus Dexter V. C. emendavi ad exemplum Parentis mei Clementiani, ab urbe condita - - - - Victorianus V.C. emendabam Dominis Symmachis.* Et alio loco: *Emendavi Nicomachus Flavianus V.C. Praefectus urbi apud Hennam, ab urbe condita - - - - Victorinus V. C. emendabam Domnis Symmachis.* Laudatur Philostratus ab Isidoro Peluſiota lib. 1. Epist. 389. Ἔχεις τὸ Φιλόστρατον, ἀκριβῶς τὰ ἐκείνου (Ἀπολλωνίου) ἐκθέμενον. Καὶ μάνθανε ὡς σαφῆ συκοφαντίαν μαγγανειῶν ἐχθροὶ δ' ἀνδρὸς, ὡς εἰκὸς, καπνὸς δόσαν. Vide & Photium Cod. XLIV. & CCXLI. ubi prolixa è Philostrato excerpta, è quibus aliquando emendare codices editos licet. De dictione Philostrati judicium exstat p. 13. edit. Hœschelii & p. 540. Mirum est à Photio bis idem opus recenseri: itaque H. Valesius vir doctissimus magnam Bibliothecæ Photianæ partem alteri auctori tribuebat.

IV. ΗΡΩΪΚΑ'. *Heroica* sive Dialogus Vinitoris cum Phœnice in prædio quodam ut fingitur, non longe ab Eleunte Thraciæ opido habitus quo Heroës XXI. qui bello Trojano interfuere describuntur & celebrantur. Prodiit *Grace* ad calcem scriptorum Luciani Venet. apud Aldum 1503. & 1522. fol. etiam apud Juntas, Florentiæ fol. & Venet. 1550. 8. *Latine* vetit *Stephanus Niger* Mediolani 1517. fol. & 1521. 4. & Basil. 1532. 4. *Grace & Latine* cum Nigri versione habetur in editione Operum Philostrati Morelliana Paris. 1608. fol. p. 631. —— 729. Meminit hujus scripti Suidas qui vocat Ἡρωϊκόν. Nonnulla Heroicorum uti Iconum quoque Philostrati loca illustrat Io. Friderius Gronovius Diatribis ad Statium. Divisio in capita titulique capitum non sunt ab ipso Auctore, qui hoc opere cum Homericis descriptionibus certare voluit, ut doctissimo Oleario pulchre animadversum.

V. ΕἸΚΌΝΕΣ *Imagines* LXVI. porticus Neapolitani libris duobus diserte & eleganter descriptæ, quas his verbis laudat Philostra-

tus

tus junior in præfatione ſuarum imaginum p. 832. ἐπαιδαθοὺ τις γραφικῶν ἔργων ἐκφράσις τὴμῷ ὁμωνύμῳ καὶ μητροπάτορι λίαν Ἀττικῶς τῆς γλώσσης ἔχουσα ξυὼ ὥρα τι παρηγωδίη καὶ τοιῳ. Τούτης καθ' ἵκνη χωρῆσαι θελήσαντες &c. In Codicibus quibusdam MSS. ut Vaticanis & Gudiano (qui nunc inſertus eſt Bibliothecæ Sereniſſ. Ducis Guelpherbytani) ſcholia *Manuelis Moſchopuli* adjuncta leguntur, hactenus perinde ut *Maximi Planudæ* Technologia in easdem imagines adhuc inedita. Editæ tamen ſunt una cum Phrynicho & qui ſæpe ad Philoſtratum velut Atticiſmi eximium auctorem provocat Thomæ Magiſtri eclogis dictionum Atticarum, voces Atticæ ab eodem Moſchopulo ex Imaginibus Philoſtrati ordine litterarum notatæ, τῶν ὀνομάτων Ἀττικῶν συλλογὴ ἐκλεγεῖσα ἀπὸ τῆς τεχνολογίας τῶν εἰκόνων τοῦ Φιλοστράτου, ὑπὸ ἐξέδοτο ὁ σοφώτατος κύριος μανουὴλ ὁ Μοσχόπουλος, καὶ ἀπὸ τῶν βιβλίων τῶν ποιητῶν. Venet. 1524. fol. apud Aldum & Pariſ. apud Vaſcoſan. 1532. 8. Has imagines Meurſius antiquiori cuidam tribuit Philoſtrato, ſed nullum video argumentum firmum quo demonſtret falſam eſſe ſententiam Suidæ, qui vitam Apolonii & Imaginum libros ad unum eundemque auctorem refert, licet fateor eum alioqui ubi de Philoſtratis agit, non eſſe per omnia valde accuratum. Idem Suidas libros quatuor memorat εἰκόνων ſive ἐκφράσεων, ſed duo tantum exſtant, qui cum verſione *Stephani Nigri* Mediolanenſis leguntur in editione operum Philoſtrati Morelliana p. 730.-----831. Sæpius antea cum Heroicis lucem Græce viderant, quorum jam editiones recenſui. Nigri autem interpretatio prodierat Mediolan. 1521. 4. per Jo. de Caſtelliano & Baſil. 1532. 4. una cum verſione aureorum carminum Pythagoræ, Muſonii Oratione de optimo principe, Iſocratis Oratione de Regiis muneribus, collectaneis quibusdam ex Athenæo, & ipſius Nigri commentariis in aurea carmina & præfationibus ad Homerum, Pindarum & T. Livium. *Antonini Bonfinii* verſionem Latinam quia inedita eſt prætereo. At *Blaſii Vigenerii* verſio non omittenda, qui cum figuris in æs inciſis, argumentis & commentario erudito Imagines utriusque Philoſtrati & Calliſtrati Ecphraſes Gallice edidit Pariſ. 1596. recuſas 1615. 1629. 1637. fol Ex Latina potius verſione quam ex Græco contextu interpretationem ſuam adornaſſe obſervat Franciſcus Vavaſſor de vi & uſu quorundam verborum latinorum: *Blaſium Vigenerium Philoſtrati Gallicum interpretem recordor multum vel potius nimium in citandis & proferendis undique ſcriptis Græcorum fuiſſe, qui Græca tamen non ex Græcis αὐτόπτης ſed ex Latinis Gallice*

lice reddidiſſe videatur. Eundem animadverto in hiſce latinis quæ ſola conſuluit vertendi cauſſa, vel negligenter ſe vel parum intelligentem præbuiſſe, virum alioqui acrem & ſtudioſum. Addamne quod Philoſtrati Icones à Patre ſuo latinis redditas verſibus teſtatur & loca quædam exinde profert *Mauſſacus* ad Ariſtotelis hiſtoriam animalium pag. 1247. ſeq. Ariſtænetum deſcriptionum Philoſtrati imitatorem notat Ioſias Mercerus.

De EPISTOLIS Philoſtrati dixi lib. 2. c. 10. §. 26. Suidæ appellantur Ἐπιστολαὶ ἐρωτικαί. Sed non omnes ſunt illius argumenti. Itaque cæteras alteri Philoſtrato tribuit doctiſſimus Olearius, quod de prima ſaltim certum eſt.

Ex EPIGRAMMATIBUS quæ à Philoſtrato ſcripta notat Suidas, unicum exſtat libro VI. Anthologiæ p. 452. in Telephum vulneratum.

VI. ΒΙΟΙ ΣΟΦΙΣΤΩΝ *Vitæ Sophiſtarum libris II.* quos inſcripſit *Antonio Gordiano* Conſuli (ita enim diſerte legit MS. Codex meus qui olim fuit præſtantiſſimi Putſchii) qui primum Conſul fuit Anno Chriſti 239. & ſecundum Anno 241. Itaque alterutro horum annorum editas ab eo has vitas eſt neceſſe, quo tempore jam ætate provectus (ἱκανῶς γηράσκων) docebat Romæ Aſpaſius Hippodromi, quem auctor etiam auſcultaverat, auditor. Unde nec Philoſtratum cum iſta ſcriberet admodum juvenem fuiſſe conſtat. Dividit autem Sophiſtas in duo genera, unum Philoſophiam ſimul profeſſorum & alterum mere Rhetorum, itaque de illis primo, de his ſecundo loco agit. Qui porro ab illo ſervato temporis ordine * celebrantur, hi ſunt: LIBRO PRIORE: *Eudoxus*, *Leo* Byzantius, *Dias* Epheſius, *Carneades* Athenienſis, *Philoſtratus* Ægyptius, *Theomneſtus* Naucratites, *Dio* Pruſæus cognomento Chryſoſtomus, *Phavorinus* Arelatenſis. *Gorgias* (qui familiam ducit inter Rhetores ſive Sophiſtas antiquiores proprie dictos) Leontinus, *Protagoras* Abderites, *Hippias* Eleus, *Prodicus* Chius, *Polus* Agrigentinus, *Thraſymachus* Carthaginienſis, *Antiphon* Rhamnuſius, *Critias* Athenienſis, & *Iſocrates*. Tum *Æſchines* (τὸν δεύτερον, ut Philoſtrati verbis utar, σοφιστὴν δεξάμενον) *Nicetes* Smyrnæus (ad quem omiſſis Aribarzane Cilice, Xenophrone Siculo & Pythagora Cyreniaco tanquam ineptis Sophiſtis properare ſe ait) *Iſæus* Aſſyrius, *Scopelianus* Herodis Attici præceptor, *Dionyſius* Mileſius, *Lolliaanus*

* Conſer Jac. Prizonii V. C. Præf. ad Æliani Varias Hiſtorias.

nius Ephesius, *Marcus* Byzantius, *Polemo* Laodicenus & *Secundus* Athenienſis. LIBRO POSTERIORE *Herodes* Athenienſis, *Theodotus*, *Ariſtocles* Pergamenus, *Antiochus* Ægæus, *Alexander* Seleucienſis cognomine πηλοπλάτων quaſi luteum Platonem dicas, *Varus* Pergæus, *Hermogenes* Tarſenſis, *Philager* Cilix, *Ariſtides* Adrianenſis, *Adrianus* Phœnicius, *Chreſtus* Byzantius, *Pollux* Naucratites, *Pauſanias* Cappadox, *Athenodorus* Ænenſis, *Ptolemæus* Naucratites, *Evodianus* Smyrnæus, *Rufus* Perinthius, *Oenomarchus* Andrius, *Apollonius* Naucratites: *Apollonius* Athenienſis, *Proclus* Naucratites, *Phœnix* Theſſalus, *Damianus* Epheſius, (omiſſis tanquam indignis illo cenſu Sotero, Soſo, Nicandro, Phædro, Cyro & Phylace) *Antipater* Hierapolitanus, *Hermocrates* Phocenſis, *Heraclides* Lycius; *Hippoaromus* Theſſalus, *Varus* Laodicenſis, *Quirinus* Nicomedienſis, *Philiſcus* Theſſalus, *Ælianus* (male bis in codice meoMS. Philinus) Romanus, *Heliodorus* Gallus, & *Aſpaſius* Ravennas.

Apud Salmaſium ad Spartiani Hadrianum c. 15. ubi Philoſtratus in Antenoris Sophiſtæ vita laudatur, pro *Antenoris* legendum *anterioris*, Philiſci nimirum, quæ vitam Heliodori, de quo ibi Salmaſius, præcedit. Corrupti quoque ſunt Suidæ codices in quibus memorantur libri quatuor de Sophiſtarum vitis, non plures enim ſcripſiſſe duobus qui exſtant, & ipſe Philoſtratus profitetur, & ſatis apparet ex libri poſterioris clauſula, quâ teſtatur ſe in ſuis temporibus deſinere. Meminit hujus operis Eunapius in proœm. Φιλόστρατος μὲν ὁ Λήμνιος οὗτος τὰ λόγων (φιλοσόφων αὐδρῶν καὶ σοφιστῶν) ἐξ ὑπαθρομῆς μὴ χαλεπῶς παρέπαιξε βιός. *Philoſtratus Lemnius præcipuorum Sophiſtarum vitas jucundo dicendi genere obiter delibavit.* Syneſius Dione: Φιλόστρατος μὲν ὁ Λήμνιος ἀναγράφων οὗτος βίους τε μέχρις αὐτοῦ σοφιστῶν ἐν δέλτῳ ἑνὶ λόγῳ δύο μεμιγδας πιεῖ &c. Prodierunt *Græce* cum ſenioris Philoſtrati Heroicis & imaginibus, Venetiis ac Florentiæ in fol. tum caſtigatius Venet. 1550. 8. In Latinam linguam perinde ut Heroica, imagines & Epiſtolas convertit dicavitque Matthiæ Corvino Hungariæ R. *Antonius Bonfinius* teſte Lambecio II. de Bibl. Vindob. pag. 995. Vitæ Sophiſtarum ſolæ ex ejus verſione editæ ſunt ex ædibus Schurerianis A. 1516 4. cum præfatione Nicolai Gerbelii: tum Baſileæ A. 1563. Hinc cum eadem interpretatione ſed ſexcentis à ſe ut ait mendis purgata has vitas exhibet *Federicus Morellus* in Græcolatina ſua Philoſtrati editione. Nihilominus tamen ſat multa reliquiſſe caſtiganda, conſtat eruditis. Falla interpunctione lapſum creberrime in Philoſtrato vertendo Bonfinium notavit Gatakerus

Adverſar.

Adverſar. Miſcell. c. 16. Aliam ſed hactenus ineditam *Jodoci Kimedoncii* interpretationem cum ejus notis habuit Gothofredus Iungermannus, ita enim ille in literis ad Eliam Putſchium datis 16. Febr. Ao. 1603. *De Philoſtrati editione an cogitatis? ſcribe. Nam hic plura auxilia. Habeo enim apud me à Grutero Philoſtrati εἰκόνας, ἡρωϊκὰ, βίους σοφιστῶν* item *Φιλοστράτου νεωτέρου εἰκόνας, Καλλιστράτου εἰκόνας, omnia olim edita Venetiis Græce libello in 8. Habeo denique doctiſſimi juvenis Kimedoncii verſionem horum libellorum, ut & Philoſtrati Epiſtolas ex MS. Palatino auctiores, & in omnia hæc notas copioſas Kimedoncii, quas morte præventus edere non potuit.*

VII. SCRIPTA DEPERDITA ejusdem Philoſtrati hæc porro obſervabis. Suos λόγους κοιλιθιακοὺς memorat ipſe lib. IV. cap. 14. de Vita Apollonii p. 202. Λεξικὸν ῥητορικὸν Photius cod. 150. ait enim ejusdem eſſe qui Vitam Apollonii ſcripſit, etſi eum non Lemnium vocat ſed Tyrium, perperam quidem ut exiſtimo. Svidas refert ejus μελέτας ſive *declamationes*, διαλέξεις * ſive λόγους h. e. *diſſertationes*, quarum VI. 36. vitæ Apollonii etiam mentio, tum Αἶγας ἢ περὶ αὐλοῦ *Capras* ſive *de tibiis*, & ἀγορᾶν *Forum*. Porro notandum quod idem Suidas huic Philoſtrato tribuit vitas Sophiſtarum, licet juniori ab aliis adſcribi Philoſtrato poſtea ſcriptum reliquit. At λόγοι πρὸς Εὐφράτην ad quos libro prima de Vita Apollonii cap. 14. lector remittitur, & ψόγοι Euphratis γράμματα ſunt Euphratis in Apollonium criminationes, & Apollonii Apologia quæ libro octavo vitæ continetur, ut ab eruditiſſimo Oleario recte notatum.

β) PHILOSTRATUS *Nerbiani F. Lemnius, junior & prioris ſororis filius, Auctor libri Iconum ſingularis, & quarundam Epiſtolarum.*

VIII. De hoc Svidas: Φιλόστρατος Νερβιανῦ, ἀδελφόπαις Φιλοστράτου τοῦ δευτέρου, Λήμνιος καὶ αὐτὸς, σοφιστὴς, καὶ παιδεύσας ἐν Ἀθήναις, πλουτήσας ἱκανῶς καὶ τυφὴς ἐν Λήμνῳ, ἀκμάσας τε καὶ γαμβρὸς γεγονὼς τοῦ δευτέρου Φιλοστράτου. De hoc intelligenda quæ de Philoſtrato Lemnio in vitis Sophiſtarum ſcribuntur, ut quod annos viginti duos natus ſub

* Fragmentum διαλέξεως de naturæ & νόμου ſive artis inter ſe comparatione atque concordia, quod inter Epiſtolas Philoſtrati in Codice Vaticano reperit Græce cum verſione ſua exhibet Godfridus Olearius V. C. præfat. ad Epiſtolas Philoſtrati p. 912. — 914.

Hippodromo periculum extemporalis orationis fecerit lib. 2. cap. XXVII. n. 3. & quod anno ætatis vigesimo quarto λειτουργιῶν ἀτέλειαν immunitatis beneficium, pro declamatione acceperit ab Antonino (Caracalla qui Imperii habenas gerere cœpit A. C. 212.) in vita Philisci lib. 2. c. XXX. tum quod Ælianum qui in Imperatorem jam defunctum Elegabalum ut probe observatum V. C. Jacobo Perizonio est) invectivam scripserat, cui fecerat titulum κατηγορία Γωϊνιδῶν, reprehendit mortuo insultantem quem vivum extimuisset, ἐγώ σε, inquit, ἐθαύμαζον αὖ, εἰ ζῶντα κατηγόρησας· Ἔτι γὰρ δὴ τὸ μὲν ζῶντα τὸν Τύφωνον ἀπειπεῖν αἰδοῦς, τὸ δὲ ἐπεμβαίνειν κειμένῳ πάντες. in Æliani vita lib. 2. c. XXXI. (Periit Elegabalus A.C. 221.) Denique quod in extremo ejusdem secundi libri cum Philostrati Lemnii dissidium cum Aspasio & Epistolam πρὸς τὸν ὡς χρὴ ἀπιστεῖλαι (primam ex Epistolis Philostrati quæ hodie exstant) memorasset, elogium ejus prætereundo texit his verbis: πρὸς δὲ Φιλόστρατον τὸν Λημνίου, καὶ τίς μὲν ἐν δικαστηρίοις ὁ ἀνὴρ ἦν, τίς δὲ ἐν δημηγορίαις, τίς δὲ ἐν μελέταις, ἴσασιν ἐν σχεδίῳ λόγῳ, οὐκ ἐμὲ δεῖ χαρίζεσθαι, καὶ γὰρ οὐ πιστευθείην ὡς χαριζόμενος, ἐπειδὴ φιλία μοι πρὸς αὐτὸν ἦν. *De Philostrato Lemnio quis in foro vir iste, qualis in concione, qualis in scriptis, qualis in declamationibus, quantus denique in extemporali genere dicendi, meum non est exponere, neque enim fidem essem inventurus, qui gratiæ id dare possim videri, quandoquidem amicitia cum eo mihi intercesserit.* Quoniam scribit φιλία ἦν, suspiceris eum tunc jam obiisse (juniorem licet, at non multis adeo annis) cum Philostratus alter ætate jam provectus libris de Sophistis colophonem imponeret. Extant hujus

IX. Εἰκόνες, *Imaginum liber singularis* sive descriptio peramœna imaginum duodeviginti, quam imitatione senioris Philostrati, sui μητροπάτορος hoc est avunculi composuisse se testatur in loco quem supra de illius imaginibus cum agerem produxi. Prodierunt cum iisdem *Græce*: & *Gallice* quoque interprete *Vigenerio*. Sed Latine vertit *Federicus Morellus*, cum cujus interpretatione exstant in editione Philostrati Morelliana p. 832——863. Paris. 1608. fol. Nam *Antonii Bonfinii* versio inedita adhuc delituit.

X. Perdita hujus Philostrati scripta sunt quorum Suidas mentionem facit, Παναθηναϊκὸς, Τρωικὸς (nisi Heroica alterius Philostrati per hunc intelligenda sint, cui sententiæ favet ipse Auctor Τρωϊκὸν λόγον illa appellans, & Homerum scribens λόγον ἐπαθλεῦσαι τὸν Τρωϊκὸν

κὸν

κὸν p. 692 & 694.) Ὑπόθεσις τῆς Ὁμήρου ἀοιδῆς (Iliad. Σ.) & Μελέτη sive declamationes quinque.

XI. Operum Philoſtrati utriusque editiones promiſſæ, & recens vulgata Lipſienſis, Rev. & clariſſ. Viri GODFRIDI OLEARII.

Illuſtris doctrinæ Virum *Jo. Georgium Grævium* quem Annus 1703. elegantioribus literis abſtulit, novam molitum eſſe Philoſtrati editionem didici ex Merici Caſauboni Epiſtola 15. & ex præfatione qua ei diſſertationem ſuam de novi Homeri editione inſcripſit Lond. 1658.8. Ante annos non ita multos *Richardus Bentleius* vir eruditiſſimus luculentam Philoſtrati editionem parare cœpit, diligentiſſime caſtigatam & nova inſtructam verſione & notis. Hujus primum folium Lipſiæ excuſum vidi Anno 1691. ſed neſcio quomodo inſtitutum mox iterum omiſſum eſt. Confer W.E. Tenzelii menſtruos dialogos A. 1691. p. 521. Ab eo tempore Rev. *Henricus Muhlius* Superintendens hodie Generalis Holſatiæ, & Celſiſſimi Ducis à Sacris, eundem in ſe laborem ſuſceperat, & eo nomine literas dederat ad Neſſelium, ut ex theſauro librario Auguſtiſſimi Cæſaris MStorum in illa Bibliotheca Codicum Philoſtrateorum copia ſibi fieret. Verum & hæc ſpes paulo poſt decollavit. Literas illas dialogis ſuis idem clariſſ. Tenzelius inſeruit, quas vide ſi placet Anno 1693. p. 882. ſeq.

Noviſſime *Huguetani* novam curaturos ſe polliciti ſunt Philoſtrati editionem in Belgio, Morelliana longe meliorem, idque ſignificari fecerunt publice in Memoriis Trevultinis Anni 1701. parte priore p. 273. ſeq. edit. Amſtelod. ubi nonnulli errores in Philoſtrato Pariſiis excuſo notantur. Sed ut audio illa quoque cura jam pridem eſt abjecta ac depoſita.

Reliquum itaque fuit ut eruditorum expectationi tandem ſatisfaceret (quod ex aſſe fecit, præſtare majora quam promittere ſolitus) felicis ingenii & doctrinæ exquiſitæ vir *Godfridus Olearius* utriusque nuper linguæ & jam S Theologiæ in Academia patria Lipſienſi Doctor publicus longe digniſſimus, præbente ſumtus *Thoma Fritſchio*, Bibliopola, cui non magis cordi eſt lucrum vile quam literarum ſplendor ac decus. Vere affirmari poteſt, vix ullum noſtra ætate Græcum auctorem tam diligenter & docte expolitum prodiiſſe ſive Græca ad MSS. codices Vaticanos, Anglicos, Uratislav. & in vitis Sophi-

phiſtarum ad Putſchianum meum caſtigate edita, ſive verſionem perſpicuam atque accuratam quæ tota fere nova addita eſt, ſive adjunctas notas præclaras & prolegomena doctiſſima præmiſſa reſpicias. Tabulæ quoque Chronologicæ & indices adjecti Lectorum commodis bene conſulunt, & chartæ typorumque nitor eximius oculos delectat. Lucem vidit opus decori utique auctori ſuo ſemper futurum Lipſiæ 1709. fol. de cujus apparatu & rationibus operæ pretium eſt videre Acta Eruditorum illius Anni p. 433. ſeq. ubi obiteretiam p. 439. ſeq. reſpondetur ad obſervatiunculas è Bibl. Schurtzfleiſchiana editas ſub titulo *Spicilegii aliquot in Philoſtratum animadverſionum*, Witebergæ 1709 pagina unica, fol.

XII. Alii Philoſtrati.

1) Philoſtratus Ægyptius Sophiſta, Philoſophis ſe ingerens Academicis, qui Cleopatræ adfuit in Ægypto & in Sicilia verſatus eſt tempore Cæſaris. Vide Plutarchum in Antonio pag. 947. & in Catone minore pag. 787. Epigramma Crinagoræ lib. 3. Anthologiæ pag. 310. & Philoſtrati vitas Sophiſtar. lib. 1. p. 490. ſeq. verum apud quem οἶδα non reddendum eſt *vidi* (unde caſtigandus Voſſii error p. 236. de Hiſt. Græcis) ſed *novi*. In antiquis Plutarchi verſionibus pro Philoſtrato male legitur *Soſimus*; ut notatum Leopardo XIV. 17. emendat.

2) Philoſtratus, Veri F. patria Lemnius, Sophiſta eximius qui docuit Athenis, Flavii Philoſtrati qui vitam Apollonii ſcripſit Pater ſcripſit teſte Suida λόγους πανηγυρικοὺς πλείους, λόγους Ἑλληνικοὺς δ', μελέτας, ζητήματα ᾠδὰ τοῖς ῥήτορσι, ῥητορικὰς ἀφορμάς. πρὸς ξ ὀνόματος πρὸς τ σοφιστὴν Ἀντίπατρον. πρὸς τραγῳδίας βιβλία γ'. γυμναστικὸν πρὸς τ ἐν Ὀλυμπίᾳ ἁπλαμβύων. λιθογνωμικόν, Πρωτέα, Κυίαν ἢ Σοφιστὴν, Νέρωνα ἢ ἀτελῆ, (unde Suidas præter rem tradidit eum vixiſſe ſub Nerone, cum longe juniorem fuiſſe oporteat qui ſcripſit contra Sophiſtam Antipatrum liberorum Severi Præceptorem) τραγῳδίας μγ', καὶ κωμῳδίας ιδ'. Ait præterea eum ſcripſiſſe, ἔπεα πλείους καὶ λόγους ἀξίους. Ab utroque horum diverſus ut videtur fuit

3) Philoſtratus Hiſtoricus quem laudat Joſephus X. 11. Antiqu. καὶ Φιλόστρατος ἐν τοῖς Ἰνδικοῖς αὐτὸν καὶ Φοινικικοῖς ἱστορίαις. Et lib. 1. contra Apionem p. 1045. πρὸς τούτων γὰρ συμφωνεῖ Φιλόστρατος ἐν τοῖς

τῆς ἱστορίας μεμνημένῳ τῆς Τύρου πολιορκίας. Easdem historias laudat Syncellus p. 221.

4) Philostratus Euboënsis quem naturæ piscium gnarum celebrat Plutarchus de solertia animalium p. 965.

5) Philostratus Athenienſis Historicus sub Imp. Aureliano clarus, de quo Syncellus in Chronographia p. 384.

Philostrati Peripatetici mentio apud Macrobium lib. 1. Saturnal. c. 11. sed legendum *Theophrasti*, ut pridem observarunt viri doctissimi.

In Gyraldi dialogo III. de historia Poëtarum p. 143. & ex eo apud Vossium de Poëtis Græcis p. 94. laudatur *Philostratus Atheniensis* qui Epaminondæ & Pelopidæ vitas literarum monumentis commendavit & qui Theseida composuit. Sed ex Laërtii Xenophonte II. 59. legendum Πυθοστράτου vel potius Νικοστράτου, neque hic composuit vitam Epaminondæ & Pelopidæ sed Xenophon hujus frater. Similiter Tzetzes ad Lycophronem non Philostrati librum de Cypro laudat, ut scribit Vossius de Hist. Græcis, sed Philostephani.

φιλόστρατος φάλις in Varini Camertis Lexico, ubi de Polyxena agit, puto male excusum esse pro φιλόστρατος ὁ φλαεύς. Videtur enim respicere Philostrati senioris Icones, in quibus de Polyxena in eam sententiam differit p. 713. seq. edit. Morelli.

Fuit & 6) Philostratus Pellenensis, quem cognitioni de supplicio Antiphonis Rhetoris præfuisse Athenis Olymp. XLII. testatur Plutarchus in vitis decem Rhetorum p. 833. Idem forte quem perstringit Aristophanes equitibus, & cujus meminit Demosthenes Orat. in Neæram.

7) Philostratus Epirotarum dux Anno U. C. 585. memorante Livio XLIII. 23.

8) Philostatus Athenienſis è tribu Oeënsi, pater Polemonis Philosophi. Laërt. IV. 16.

9) Philostratus Rhodius Athleta circa Olymp. CLXXXVIII. Pausan. Eliacis prioribus p. 432.

10) Philostratus quem ebrium Sinuessæ in Campania per gradus delapsum ridet Martialis XI. 83.

11) Philostratus in Inscriptione * Veteri observata Meursio:

L. CO-

* Apud Gruterum p. DCCCCLXIX. 13.

L. COMINIUS L. M. L. NATIRA
L. L. L. PHILOSTRATUS V. F.
SIBI ET SUIS.

12) Philoſtratus χολαργεὺς * memoratus Alciphroni Epiſt. IX.
13) Philoſtratus παλαιςὴς in quem Argentarii Epigramma lib. 2. Anthologiæ cap. 18.

Hæc de Philoſtratis ut veriſimillima mihi viſa ſunt quantum potui breviter ac diſtincte retuli, diligenter conſultis veterum ſcriptis, & expenſis iis quæ Joh. Meurſius in diatriba de Philoſtratis ad calcem Philoſtrati edita Lugduni Bat. 1616. 4. tum Voſſius II. 15. Hiſt. Gr. Jonſius III. 13. ac Tillemontius T. 3. Hiſt. Imperator. præcipue vero Godfridus Olearius prolegomenis ad Philoſtratorum opera, laudabili hiſtoriam literariam juvandi ſtudio monuerunt.

XIII. Poſt Philoſtratos conſequens eſt ut de CALLISTRATO, licet antiquiore, ut videtur, ſcriptore dicam, cujus ἐκφράσεις ſive *deſcriptiones* quatuordecim imaginum ſive ſtatuarum, *Satyri*, *Bacchæ*, *Cupidinis*, *Indi* fluvii, *Narciſſi*, *Occaſionis* quæ Lyſippi opus exſtabat Sicyone, tum *Orphei*, *Bacchi*, *Memnonis*, *Æſculapii*, *Cupidinis* alterius itidem à Praxitele ſculpti, *Centauri*, *Medeæ* & *Athamantis*, Græcè primum editæ ſunt ad calcem Imaginum utriusque Philoſtrati, deinde Latine eas vertit Federicus Morellus, cujus interpretationem plurimis locis emendavit melioremque novæ ſuæ Philoſtratorum editioni adjunxit laudatus jam ſæpius mihi hoc capite, nec laudandus ſatis Gotfridus Olearius. Idem profitetur ſe nihil admodum habere quod opponat ſententiæ doctiſſimi Meurſii, qui in Bibliotheca Attica Auctorem harum deſcriptionum non (cum Vigenerio) Philoſtrati utriusque imitatorem, ſed antiquum illum eſſe putavit Calliſtratum Aphidnæum Empedi filium, ῥήτορα δεκαιμον, quem audire expetiit Demoſthenes admodum adoleſcens, & ab eo ad eloquentiæ civilis ſtudium accenſus eſt, ut ex Hegeſia Magneſio narrat Plutarchus in vita Demoſthenis breviori p. 844. & in prolixiori altera inter parallelas p. 847. ſeq. & ex Hermippo Gellius III. 13. Libanius: Καλλίστρατος ὁ Ἀθηναῖος ῥήτωρ ἐνδοξος. Οὗτος ἔμελλε δημοσίαν τινὰ δίκην ἀγωνίζεσθαι, φασὶν οἱ μὲν τὴν περὶ Ὠρωπόν. Ὁ τοίνυν Δημοσθένης παῖς ὢν ἐδεῖτο τοῦ ἑρμηνεύσοντος συγχωρῆσαι παραβαλεῖν αὐτῷ τῇ δίκῃ, καὶ ὃς ἐπέτρεψεν. Ἀκούσας οὖν ὅτου διετέθη, ὥστε ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας πάντα πάρεργα ποιεῖσθαι τοὺς λόγους ἠθάνη. Lucianus quoque in Demoſthenis laudatione ante ejus Magiſtros Alcidaman-

* Cholargi è populis Atticæ, de quibus Meurſius.

damantem, Iſocratem, Iſæum, Eubulidem principe loco Calliſtratum laudat. Cujus adverſarius Menalopus memoratur Plutarcho vit. parallel. p. 851. unde certum eſt non alterius Calliſtrati eſſe *Menalopi κατηγορίαν* memoratam Ariſtoteli lib. I. Rhet. c. 14. & *Meſſeniacam* Orationem lib. 3. c. 17. Ejusdem Calliſtrati accuſatorem lib. 1. c. 7. Ariſtoteles refert Leodamantem, & ex Demoſthenis Orat. in Polyclem p. 812. conſtat Calliſtratum in exilium miſſum & bis capitis fuiſſe damnatum ab Athenienſibus. Seneca VI. 37. de benefic. *Calliſtratum ajunt, ita certe Hecaton auctor eſt, cum in exilium iret, in quod multos ſimul cum ipſo ſeditioſa civitas & intemperanter libera expulerat, optante quodam ut Athenienſibus neceſſitas reſtituendi exules eſſet, abominatum talem reditum.* Hunc ipſum Calliſtratum Demagogum Diodorus Siculus ad Olymp. Cl. 2. libro XV. p. 355. narrat pro Athenienſibus verba feciſſe, reſpondente Epaminonda pro Thebanis, unde eſt quod Plutarchus in Apophthegmatis p. 193. & in præceptis gerendæ Reip. p. 810. refert Epaminondam Calliſtrato Oratori exprobranti Thebanis *Οἰδίποδος παιδοκτονίαν* & Argivis *Ὀρέστου μητροκτονίαν* reſpondiſſe: *atqui hos ipſos à nobis rejectos* (vos Athenienſes) *recepiſtis.* Xenophon quoque lib. VI. Hiſt. Græcor. p. 589 ab Iphicrate adjunctum ſibi ſcribit *Καλλίστρατόν τε τὸν δημήγορον ὡς μάλα δεινὸν ὄντα*, ita enim legendum, non *ὡς μάλα*, ea quæ ſtatim ſequuntur demonſtrant. Orationem Calliſtrati *ad Lacedæmonios* deinde refert p. 592. 593. Fuerit ne idem Archon Athenis Diodoro Sic. ad Olymp. CVI. 1. & Dionyſio Halic. in Dinarcho memoratus, non affirmarim, tempora certe non repugnant, ac fortaſſis idem quoque, (an Parnytes potius)? Calliſtratus auctor fuerit conſilii quo ſummam *ἑλλιμενίου* ſive portorii Macedonici duplam deinceps Athenienſes acceperunt, ut traditum Ariſtoteli lib. 2. Oeconomic. c. 2. §. 22. Obiit ex vulnere (Olympiade CVIII. 4. ut videtur) cum in Sicilia Equitum Athenienſium alæ præfectus rem fortiter geſſit, teſte Pauſania in Achaicis p. 561. Tum triginta amplius annos habebat Demoſthenes, quem duodevigeſimo jam ætatis anno orationes habere cœpiſſe conſtat: Vix tamen ac ne vix quidem mihi perſuadeo ab illo Calliſtrato ſcripta eſſe quibus in ſecunda ecphraſi Scopæ ſtatuarii in Bacchæ imagine artificium cum Demoſthenis eloquentia cōfertur. Itaq; haſce ecphraſes libentius tribuerim Calliſtrato Sophiſtæ, Leonis filio, Amphictyonum in Pythiis procuratori, æquali Plutarchi, qui ejus meminit Sympoſiac. quæſt.

IV. 4. ubi interpreti latino male Calliſthenes, & VII. 5. ubi male Callias p. 705. interpreti dicitur.

XIV. Fuere & alii Calliſtrati, eruditiſſimo Olearioque memorati, cujus obſervatis mea addere licebit.

1) Calliſtratus ſtatuarius inſignis Olymp. CLV. Plin. XXXIV. c. 8. p. 110. edit. Harduini. Τέχνῳ ejus memorat etiam Tatianus orat. contra Græcos p. 183. viderenturque huic potius tribuendæ ecphraſes, ſi non tam exigua ſculptoris, longe inſignitiora autem Rhetoris veſtigia in illis apparerent.

2) Domitius Calliſtratus, librorum (VII. ad minimum) περὶ Ἡρακλείας auctor, laudatus Stephano Byz. Scholiaſtæ Apollonii & Æſchyli. Reſpicit & Schol. Pindari ad Nemea VII. 150. ac Suidas in φιλόξενος. Videndumque an diverſus Calliſtratus ὁ περὶ Σαμοθρᾴκης συντάξαμενος ἱστορίαν quam laudat Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 1. Antiqu. Rom. p. 55.

3) Calliſtratus Grammatici Ariſtophanis diſcipulus, Ariſtarchi æqualis, & Heſychio, Suidæ, Euſtathio ad Homer. atque Scholiaſtis ad Pindarum, Euripidem, & Ariſtophanem laudatus. Jo. Tzetzes Chil. XI. v. 61. narrat Samios literarum quatuor & viginti uſum primum accepiſſe à Grammatico Calliſtrato, neſcio an antiquiore:

Παρὰ Σαμίοις εὑρηκα πρῶτον αἰσαγνωσθῆναι
Διὰ γραμματικὸς τινος τοῦ κλῆσιν Καλλιστράτου.

Ariſtophanei etiam videntur Commentaria in Cratini Comici Θρᾴτας, & περὶ ἐπῶν opus, quæ utraque laudantur ab Athenæo, quemadmodum ſextum συμμίκτων librum in teſtimonium citat Erotianus in Χείρ, ſeptimum idem Athenæus. Libentius etiam huic adſcripſerim opus περὶ Ἀθηνῶν quod ad Menaclem alii olim retulerunt & ſub Calliſtrati nomine allegant Harpocratio, Suidas & Ariſtophanis Scholiaſtes: ægre enim aſſentior Meurſio qui in Bibliotheca Attica & in Athenis Atticis libro & capite primo hæc ad Calliſtratum Rhetorem antiquum refert. Videndus etiam de Calliſtrato Grammatico Reineſius p. 366. Var. Lect.

4) Calliſtratus auctor μέλους σκολιοῦ in Harmodium qui Piſiſtratidarum tyrannidem evertit. Heſychius: Ἁρμοδίου μέλος. τὸ ἐπὶ Ἁρμοδίῳ ποιηθὲν σκολιὸν ὑπὸ Καλλιστράτου, οὕτω ἔλεγον. Initium ejus: Φίλτατ' Ἁρμόδιε τέθνηκας, legitur apud Suidam in παροινίος &

& ἀδέπαλ' ἐγὼ, atque in ſcholiis ad Comici Acharnenſ. v. 956. integrum apud Athenæum XV. p. 695. & Meurſium in Piſiſtrato c. 14.

5) Calliſtratus Tenedius, qui inter interpretes phænomenon Arati refertur in Catalogo antiquo quem edidit Petrus Victorius.

6) Calliſtratus JCtus Romanus, de cujus ſcriptis dicere me memini in Bibliotheca Latina.

7) Calliſtratus de quo Martialis XII. 82.

Ne laudet dignos, laudat Calliſtratus omnes,
Cui malus eſt nemo, quis bonus eſſe poteſt?

9) Calliſtratus hiſtrio qui Ariſtophanis Acharnenſes, Aves & Veſpas egit, ut ex Græco Comici Scholiaſte intelligas.

10) Calliſtratus Mithridati Regi à ſecretis. Plutarch. Lucullo p. 502.

11) Calliſtratus Parnytes qui judicibus mercedem conſtituit, unde proverbium, ὀβολὸν ἔδωκε Παρνύτης. Appendix Vaticana Centur. III. proverb. 35. Antiquiorem hunc oportet eſſe Calliſtrato qui Archon fuit Olymp. CVI. 1. nam oboli judicibus dati jam mentio in ἐκκλησιαζούσαις Ariſtophanis, quæ actæ Olymp. XCVI. 4.

12) Calliſtratus verna in veteri inſcriptione apud Gruterum p. MCVIII. 4. ut omittam alium Calliſtratum p. MCXLVI. 2.

XV. Supereſt ut de APOLLONIO Tyanenſi Cappadoce etiam pauca quædam ſubjungam, quoniam ejus Epiſtolæ Philoſtrati libris de Apollonii vita in nova luculenta clariſſ. Olearii editione ſunt adjunctæ. Ac de Epiſtolis quidem non repetam quæ libro ſecundo c. X. §. 11. jam dicta à me ſunt. Sed ætatem ejus atque alia ſcripta, deperdita licet, eodem Oleario præeunte, tum de vita & rebus ipſius ſcriptores breviter perſtringere licebit. Ætatem produxiſſe traditur Apollonius Apollonii F. ab Anno Auguſti Imp. 42. ad primum Nervæ: ut adeo vixerit annos circiter XCVI. Præceptorem habuit Euthydemum Rhetorem Tarſenſem, Philoſophos omnium ſectarum audivit, ſed maxime probavit diſciplinam Pythagoricam, licet Euxenus Heracleenſis quo uſus eſt magiſtro non aliter philoſophabatur quam pſittacus voces repetit, homo ventri deditus & ignava opera, philoſopha ſententia. Quadragenario major Apollonius Babylo-

bylonem atque hinc Indiam petiit, ibique cum viris ſapientibus eſt verſatus, Claudio imperante. Reverſus inde in Græciam diuque ibi commoratus Romam venit anno Neronis nono, ætatis ſecundo & ſexageſimo. Per varias deinde regiones peregrinatus, in Ægypto verſatus cum Gymnoſophiſtis, magna paſſim nominis celebritate comparata, apud Domitianum cui Imperium prædixerat, ab Euphrate Ægyptio defertur, Romæque in carcerem conjectus dicta Apologia evadit, atque non multis annis poſt ſtatim à nece Domitiani ad Nervam ſcribit ſe cum illo una victurum longiſſimo tempore, quo neque aliis ipſi neque ſibi alii imperaturi ſint, quibus verbis & ſe & Nervam rebus humanis brevi eximendum ſignificavit. Poſt fata imaginibus, ſtatuis, templis velut Deus quidam inter homines θεοδημίας cultus eſt, qua de re videndæ notæ ad Philoſtratum p. 369. & Triſtanus T. 3. p. 737. ad numum Juliani Imp. imagine Apollonii inſignem. De Magicis ejus πλέγμασι adeundus Iuſtinus quæſt. 24. ad Orthodoxos. Scripta ejus; præter Epiſtolas quarum & ipſæ longe plurimæ perierunt, hæc memorantur:

1) Ὕμνος εἰς Μνημοσύνην. Philoſtrat. lib. 1. c. 14. τὸ τοῦ μνημονικὸν ἑκατονταέτης ἡνίκα ἔτι καὶ ἔτι ἐρρώμενον καὶ ὕμνος ἐξ αὐτοῦ ἐπὶ τῷ Σιμωνίδῃ &c. *Memoria etiam centenarius magis quam Simonides valuit, & hymnus ab eo eſt aliquis in Memoriam decantatus, in quo omnia tempore marceſcere ſcribit, ipſum vero tempus ut nec corrumpatur, a memoria habere.* Suid. in Ἀπολλώνιος.

2) Πυθαγόρου δόξαι· Philoſtr. VIII. 19. ſeq. Confer V. C. Franciſci Blanchini Veronenſis, Bibliothecæ Ottobonianæ præfecti Epiſtolam de lapide Antiate, in qua agitur de Villa Hadriani Auguſti in Antiati Colonia ſita, Oraculo Fortunarum, ac templis in ea celebratis, libro Apollonii Tyanei ibi dicato, & ejusdem aſſeclis eo confluentibus, nec non de ſignis celeberrimis ibidem effoſſis, Apolline præſertim Vaticano & Gladiatore Burgheſiano. Rom. 1698. 4. Πυθαγόρου βίου ab Apollonio ſcriptum Suidas auctor eſt.

3) Διαθῆκαι ſive Teſtamentum. Suid. Philoſtr. lib. 1. c. 3. & lib. 7. c. 35. ubi teſtatur ſolum hoc ex Apollonii ſcriptis Ionica fuiſſe Dialecto compoſitum. Nam alioqui Attica uſum notaverat etiam lib. 1. c. 7.

4) Ἀπολογία adverſus ψευδῆ γράμματα Euphratis Ægyptii Philoſophi, ad Domitianum Imp. exſtat apud Philoſtratum VIII. 7.

5) περὶ

5) *περὶ μαντείας ἀστέρων de arcaniore ex astris divinatione libri IV.* ex consuetudine familiari cum Iarcha & aliis sapientibus ludis. Philostr. III. 41.

6) *Τελεταὶ ἢ περὶ θυσιῶν, καὶ ὡς ἂν τις ἑκάστῳ Θεῷ πρόσφορόν τι καὶ κεχαρισμένως ἢ θύοι ἢ σπένδοι ἢ εὔχοιτο. De sacrificiis, & quomodo quis unicuique Deo convenientia & accepta sacrificia vel libamina aut preces offerre possit.* Euseb. IV. 13. de præparat. Svid. Philostrat. III. 41. & IV. 19. ubi *τῇ ἑαυτοῦ φωνῇ* malim de Attica quam Cappadocum dialecto intelligere. Nam lib. I. c. 7. Philostrato teste *ἡ γλῶττα Ἀττικῶς εἶχεν, ὁδ' ἀπηχθη τῷ φωνῷ τοῦ ἔθνους.* Confer fragmentum Eusebii loco laudato obvium.

7) Oracula columnis æneis Byzantii insculpta, de quibus Codinus in Originibus CPol. p. 30. *καθ' ἑξαίρετον εἰς τὰς χαλκᾶς πύλας* (lege cum Clariss. Oleario *στήλας*) *τὰ ἐχόντων ἡμερῶν τὰ μελλόντων εἰσὶ πᾶσαι αἱ ἱστορίαι, ἃς ἐσυλλόησε Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς, εἰς μνήμην τῶν ἐντυγχανόντων, ἵνα τὸ ἀνεξάλειπτον εἶναι.* Memorat χρησμὸς Apollonii etiam Suidas.

Omitto Apollonii colloquia cum sapientibus Babyloniorum, Indorum & Ægyptiorum quæ à Damide excerpta & Philostrati operi passim inserta leguntur.

Fuit & Apollonius Tyaneus junior sub Hadriano Imp. ut ex Agresphontis libro de Homonymis notavit Suidas. Sed apud Is. Causabonum p. 56. Epist. ad Bongarsium, ubi memoratur *Narratio eorum quæ acciderunt Apollonio Tyaneo, ex vetustis membranis*, pro Tyaneo haud dubie legendum Tyrio, intelligitur enim fabularis illa & erotica narratio quam latine edidit Marcus Velserus A. 1595. 4. testatus ante multa sæcula è Græco versam, fortassis (ut Barthius suspicabatur) à Symposio ænigmatum scriptore. Versibus latinis Hexametris leoninis etiam Gotfridus Viterbiensis in Pantheo suo perstrinxit, & Græcis versibus politicis expressit Constantinus sive Gabriel Contianus quidam circa A. C. 1500, cujus Metaphrasis vidit lucem Venet. 1603. 4. Denique Gallice prodierunt *les Avantures d' Apollonius de Tyr*, par Mr. le Br. Roterodami hoc ipso anno 1710. 8. Latine recusa etiam in Velseri Operibus p. 681.

Apollonii Tyanei vitam præter Philostratum scripserant etiam *Damis* Assyrius, ex Nino civitate, unde Νίνος Philostrato dicitur: *Maximus* Ægiensis & *Mæragenes* eidem Philostrato memorati. Tum *Soterichus* Oasites, de quo Suidas. *Vopiscus* etiam ejusdem

Apollonii facta in litteras missurum se scripsit in Aureliano c. 24. ubi refert Imperatorem Tyanæ civitati iratum negasse canem se in illo opido relicturum, sed apparuisse Imperatori Apollonium latinisque verbis dixisse: *Aureliane si vis vincere nihil est quod de civium meorum nece cogites. Aureliane, si vis imperare, à cruore innocentium abstine, Aureliane clementer te age, si vis vincere.* Imperatorem itaque agnito vultu Philosophi cujus imaginem in multis viderat templis, attonitum, & imaginem & statuas & templum ei promisisse, atque in meliorem rediisse mentem. Denique *Sidonius Apollinaris* Vitam Apollonii è Græco in latinum vertit, versionemq; suam misit ad Leonem Evarigis & successoris Alarici Consiliarium, VIII. 3. Epist. usus Codice Græco Philostrati, quem è Nicomachi exemplari descripserat Tascius Victorianus, ut notavi supra §. 3. Sed jam pridem est quod interpretatio illa intercidit, quam auctor ipse festinatam adeoque turbidam & opicam appellat.

CAPUT XXV.

DE ALEXANDRO Aphrodisiensi.

Alexandri Aphrodisiensis ætas, Præceptores & dogmata quadam. 1. *Scriptorum editorum recensio cum observationibus Criticis.* 2. *Scripta inedita atque deperdita.* 3. *Index auctorum in scriptis Aphrodisei editis universis allegatorum.* 4.

I.

ALEXANDER ex Aphrodisiade *a*) Cariæ urbe *Aphrodisiensis* Ἀφροδισιεὺς, Philosophiam Aristotelicam (non Romæ *b*) sed

a) De Aphrodisiade Cariæ urbe vide Stephanum in Ἀφροδισιάς, in μεγάλη πόλις & Νυσή. Xenocratis Aphrodisiensis mentio apud Artemidorum IV. 24. p. 214. De Adrasto Aphrodisiensi dixi lib 3. c. 11.

b) ſed Athenis vel Alexandriæ ut ſuſpicor) ab Impp. Septimio Severo & Antonino Caracalla docere juſſus, primitias laborum ſuorum eisdem inſcripſit libellum de fato, adeoque poſt A. C. 199. & ante annum 211. quo Severus diem obiit ſupremum. Quoniam vero primitias ingenii *c*) tunc ei obtulit Alexander, hinc poſtea adhuc per pluſculum temporis floruiſſe illum colligas, tot & tantorum commentariorum auctorem. Laudat etiam alibi Athenæi Dipnoſophiſtica edita poſt Oppiani mortem, qui carmina ſua iisdem Imperatoribus obtulit. Audivit Aphrodiſeus Herminum & Ariſtoclem Meſſenium Peripateticos, de quibus dixi lib. 3. c. 11. Soſigenem item, juniorem Peripateticum. De Deo ſatis pie ſentit & loquitur, quem ſolum habere immortalitatem ſcribit in V. Topic. p. 178. *omni honore dignisſimum, cunctis votis expetendum atq; omnium parentem* vocat in VII. Metaphyſ. p. 282. & in IX. p. 320. *Proprie ens & ſimplex, ac ut ita loquar ſubſtantialis ſubſtantia & quæ immobilis movet, hoc eſt DEus optimus Maximus non gignitur neque interit.* adde in XII. p. 381. 382. 388. 95. 398. & lib. 2. quæſtion. & ſolut. c. 21. ubi ait providentiam ſi quis Deo auferat, idem eſſe ac ſi quis demat nivi alborem frigusque, calorem igni, melli dulcedinem. Ἐπὶ τί τὸ καταλειπόμενον, εἴ τις χιόνι μὲν ἀφέληται τὸ λευκὸν καὶ ψυχρὸν τί ἢ πυρὸς ἀφ' ἧς θερμὸν σβέσῃς, μέλιτι δὲ ἢ τὸ γλυκύ, καὶ ψυχῆς τὸ κινεῖσθαι, καὶ δὴ θεῷ τὸ φρονεῖν; Animæ vero immortalitatem & ſeparabilitatem à corpore aperte negat ad lib. 2. Topicor. p. 77. 81. & alibi, atque ita quidem ut p. 72. temere dicat eos qui illam animæ tribuunt, perinde mentiri ac ſi quis bis duo ajat eſſe quinque. Tum lib. 2. quæſtionum & ſolut. c. 8. ſeq. & in libro utroque de anima pluribus diſputat animam

b) Negat enim Imperatores præſenti adire ſibi licuiſſe, ſub init. libri de fato: ἢ μὲν δὴ ἐυχὴς μοι &c. *Erat quidem mihi in votis, maximi Imperatores, Severe & Antonine, ut ipſi apud vos eſſe mihi contingeret & conſpicari & alloqui vos, & gratias agere pro beneficiis ſæpenumero à vobis acceptis, ut qui omnia ſemper quæ poſtulaverim obtinuerim, ſimulque teſtimonium acceperim, dignum me eſſe qui quæ poſtulaveram obtinerem.* Athenis fuiſſe colligas ex Commentar. in Metaphyſ. librum V. p. 206. ubi de ſtatua Ariſtotelis, quæ fuit in Lyceo.

c) Ibid. Ἐθάρσησα πρὸς ἡμᾶς τὴν πρὸς τὸ θεῖον ἐξουσίαν καί τινας ἀπαρχὰς ὑμῖν τῶν ἡμετέρων καρπῶν ἀναθήμα πέμψαι — βιβλίον ὑπισχνημένη θεωρίαν φιλόσοφον περιέχειν καὶ δόξαν τὴν Ἀριστοτέλους ἣν ἔχει περὶ τε ἐμπαιδείας τε καὶ ἐφ' ἡμῖν καὶ τῆς φιλοσοφίας προῖξαμαι, ὑπὸ τῆς ὑμετέρας μαρτυρίας διδάσκαλος αὐτῆς κεκηρυγμένος. *Ea libertate quâ erga Numen aut licet, auſus ſum aliquas vobis fructuum noſtrorum primitias mittere, ---- librum qui contemplationem continet ad Philoſophiam pertinentem & qui de fato deque eo quod in noſtra poteſtate eſt explicet ſententiam Ariſtotelis, cujus ego Philoſophiæ Profeſſor & Magiſter publico teſtimonii veſtri præconio conſtitutus ſum.*

mam esse εἶδος τι ἄνευ σώματος ἐνεργητικὸν, καὶ οὐσίαν τινὰ αὐτὴν καθ' αὑτὴν, professus Aristotelis *d*) se sententiam tradere, atque ut in aliis, ita in hoc quoque capite de anima sequi. Ut vel hinc appareat alium Alexandrum auctorem esse problematum quæ sub Aphrodisei nomine circumferuntur, in illis enim libri 2. præfat. & problemate LXIII. LXVII. anima immortalis esse diserte affirmatur. Etiam problemate LXXXVIII. ex illis quæ in sola Gazæ versione leguntur, plus fato Astrologico quàm Aphrodisiensis solet facere, tribuitur. Cæterum lib. 1. de anima pag. 138. b. fatetur Aphrodisiensis animum μηδὲ τῷ δεῖσθαι ὀργάνου τινὶ σωματικοῦ πρὸς τὴν λῆψιν τῶν νοητέων, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι αὐτὸν αὑτῷ πρὸς τὸ γνῶναι τὸ νοούμενον, *omnino non indigere instrumento corporeo ad res intelligibiles capiendas, sed sufficere sibimetipsi illorum ad rerum intelligibilium perceptionem.* Quam in sententiam plura legas libro 2. p. 144. a. seq. ubi ait se à quodam accepisse sententiam Aristotelis ita expositam, quod mens divina extrinsecus adveniens per humanum corpus velut organum operetur: atque ea ratione immortalem illum & incorruptibilem dici posse. Ἤκουσα μὲν περὶ νοῦ ποτὲ θύραθεν ἀκούσας Ἀλεξάνδρου, ἃ διεσωσάμην &c. usque ad illa p. 145. ἔλεγε δὴ ὅτι εἰ ὅλως ὑπολαμβάνειν χρὴ τῷ Ἀλεξάνδρῳ, θεῖον καὶ ἄφθαρτον εἶναι τὸν νοῦν, ἅτινος ἡγεῖσθαι δεῖν, ὁτιοῦν ἄλλως.

Melius cæteris Peripateticis sensum Aristotelis interpretari, sed Platoni esse iniquiorem judicat Simplicius in 2. de cœlo p. 91. b. edit. Græcæ. Atque posteriores plerique omnes libenter eum sequuntur, non Græci modo ut Themistius, Ammonius, Philoponus, Olympiodorus, Simplicius, Michael Ephesius, & Latini ut Boëthius, sed Arabes quoque ut Averroës. Peculiari veluti nomine illis vocatur ἐξηγητὴς, *explanator, seu quod omnes Aristotelicos libros exposuerit, seu quod excellentissime, seu quod utrumque*, ut Francisci Patritii verbis utar Tom. I. discuss. Peripatet. p. 138. Atque hic est Alexander, cujus scripta perinde ut Peripateticorum celeberrimorum Aspasii & Adrasti ἐν τῇ σωτσίας lecta testatur Porphyrius in vita Plotini. Commentarios quosdam Aphrodisei Arabice versos etiamnum extare, testantur Hottingerus p. 253. seq Analect & Bartholomæus Herbelotus Bibl. Oriental. in *Eſcander al Afrodiſſi.* De aliis Alexandris

d) Præf. libri 1. de anima: Ἐπειδὴ ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις, τὰ Ἀριστοτέλους προσβέβαμεν, ἀληθεστέρας ἡγούμενοι τὰς αὐτοῦ παραδεδομένας δόξας τοῖς ἄλλοις εἰρημένοις, οὕτω δὴ καὶ ἃ ἐν τῷ περὶ Ψυχῆς δόγματι φρονοῦμεν.

dris tribus Peripateticis, Crassi præceptore, & Ægæo atque Damasceno dixi lib. III. cap. XI. de aliis Alexandris qui Græce scripserunt, cap. VIII. §. ult. ejusdem libri. Fuit & circa A.C. 1330. Peripateticus quidam Alexander de S. Elpidio, Italus qui in libros quosdam Aristotelis latine est commentatus, quemq; cum Aphrodiseo confundi à nonnullis notat Jonsius p. 352. de scriptoribus Hist. Philos. De illo Alexandro videndus Possevinus in Apparatu Sacro.

II. SCRIPTA e) ALEXANDRI APHRODISIENSIS EDITA.

1. Περὶ εἱμαρμένης f) καὶ ἃ ἐφ' ἡμῖν. Ad Imperatores Severum & Antoninum Caracallam *de fato, deque eo quod in nostra potestate est*, ex mente Aristotelis, *liber* eximius, è quo prolixum locum, quo fatum impugnatur, adducit Eusebius VI. 9. de præparat. Evangel. Pleraq; breviter repetit iisdem fere verbis Aphrodiseus ipse po- poſtremis capitibus libri posterioris de anima. Apud Eusebium quidem male Vigerus verba ἐν τοῖς περὶ εἱμαρμένης vertit *in libris iis quos de fato edidit*, parum quoq; accurate omittit insigne elogium quod Aphrodiseo ibi tribuit Eusebius, vocans eum ἀνδρα εὐμάλα ἀληθῆ ἐν τοῖς κατ' φιλοσοφίαν λόγοις. Hoc libro Alexander videtur Severi Imp. animum (ut suspicatur Joh. Picus pag. 282. Opp.) à superstitione Astrologica revocare voluisse. Cæterum non satisfecit noster olim Hierocli, qui in libro suo de fato & providentia inter alios Alexandrum oppugnavit, teste Photio Cod. 214. Cardanus quoque in libro de scriptis propriis ait *Ciceronem de fato ornatius quam verius*, *Aphrodiseum male*, *Pomponatium tenuiter*, *neminem sufficienter scripsisse*. *Græce* prodiit (sine capitum distinctione) edente Victore Trincavello Medico, Venetiis 1534. fol. ex Aldi officina, ad calcem commentariorum Themistii, quibus libros duos Alexandri Aphrodis. de anima adjunxit Trincavellus, in Epistola ad Casparem Contarenum

e) In hoc Catalogo videbis me non pauca addidisse laudatissimæ Philippi Labbei industriæ, qui in conspectu Aristotelis & Platonis Græcorum Interpretum typis editorum Parisiis 1657. 4. vulgato, p. 3. & 4. Aphrodisei scripta edita recenset.

f) Fragmentum Alexandri de eodem argumento adhuc ineditum Græce habere se testatus est Thomas Galeus V. C. notis ad Sallustium de Diis c. 9. Vide & lib. 1. Alexandri quæstionum & solutionum cap. 4.

tarenum obſervans Alexandrum hunc eſſe quem Themiſtius ſæpiſſime ſectetur & imitetur. Biennio poſt itidem Venetiis A. 1536 ſed minus nitido typorum charactere hunc de fato librum ſubjecit Trincavellus libris quatuor quæſtionum Alexandri Aphrod. in fol. editis, & Petro Daneſio inſcriptis, cujus ſtudium in emendandis illis celebrat. Promittit titulus etiam Metaphraſin ex Damaſcio in primum librum de cœlo & mundo, Epitomen per modum commentarii in quatuor primos & octavum Phyſices libros, Theophraſti librum de ſenſu & Priſcani Lydi Metaphraſin in libros Theophraſti de ſenſu & phantaſia: Sed in volumine ipſo fruſtra illa quæſivi, licet plura illius editionis exempla viderim. Ab eo tempore recenſitus & emendatius editus Græce ſeparatim eſt liber de fato à Joh. Caſelio, Roſtoch. 1588. 4.

Latine vertit *Hieronymus Bagolinus*, qui diviſit in capita undeviginti, & libris quatuor quæſtionum Alexandri ſubjecit. Venet. 1541. apud Hieron Scotum fol. atque inde 1549. 1555. 1559.

Hugonis Grotii interpretatio extat in Philoſophorum ſententiis de fato à magno illo viro collectis partim, partim de Græco verſis Pariſ. 1648. 4. & Amſterd. 1648. 12. teſtaturque Grotius ſe ad verſionem ſuam concinnandam Græca & cum Euſebio & cum MSto Codice contuliſſe. Extant etiam in ejus Operibus Theolog. T. 3. p. 409.

Denique *Græce & Latine* cum nova verſione prodiit hic Alexandri liber in ſectiones tributus 39. neſcio quo editore, Londini 1688. 8. addito ad calcem, Ammonii loco ejusdem argumenti ex commentario ejus in Ariſtotelem περὶ ἑρμηνείας.

2. Τὸ ὑπόμνημα ſive Commentarius *in primum priorum Analyticorum* Ariſtotelis, *Græce* Venet. 1489. apud Aldum, fol. & Venetiis 1520. atque 1536 fol: cum Philopono & Magentino in prima Analytica, & Anonymi tractatu de Syllogiſmo, tum Florentiæ A. 1521. 4. cum Alexandri Commentaris in Elenchos Sophiſticos. *Latine* interprete *Johanne Bernardo Feliciano*, qui verſionem ſuam Diogeni Hurtado Mendozæ inſcripſit. Venet. 1542. 1546. & 1560. fol.

3. Commentarius *in VIII. Topicorum libros*, quos a Marco Muſuro recognitos *Græce* edidit & Alberto Pio Carporum Principi dedicavit Aldus, teſtatus ſe Franciſci Victorii Bergomatis commen-

mentarios Græcos in eadem Topica addere voluiſſe, ni ſubito incendio Victorii in Ariſtotelem, Platonem & Galenum aliosque Medicos ſcripta conflagraſſent. Prodiere Venetiis 1514 & 1526. fol. *Latine* interprete *Guilelmo Dorotheo* Veneto, ibid. 1524. 1541. 1554. Pariſ. 1542. fol. & ex accuratiore verſione *Joannis Baptiſtæ Raſarii* Novarienſis, Medici Venet. A. 1563. fol. apud Hieron. Scotum (licet hæc editio nomen Raſarii præfixum non habeat) & 1573. fol. Librum *tertium* vertit quoque *Petrus Gerardius* Burgenſis, Florent. 1569. fol. & *ſeptimum* elegantiſſimus *Muretus*, cujus interpretatio dicata L. Memmio Fremioto Patritio Divionenſi, poſt auctoris fata vidit lucem Ingolſtad. 1602. 8. cum Mureti notis in Ethica & Oeconomica Ariſtotelis, Platonis 1. & 2. de Rep. atque Xenophontis Cyropædiam & anabaſin, notisque & variis lectionibus (Jacobi Gretſeri ut ſuſpicor) in Codinum de officiis Palatii CPolitani. Σφάλματα γραφικὰ quandoque in Codicibus Ariſtotelis emendat Alexander ut lib. V. p. 190. & ex variis lectionibus *g*) dijudicat quæ probabilior ipſi videtur, ut lib. VIII. pag. 272. Alexandro Aphrodiſienſi hunc commentarium diſerte tribuit etiam Suidas, verba quædam ex illo (quod ſæpius alibi nomine ejus diſſimulato facit) allegans in διεξοδικός. Neque audiendus Franciſcus Patricius qui ad longe juniorem auctorem refert. Quod attinet ad duplicem Patricii objectionem quæ ex libro quinto petitur, reſpondendum *quinque voces* ſive prædicabilia non à Porphyrio primum reperta ſed jam in Topicis, ut Vivi etiam 3. de corrupt. art. pulchre notatum eſt, ab Ariſtotele tradi. *Angelorum* vero vocabulum quo p 186. Alexander utitur pro bonis ſpiritibus, occurit etiam apud Ariſtidem (Aphrodienſi antiquiorem) tum apud Porphyrium, Simplicium, Hieroclem, Schol. Hermogenis p. 8. (& 11. ubi δαιμόνων ἀγγελικῶν mentio) Capellam, aliosque. Animas vero immortales eo loco ſcribit, exempli cauſa hanc aliorum ſententiam referens, non propriam exponens. Librum primum & ſextum extare Arabice refert Herbelotus Bibl. Oriental. p. 966.

g) Idem etiam in aliis commentariis facit, ut in 1. Analytic. p. 9. 79 in Sophiſt. Elench. p. 7. b. 35. b. in Metaphyſ. p. 21. 26. 33. 76. 81. 214. de ſenſu pag. 109. 120. b. 123. b. &c.

4. Commentaria ſive ὑπομνήματα *in Elenchos Sophiſticos*, primus *Græce* edidit Hercules Gyrlandus, ad Hieronymum Canoſium Abbatem, Venetiis apud Aldum 1520. fol. Additæ ad calcem Variæ lect. è quatuor Codicibus. Mox recuſum hoc opus Florentiæ una cum commentaris jam memoratis in 1. Analyticor. Florentiæ A. 1521. 4. *Latinæ* verſiones mihi innotuerunt tres, prima *Guilelmi Dorothei* Veneti, quæ poſt editionem Venetam Marco Mauroceno Senatori Veneto inſcriptam, ex *Johannis Nabaſenenſis* recognitione lucem vidit Pariſ. apud Simonem Colineum 1542. fol. Altera melior *Joh. Baptiſtæ Raſarii*, ad Matth. Donatum Aloyſii F. Venetiis apud Ludovicum Avancinum A. 1557. fol. Tertia *Gaſpardi Marcelli*, ibid. 1559. fol. Paſſim innuit Alexander alios ante ſe eosdem Ariſtotelis libros expoſuiſſe, quorum ſententias expendit. Ex his nominat Galenum p. 8. b. Miratus ſum quod p. 17. b. legi: ἐπὶ δέ τινα δέχλω μὴ ἔχοντα, μὴ γεγονότα ἢ καθ' ἕλλωας, ὡς τὰ ἀέρια καὶ ϑεῖα σώματα. Numquid verba καθ' ἕλλωας ſunt ab aliena manu? ita certe mihi videntur. Diſtinctionis in libros duos nullum eſt in Alexandro veſtigium p. 38. b.

5. Commentarii *in libros XII. Metaphyſicorum*, latine tantum hactenus prodierunt ex verſione *Joh. Geneſii Sepulvedæ* Cordubenſis, ad Clementem VII. Pontificem Max. Romæ 1527. Pariſ. 1536. Venetiis 1544. & 1561. fol. Uſus eſt Sepulveda, ut in Epiſtola libro ſexto præmiſſa teſtatur, Codicibus quatuor, in quibus præfatio operi præmiſſa defuit, quam è Codice alio MS. Græce & Latine dedit Antonius Poſſevinus Libro XII. Bibl. Selectæ c. 29. Deſideratur quoque extrema pars in librum X. *Caterum ejusdem Aphrodiſei ſive Scholia ſive Paraphraſis Græca MSta in XIII. & XIV. librum Metaphyſices Ariſtotelis, nondum quod ſciam prodiit in lucem, quamvis earum exempla tum apud Petrum Fonſecam noſtrum, tum apud Fredericum Pendaſium publicum Philoſophiæ in Gymnaſio Bononienſi profeſſorem, cui probata ſunt, quique in exemplari quædam emendavit, quæ extant apud me.* Hæc Poſſevinus loco laudato T. 2. p. 74. Quamvis vero idem cap. 25. ſcholia iſta Aphrodiſei dictionem & ſtylum ſapere contendit, quæ manu exarata fuere etiam in aliis Bibliothecis, ut in illa Ioh. Vincentii Pinelli teſte Andrea Schotto in Vita Ariſtotelis p. 160. tamen Commentaria hæc in Metaphyſicorum libros *Alexandro*

dro Ægæo vel alteri cuicunque, aut *Michaëli Ephesio*, tribuere maluerunt Franciscus Patricius & Antonius Scaynus. Sed Alexandro Aphrodisiensi tribuuntur etiam à Syriano, qui sæpe illa allegat & ab Averroë. Theologiam Aleskenderi Al Afrodis quam Arabice extare testatur Herbelottus in Bibl. Orientali p. 966. suspicor esse hos in Metaphysica Commentarios.

6. Ὑπόμνημα εἰς τὸ περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν, *Commentarius in librum Aristotelis de sensu & iis quæ sub sensum cadunt.* Meminit Aphrodiseus ipse lib. 1. de anima p. 133. Περὶ πλείονος ἢ εἴρηται περὶ τούτων (ὀσφραντῶν) ἐν τῷ περὶ αἰσθητῶν καὶ αἰσθήσεων. & lib. 1. quæstionum & solutionum cap. 2. ἄμεινον τέτακται τοῦτο τὸ πρόβλημα (de coloribus) ἐν τῷ Περιγραφικῷ λέξεών τινων ἐκ τῶν περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν ἐξήγησις καὶ Περιφορά. Lucem vidit *Græce* ad calcem Simplicii in libros de anima, subjectis Michaëlis Ephesii in Aristotelis quæ vulgo vocant parva naturalia scholiis. Venet. apud Aldum 1527. fol. Præmittitur Francisci Asulani Epistola ad Alexandrum Campegium, Bononiæ Episcopum designatum. *Latine* Alexandri commentarium una cum Michaëlis Ephesii quæ dixi scholiis convertit ediditque *Lucillus Philaltheus*, Venetiis apud Hieron. Scotum, 1544. 1549. 1559. ejusque hæredes 1573. fol. Ex iis qui ante Aphrodiseum in librum eundem scripsere laudatur p. 94 edit. Græcæ *Asbasius*.

7. Ὑπόμνημα εἰς τὰ Μετεωρολογικά, *in quatuor libros Aristotelis de Meteoris Commentarius, Græce* editus à Francisco Asulano una cum libro de mistione & Joh. Philoponi commentariis ad libros de generatione & interitu. Venet. 1527. fol. *Latine* vertit *Alexander Piccolomineus*, Venet. 1540. 1548. 1573. 1561. fol. *Johannes* item *Camotius*, Venet. 1556. fol. Aphrodisiensem auctorem agnoscere negat G. Vossius libro de sectis c. 17. §. 17. & ante eum Petrus Victorius XXV. 22. Var. Lect. Andreas Schottus in Vita Aristotelis p. 157. & Franciscus Patricius T. 1. discuss. Peripatet. p. 32. his usus argumentis, quod lib. 3. dubitationum & solutionum cap. 10 & 14. atque in Olympiodoro ad libros Meteorologicos quædam ex Alexandri Aphrod. commentario allegantur quæ in his non occurrunt: tum quod

auctor hujus commentarii *b*) præceptorem ſuum laudat Soſigenem, qui Julii Cæſaris tempore clarus fuerit, adeoque non potuerit eſſe Aphrodiſei præceptor, ſed Alexandri forte Ægæi itidem Peripatetici. De Soſigene inprimis res manifeſta eſſet, ni forte fuerit aliquis Peripateticus Soſigenes junior, & Soſigenem præceptorem citat etiam Alexander ad Metaphyſica p. 239. & 325. Alexandri in Meteorologica commentarios laudat præter Olympiodorum & Philoponum Nicephorus Chumnus in Epiſtola ad Theodorum Protoveſtiarium quam edidit Joannes Boivinus V. C. notis ad Nicephori Gregoræ Hiſt. p. 755.

8. Περὶ μίξεως, *de miſtione* & temperatione corporum liber, quo Stoicorum præcipue ſententiam de penetratione corporum & DEO mundi anima refellit, *Græce* editus ad calcem commentariorum Alexandri in libros Meteorologicos de quibus jam dixi, Venet. 1527. fol. apud Aldum, *Latine* vero interprete *Angelo Caninio*, ad calcem quæſtionum naturalium & librorum de anima Venet. 1555. 1559. fol. apud Hieron. Scotum. Verterat & *Jacobus Schegkius* Tubingæ 1540. 8. apud Morhardum. Si Geſnerum audimus, in Vaticana Bibl. extat etiam Aphrodiſei liber περὶ κράσεως καὶ αὐξήσεως ab illo περὶ μίξεως diverſus, ac nondum editus. Conferenda etiam quæ ad librum IV. Meteorolog. & de ſenſu p. 104. b. ſeq. & in Quæſtionum ac ſolut. lib. 3. c. 14. Alexander diſputat.

9. Περὶ ψυχῆς, *libri duo de anima*, non liber primus & ſecundus ejusdem operis, ſed ut legenti apparebit duo diverſi libri ejusdem argumenti, niſi quod libro poſteriori *i*) diſſertationes lucu-

b) Alex. ad lib. 3. Meteorolog. p. 116. Ἀλλ' ὅτι μὲν αἱ τοιαῦται δόξαι περὶ τοῦ ἄλω ψεύδεις, ἱκανῶς ὁ διδάσκαλος ἡμῶν Σωσιγένης ἐν τῷ ἐγδόῳ περὶ τῆς ὄψεως ἔδειξεν. Philoponus libro 2. ad lib. 1. priorum Analyt. p. 33. b. Καὶ ὁ Ἀλέξανδρος ὁ τῶν Φιλοσόφων ἐξηγητὴς ἔν τινι μονοβίβλῳ καὶ τὸν αὐτὸν διδάσκαλον Σωσιγένην ταύτης εἶναι τῆς δόξης, ὡς ὅτι τὸ ἐξ ὑποθέσεως ἀναγκαῖον συνάγει ἐνταῦθα ὁ Ἀριστοτέλης.

i) Ex hoc libro ſecundo (maxime p. 144. ſeq. edit. Græcæ) petitum breve ſcriptum latine ſub titulo: *Alexandri Aphrodiſei de intellectu*, occurrens in opere ſeptiſegmentato quod Alexander Achillinus edidit Bononiæ 1501, 1516. fol. & præter libellum iſtum (ex Arabico ut videtur verſum & Pariſiis etiam A. 1520. 8. excuſum in quo *Iſaac* quidem allegatur) complectitur Ariſtoteli tributum ſecretum ſecretorum, 2. de ſignis tempeſtatum 3. de muneribus, Averrois de animæ beatitudine, Alexandrum de mirabilibus Indiæ & Alexandrum Achillinum de univerſalibus. Cæterum Alexandri Aphrodiſienſis ſcripta Arabibus etiam non ignota fuiſſe, vel ex Averroë patet.

luculentæ de aliis etiam rebus variis annectuntur, ut de natura quatuor elementorum, de visu & luce, *k*) quid sit secundum Aristotelem quod tanquam bonum maxime homo appetat ac desideret: de indissolubili nexu ac vinculo virtutum, de Jure naturæ ἔστι φύσει τὸ δίκαιον, & dissertatio *l*) quæ argumentis duodequadraginta contra Stoicos probat virtutem non sufficere ad beatitatem. Item quod fœmina à mari specie non differat: & denique de libero arbitrio, fortuna, & fato ex Aristotelis sententia, eandem fere in sententiam ut peculiari libro quem hac de re ab Aphrodiseo editum, paullo ante monui. Nescio scripseritne etiam Aphrodiseus distinctum ab his ὑπόμνημα sive commentarium in libros Aristotelis de anima, quem allegat libro 1. dubitationum & solution. c. 11. ubi aliquid ex libro primo Philosophi περὶ ψυχῆς afferens addit: ὡς εἰρηταί μοι ἐν τῷ εἰς ἐκεῖνο ὑπομνήματι. Etiam in librum VI. Metaphysicor. p. 223. *Principia Geometriæ Astronomiæ principiis exactiora sunt, quanquam hujus subjectum Geometriæ materia longe præferatur, ut dictum est à nobis in libro de anima.* Cæterum duo illi quos dixi libri lecti etiam Avenroi, *Græce* prodierunt ad calcem Operum Themistii, subjuncto libro Alexandri de fato Venetiis, editore Victore Trincavello, 1534. fol. ex officina Aldi. Librum primum *Latine* interpretatus est *Hieronymus Donatus* Patricius Venetus, Venet. 1502. 1514. fol. & 1538. 8. atque Parisiis ad calcem Themistii 1528. fol. Basil. 1535. fol. Alterum librum vertit *Angelus Caninius* Anglarienſis, cujus interpretatio cum priore libro per Donatum verso, prodiit latine ad calcem quæstionum naturalium Venet. 1555. 1559. fol. apud Hieronymum Scotum, addito libro Alexandri de mistione.

10.

k) Videtur hanc diss. respicere Alexander 3. Meteorolog. p. 115. ἐδείχθη ἐν τοῖς περὶ ὄψεως ὁρῶμεν.

l) Hanc Fridericus Sylburgius Francof. 1584. 4. in luculenta sua operum Aristotelis editione ac calcem Ethicorum magnorum & Eudemiorum Græce edidit tanquam peculiare scriptum hoc titulo: Ἀλεξάνδρου Ἀφροδισιέως, ὅτι οὐκ αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν. Subjecta etiam Aristotelis & Xenophontis Ethicis Politicis & Oeconomicis Græce excusis Basileæ apud Joannem Walderum sine temporis nota, in 8. Cæterum tota illa disputatio parum afuit à logomachia, ut patet ex his Senecæ Epist. IX. *Se contentus est sapiens ad beate vivendum, non ad vivendum.*

10. Φυσικῶν σχολίων ἀποριῶν καὶ λύσεων βιβλία δ', *Physicorum scholiorum per dubitationes & solutiones* ad varia Aristotelis loca *libri quatuor.* Politianus *quæstiones naturales* vocat, de his enim non de problematibus intelligenda hæc ejus verba Capite 1. Miscell. *Quod & Alexander Aphrodisiens Peripatetitorum omnium etiam ab Averrhoë laudatissimus, in egregie subtilibus illis naturalium quæstionum libris ostendit, quos à se lectos divus Hieronymus gloriatur.* S. Hieronymi verba sunt 1. in Rufin. *Revolve Aristotelem & Alexandrum Aristotelis volumina differentem, & quanta ambiguorum sit copia, eorum lectione cognosces.* Quanquam in his ambiguorum est mentio, tamen commentarios potius cæteros Alexandri in Aristotelem, quam illos quæstionum libros innuere his verbis Hieronymus videtur, quibus non raro Alexander de brevitate obscuritate & ambiguitate verborum Aristotelis conqueritur. Quatuor isti libri quæstionum Græce primum editi sunt ab Victore Trincavello, Venet. 1536. fol. atque additus liber de fato, de quo jam supra dixi. Latine vertit *Hieronymus Bagolinus* Veronensis cum filio *Johanne Baptista*, inscripsitque quæstiones naturales & Morales. Venet. 1541. 1549. 1555. 1559. 1563. fol. adjuncto vel libro de fato, vel duobus de anima libris. Extat & Latina interpretatio *Gentiani Herveti* Basil. 1548. 8. apud Jo. Oporinum. *Quæstiones Alexandri Aphrodisei naturales, de anima, Morales: sive difficilium dubitationum & solutionum libri IV. nunc primum in lucem editi.* Quod additur tunc primum in lucem editos, nisi de Herveti versione intelligas, id refellunt quæ diximus. Græca parum vel accurate vel nitide excusa sunt, unde Jo. Baptista Bagolinus in Epistola ad Vincentium Modium: *Alexander optime nosti quàm corruptus Græce circumferretur, admirabilis auctor in Philosophia, miserabilem in modum mendosus. Sed ut scis veteribus adhibitis manuscriptis exemplaribus Græcis multo melioribus, locis collatis vel in Alexandro ipso, vel Themistio, Johanne Grammatico, Simplicio, Aristotele plurimum, mea summa industria, doctis consulendis, & te, inprimis, Vincenti, effeci, ut plurimis in locis antea obscurum nunc clarum fecerim Alexandrum, quantum ejus propria brevitas, obscura & concisa quædam oratio hactenus à me fieri dilucidior potuit.*

11. Ἰατρικῶν καὶ Φυσικῶν προβλημάτων βιβλία β' *Problematum Medicorum & naturalium libri duo*, lectu digni, sed qui alium ut videtur

detur Alexandrum quandam Aphrodiſienſem noſtrum auctorem habent. Medicorum & Philoſophorum ſententias ſubinde conſulit, ut lib. 1. problem. 99. & 141. ipſeque auctor Medicus videtur, tum propter Medicæ artis elogium, quod libro ſecundo præmittitur, tum quod lib. 2. problem. 11. ut Medicus ait περὶ φέρουσι τὰ βοηθήματα, & præterea totum opus virum indicat Medicæ artis peritiorem: præterea & libros ſuos allegoriarum in confictas de Diis narrationes laudat lib. 1. problem. 87. Itaque Theodorus Gaza qui juſſu Nicolai V. Pontificis primus illa latine vertit, *Alexandri*, inquit, *illius hæc viri fœcundæ ſapientia præditi & veri atque germani opinionum Ariſtotelis ſpeculatoris, nullo pacto equidem credere poſſum. Nam & doctrina auctoris illius cum in plerisque aliis, tum in iis quæ de animo m) iſthæc differunt problemata, omnino deſiderantur, & ab elocutione illius adeo longe hæc diſſonant, ut facile quisque lectione veterum literarum Græcarum exercitatus intelligere poſſit, non id opus ad Alexandrum Aphrodiſeum ſed ad aliquem multo recentiorem auctorem referri oportere.* Non defuere igitur qui auctorem eſſe ſuſpicarentur *Alexandrum Tmllianum* Medicum, Juſtiniani Imp. ætate clarum, de cujus ſcriptis infra lib. VI. dicendi locus dabitur. Ita viſum veriſimile Hieronymo Mercuriali lib. 1. c. 11. & 22. Var. lect. & lib. 1. artis Gymnaſticæ c. 11. atque Thomæ Gatakero pag. 424. Adverſar. & ad M. Antoninum p. 34. Fuere & alii Alexandri Medici, ut Laodicenſis ille Aſclepiadeus, cognomento Philalethes, de quo dixi lib. 3. c. 8. §. ult. Alexander item Medicus, Luciani æqualis, qui ejus meminit lib. de morte Peregrini p. 305. Theophylactus Simocatta in extremo ſuorum problematum, inter ἀπείρων φυσικῶν ſcriptores etiam Alexandrum laudat. Prodierunt *Græce* problemata Alexandri à Friderico Sylburgio recenſita & caſtigata in præclara quam adornavit Ariſtotelis editione, Francof. apud Wechel. 1585. 8. adjunctis Ariſtotelis & Caſſii problematis, de quibus dixi lib. 3. c. 6. §. 25. & 38. Teſtatur Sylburgius ſe præter editionem Venetam Camotii atque, Pariſienſem Conradi Neobarii, minore forma Jacobi Tuſſani auſpiciis A. 1541. publicatam, uſum eſſe libro amici, in quo plurimorum locorum correctiones, quædam hiantia & mutila è vetere Ita-

m) Confer quæ dixi ſupra §. 1. hujus capitis.

licæ cujusdam Bibl. Codice expleta erant & interpolata. In *Latinâ* verſione *Theodori Gazæ*, præfatio libri ſecundi, & unum hinc inde alterumque problema vel alio ordine ponitur vel omittitur, viciſſim liber ſecundus longe pluribus problematis eſt auctior, nam cum Græca editio libro priore CLII. poſteriore LXXVI. abſolvatur, in Gazæ verſione liber primus habet problemata CXLVII. ſecundus CXXX. in quibus omnia quæ poſt ſeptuageſimum ſecundum ſequuntur in Græco deſiderantur. Sæpius excuſa eſt Gazæ verſio cum problematis Ariſtotelis ab eodem translatis, ut Venetiis 1501. 1524. 1552. fol. & cum copioſo indice Baſil. apud Andream Cratandrum 1537. fol. Etiam in editionibus operum Ariſtotelis Latinis quæ Averrois commentarios junctos habent, ut Venet. 1560. 8. Tomo nono. Poſt Gazam vertit *Georgius Valla*, Placentinus cujus verſio lucem vidit Venet. 1488. 1519. fol. Librum priorem etiam *Angelus Politianus*, cujus interpretationem poſt ejus fata inventam in lucem Petrus Crinitus edidit & Johanni Franciſco Pico Mirandulano Principi dicavit, inter Politiani Opera Florent. 1497. fol. recuſa Venet. 1498. fol. & Lugd. apud Gryphium 1537. 8. &c. Hæc verſio problemata CLI. & alio ſubinde quam cæteræ editiones ordine, atq; in illis duo vel tria etiam poſterioris libri exhibet. Ab his omnibus differt *Georgii Merulæ* interpretatio, qui non in duos libros ſed in ſectiones quinque diviſit, quarum ſecundam inſcribit Medicinalium & naturalium ambiguitatum, tertiam de quadrupedibus, cæteras reliquit ἀνεπιγράφους: problemata plura etiam numero, nimirum CCCL. exhibet, adſperſis paſſim ſcholiis & teſtimoniis aliorum auctorum. Pariſ. 1520. fol. cum Petri de Apono commentariis in Ariſtotelis problemata.

12. *Libellus de febribus* ad Apollonium Medicum, ejusdem ut videtur, cujus problemata ſunt auctoris. Græce extat MS. in Bibliotheca Cæſarea, teſte Lambecio, hâc inſcriptione: Ἀλεξάνδρου Ἀφροδισιέως ἰατροῦ περὶ πυρετῶν, πρὸς Ἀπολλώνιον. Incipit: ἤτησας ἡμᾶς, Ἀσκληπιάδων ἄριστε Ἀπολλώνιε, περὶ πυρετῶν σοι ποιοῦμαι λόγους γράφῃς προθυμούμενος, ὅσον σχεδὸν παρ' ἡμῖν φοιτῶντι λόγοις γλώττης παρεδηλώσαμεν, ἵν' ὦσιν &c. Hactenus Latine tantum prodiit *Georgio Vallæ* interprete, primum quidem in volumine excuſ. Venetiis A. 1489. fol. & non usque quaque obvio, quo hæc ſcripta Veterum

rum ex Vallæ versione exhibentur: *Nicephori* Blemmidæ *Logica, Euclidis lib. 14. elementorum, Hypsiclis Anaphoricus, Nicephorus de Astrolabio, Aristarchi de magnitudinibus & distantia Solis & Lunæ. Timæus de Mundo. Cleonidæ* (hæc est quam ad Euclidem alii referunt) *Musica. Eusebius de Theologicis ambiguitatibus. Cleomedes. Athenagoras de resurrectione. Aristotelis de Cœlo, Magna Moralia, Poetica: Rhazis de peste. Galenus de inæquali distemperantia, De bono corporis habitu, de confirmatione corporis humani, de præsagitum, de præsagio, de succidaneis. Alexander Aphrodiseus de causis febrium. Psellus de victu humano.* In syntagmate quidem scriptorum veterum Græcorum, Arabum & Latinorum de febribus Venet. A. 1576 fol. quod mrior, omissus est iste Alexandri de febribus libellus, in capita undecim distributus, & naturam genera differentias & causas febrium succincte persequens: at lucem vidit etiam Genevæ sive Coloniæ Allobrogum 1612. & seperatim Basil. 1542. 8. apud Robertum Winter, atque in Symphoriani Campegii libro posteriore de claris Medicinæ scriptoribus Lugd. 1506. 8. Fallit doctissimus Tiraqvellus qui capite XXXI. de Nobilitate pag. 298. Alexandri Aphrodisei *libros de febribus* hodie habere nos affirmat *In catalogo cujusdam bibliopolii*, inquit Gesnerus, *Alexandri Aphrodisei* practica *nominatur, quod nomen ipsius libro de febribus ab imperito aliquo impositum suspicor, cum & alii quidam barbari scriptores sua scripta de febribus practicas appellent. Hoc autem Aphrodisei opus non actum curandi febres, sed earum naturæ speculationem continet.*

13. Idem præclarus Vir Conradus Gesnetus in partitionibus Rhetoricis titulo 2. Aphrodiseo tribuit Commentarium sive scholia Græca in libros tres Rhetorices Aristotelis, quæ initio mutila sine auctoris nomine prodierint Græce Paris. per Conradum Neoburium 1538. minoris folii forma. Sed longe juniorem illa & Christianum auctorem agnoscunt, ut notare me memini supra lib. III. c. 6. §. 6. Quanquam Aphrodiseum etiam in libros Aristotelis Rhetoricos scripsisse inficiari nolim, Arabicam enim commentarii Alexandri in Rhetorica versionem ab Isaaco ben Homin concinnatam memorat Herbelotus Bibl. Oriental. p. 970.

Libros duos de figuris sensus & dictionis inter scripta Aphrodisei idem Gesnerus male refert, cum sint Alexandri Rhetoris, Numenii

menii F. ut ex Julio Rufiniano pulchre obſervavit Laurentius Normannus, Upſaliæ ſuæ nuper decus. Dixi de illis infra in Rhetoribus. Alexandrum Aphrodiſeum ſcriptoribus Muſices practicæ ac ſpeculativæ accenſet Poſſevinus XV. 6. Bibl. ſelectæ, ſed nihil ejus extat hoc argumento, quod ſciam.

III. Scripta Alexandri Aphrodiſei deperdita, vel quæ inedita adhuc deliteſcere feruntur.

Ineditis præfixus Aſteriſcus.

1. *Commentarius in Ariſtotelis κατηγορίας.* Meminit Simplicius in Categ. & in 1. de Cœlo pag. 38. b. edit. Græcæ. & Alexander ipſe in Topic. VII. p. 225. atque in Elenchos Sophiſt. pag. 13. b. & 58.

2. *In librum περὶ ἑρμηνείας.* Alexander in Metaphyſ. p. 319. *in libri de enunciatione lectione ſecunda declarantur.* Mentio & p. 14. in Elenchos Sophiſt. & apud Boëthium paſſim in ſuis ad eundem Ariſtotelis librum commentariis: inter alia p. 291. *Aſpaſius quoque & Alexander ſicut in alios Ariſtotelis libros, in hunc quoque commentarios ediderunt.*

3. *In librum ſecundum Analyticorum priorum.* Alexander ipſe in Sophiſticos Elenchos p. 16. b. & clariſſime p. 20. Johannes Philoponus in 2. Analytic. prior p. 94. b. p. 108. b.

4. * *In libros Analyticorum poſteriorum.* Alexander ipſe ſub init. commentarii in Sophiſticos Elenchos: ἤδη φθάσαντες εἰπεῖν ἐν οἷς περὶ ἀποδείξεως συλλογισμῶν διελέγετο ὁ Ἀριστοτέλης, καὶ ἐν οἷς τῶν ἀποδεικτικῶν ἀπεδίδου μέθοδον. Et p. 31. b. ὡς ἐν τῇ ἀποδεικτικῇ δέδεικται. Meminit & Philoponus III. 3. contra Proclum de Mundi æternitate. Extant Græce in Bibl. Vaticana teſte Gesnero, & Arabice adhuc ſupereſſe notat Hottingerus p. 153. Analect. Hiſtorico Theolog: Etiam commentarium Alexandri in librum ſecundum poſteriorum Analyticorum una cum Euſtratio & Anonymo in eundem librum latine editum eſſe ſcribit Hendreichius in pandectis Brandenburgicis. Sed ſcribit præter rem.

Hos Alexandri commentarios (neſcio an omnes) latine vertiſſe ſe teſtatus eſt S. Hieronymus Epiſtola XXXII. ad Domnionem, cujus

cujus verba affert etiam Rufinus contra Hieronymum disputans: *Fruſtra ergo Alexandri verti commentarios, nequidquam me doctus Magiſter per εἰσαγωγὴν duxit in Logicam.* Idem Rufinus: *Sic tibi Alexandri tui commentarii profuere, ſic Porphyrii εἰσαγωγή?*

5. * *In libros Phyſicæ Acroaſeos.* Alexander in Sophiſticos Elench. p. 51. b. καὶ ὅτι ἄλλα αὐτὸς ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ ζ᾽ τῆς Φυσικῆς ἀκροάσεως εἴρηκεν, καὶ ἡμεῖς ταῦτα ἐξηγούμενοι πεθεωρήκαμεν. &. p. 56. καὶ ὃν τοῖς εἰς τὰ Φυσικὰ ἡμετέροις εἰρήκαμεν Θεωρήμασιν. Ad eadem remittit lectorem in lib. V. Metaphyſ. p. 165. & in lib. XI. p. 364. 389. & ad IV. Meteorolog. p. 123. b. ὡς ἐν τῇ Φυσικῇ ἀκροάσει ἐδείχθη. Cæterum accenſeo hos in Phyſica commentarios libris Alexandri deperditis, licet Græce illa in neſcio qua Veneta Bibliotheca ſupereſſe ſcripſit Geſnerus, Arabice Hottingerus pag. 254. Analector.

6. & 7. *In libros Ariſtotelis de anima, & Rhetoricos.* Vide ſupra in recenſione editorum Aphrodiſei ſcriptorum, num. 9. & 13.

8. * Ὑπόμνημα *in libros de generatione & corruptione.* Meminit Alexander ipſe libro 2. dubitationum & ſolutionum cap. 22. & Arabice exſtare Hottingerus loco laudato auctor eſt.

9. * *In libros de cælo.* Etiam in hos ſcripſiſſe Aphrodiſeum vel è Simplicio ſatis conſtat. Et meminit Philoponus VI. 27. adverſus Proclum.. Atque Alexander ipſe in 1. Meteorolog. p. 76. & in XII. Metaphyſ. p. 391. Sed & Arabice extare Hottingerus loco jam memorato ſcripſit.

10. Μονόβιβλον, cujus meminit Philoponus in 1. Analytic. prior. loco quem adduxi paullo ante in nota ad catalogum editorum Alexandri ſcriptorum, num. 7.

11. * *Diſputatio de virtutibus,* Ὑποδρομὴ πόθεν ἡ τῶν ἀρετῶν εὕρεσις καὶ σύνθεσις. Exſtat Lambecio teſte manu exarata Græce in Codice Cæſareo Philoſophico CCCXI. & paginas viginti duas circiter in quarto implens, incipit: ἐπεὶ ἡ εὐδαιμονία τοῖς ἀνθρώποις σκοπὸς, καὶ δεῖ πάντα περάνειν ὅπως τούτῳ κτησώμεθα ὡς τέλον τι καὶ μέγιστον τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν, ἀδύνατον ἦ &c.

12. Πρὸς Ζηνόβιον τὸν Ἐπικούρειον. *Adverſus Zenobium Epicureum.* Simplicius in Phyſica Ariſtotelis p. 113. b.

13. Περὶ δαιμόνων λόγος. *Liber de Dæmonibus.* Michaël Epheſius p. 148. in Ariſtotelem de divinatione per ſomnium: πῶς ἦ κινεῖται καὶ σχημα-

πίζεται (τὰ εἴδωλα) εἰρῆται Ἀλεξάνδρῳ ἐν τῷ περὶ δαιμόνων λόγῳ. Thomas Galeus V. C. notis ad Jamblichum de Myſteriis Ægypt. p. 204. *Si extarent quæ Poſidonius fertur conſignaſſe litteris de Dæmonibus & Heroibus, aut quæ περὶ δαιμόνων ſcripſit Alexander Aphrodiſeus, quem in eo argumento Michaël Epheſius ubi de divinitione agit, nec non Camotius collaudant, certiora de his comperiremus.*

14. *De lapidum natura & viribus.* Michael Pſellus extremo libri de lapidibus, cum laudaſſet de hoc argumento Anaxagoram, Empedoclem & Democritum, τοὺς ἄνδρας, inquit, οὐ πολὺ πρὸς ἡμῶν ἐκ τοῦ Ἀφροδισιέως Ἀλέξανδρου, ἀνθρωπου περὶ πάντων ἀκριβῶς εἰπεῖν, καὶ τὰ ἀπορρήτων τῆς φύσεως προχειροτατου.

15. *Libri Allegoriarum in confictas de Diis narrationes*, quorum ſecundus allegatur in Alexandri problemate LXXXVII. libri primi, ὥσπερ μοι, inquit, δέδεικται καὶ τὸ δεύτερον βιβλίον ἀλληγοριῶν τῶν εἰς Θεοὺς αἰσχρολογουμένων πλανῶν ἰστορικῶν. Sed incertum eſt num problemata illa Alexandrum Aphrodiſeum habeant auctorem. Ex eodem opere petita ſunt quæ de Pane Endymione & Prometheo leguntur lib. I. problemate CXXXIV. tum quæ de Baccho lib. 2. problem. LXXXIX. ex iis quæ ſola Gazæ verſio nobis ſervavit. Niſi diverſus ſit auctor, poſſint etiam ex hoc opere petita videri quæ diſputat Alexander in XII. Metaphyſ. p. 395. Aliud plane opus & alterius Alexandri eſt Θαυμασίων συναγωγή, de qua Photius Cod. CLXXXIX.

IV. INDEX SCRIPTORUM in univerſis quæ edita exſtant Aphrodiſei ſcriptis laudatorum, per otium à me concinnatus.

De anima uſus ſum editione Græca Venet. 1534. fol. In I. *Analyticor.* Latina Venet. 1542. fol. In *Elenchos Sophiſticos* Græca Venet. 1520. fol. *De fato* allego ſectiones edit. Græcolatinæ Lond. 1658 8. *De febribus* Latine Venet. 1488. fol. *De intellectu*, itidem Latine in opere ſeptiſegmentato, Bononiæ 1516. fol. In *Metaphyſica* edit. latina Pariſ. 1536. fol. In *Meteorologica* Græc. Venet. 1527. fol. *De Mixtione*, Græce ad calcem commentarii in Meteorol. *Problemata* ex edit. Græca Frid. Sylburgii, & ubi hæc deficit, Latina verſione Theodori Gazæ. *Quatuor quæſtionum libri*, Græce Venet.

Venet 1536. fol. *De ſenſu & ſenſilibus* Græce Venet. 1527. fol. *In Topica* Græce Venet. 1513.
Academici. *de anima* p. 154.
Ælius. *Meteor.* p. 118.
Ægyptii. *Meteor.* p. 79. Ægyptiorum ſapientes. id. p. 395.
Æſchylus Hippocratis Chii diſcipulus. *Meteor.* p. 78. a. b. 79.
Æſculapii donum, ars Medica laudatur *proœm. libri 2. problem.*
Æſopi fabula, de mari. *Meteor.* p. 95.
[Ἀγαθὸς nomen proprium Olympionicæ *Sophiſt. Elench.* p. 53.
Alcmæon Crotoniata. *Metaphyſ.* p. 19.
Alexander ſui ipſius meminit *Metaphyſ.* p. 227. 239. 261. 267. 273. 274. 276. 308. 362. inprimis p. 278. *Alexander gracilis, Philoſophus, albus, Aphrodiſeus.*
Anaxagoras Clazomenius. *Metaphyſ.* p. 12. 13. 14. 15. 16. 20. 21. 27. 28. 31. 41. 134. 135. 141. 144. 158. 159. 160. 235. 339. 359. 372. 373. 383. 384. 399. 400. *de mixtione* pag. 141, b. *de ſenſu* p. 105. b. *Meteor.* p. 73. 78. a. b, 79. b. 81. b. 85. b. 86. 106. b. 107. 111. b. 112. *de anima* p. 148.
In Phyſicis non contemnendus, fatum dixit inane eſſe nomen, *de fato* ſect. 2 *de anima* p. 161.
Anaximander. *Metaphyſ.* p. 20. 26. 27. 328. *Meteor.* p. 91. 93. b.
Anaximenes Mileſius. *Metaphyſ.* pag. 12. 20. 98. *Meteor.* pag. 106. b. 107. a. b.
Andronicus librum περὶ ἑρμηνείας negans Ariſtotelis eſſe refellitur 1. *Analytic.* p. 88. adde 233.
Antipatri ſyllogiſmi μονολήμματοι. *Topic.* p. 6. Antipatri diſcipulus Soſigenes. *de mixtione* p. 142.
Antiphontis ſententia de natura. *Metaphyſ.* p. 171. πεῤγωνισμὸς κύκλου ὑφὰ μηνίσκων. *Sophiſt. Elench.* p. 30. a. b.
Antiſthenes. *Topic.* p. 24. docebat ὅτι οὐκ ἔστιν ἀντιλέγειν. id. 39. 43. ubi refellitur *Metaphyſ.* p. 217. ſeq. 292.
Apollonius Medicus, cui liber inſcribitur de febribus.
Aratus *Meteor.* p. 38. 103.
Οἱ ἀρχαῖοι *Meteor.* p. 115. 84. Platonici veteres *Metaphyſ.* p. 82. Pythagorici, *de anima* p. 140. Phyſici *Metaphyſ.* p. 72. *de ſenſu* p. 106.
Archelaus. *de mixtione* p. 141. b.
Archimedes Geometra. *Topic.* p. 49.

Archy-

Archytas. Metaphyſ. p. 290.
Ariſtarchi γραμματικὴ. *Topic.* p. 39. Ariſtarchus Grammaticus, *Metaphyſ.* p. 228.
Ariſtipppus Mathematicis diſciplinis detrahens. *Metaphyſ.* p. 74.
Ariſtoteles, in libris περὶ τἀγαθῦ *Metaphyſ.* p. 25. 26. 119. 386. 350. 349.
περὶ ἀποδείξεως *Metaphyſ.* p. 242. 270.
Ἐν τῷ περὶ ἰδίᾳ λόγῳ *Topic.* pag. 246. reſpicit librum quartum Topicorum.
περὶ κινήσεως ſunt libri ultimi de Phyſica auſcultatione *de ſenſu* pag. 114. b.
Liber primus minor Metaphyſicorum Ariſtoteli non abjudicandus. *Metaphyſ.* p. 82. 55.
Liber quartus Meteorologicorum revera eſt de generatione & corruptione. *Quæſt. & ſolut.* lib. 3. c. 14.
ἐν τοῖς περὶ τῦ Νείλᾳ ἀναβάσεως. *Meteor.* p. 68. b.
ἐν τῷ περὶ παραβλημάτων. *Topic.* p. 34. reſpicit. & I. *problem.* 141. II. 47.
Libro ſecundo de opinionibus Pythagoricorum. *Metaphyſ.* p. 2. 18.
ἐν τοῖς περὶ στοιχείων, i. e. de generatione & corruptione. *de ſenſu* p. 106. b.
Liber Octavus Topicorum à quibusdam inſcribitur περὶ ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως, ab aliis περὶ πύξεως καὶ ἀποκρίσεως *Topic.* p. 249.
περὶ ὑγείας καὶ νόσε ἐι ἐγμέτρε, ὁ σώζεται. *de ſenſu* p. 94.
Ariſtotelis περὶ Φυτῶν πραγματεία ὁ Φέρε) ſed Theophraſti. *de ſenſu* pag. 109.
Hyperbaton notatur VII. *Metaphyſ.* p. 258. Obſcuritas id. p. 271. 357. &c. verba ab aliena manu inſerta id. p. 329. 393.
Solet ob veritatis confirmationem bis de iisdem rebus meminiſſe. id. p. 383. Ejus ſententia de providentia. *lib. 1. quæſt. & ſolut.* c. 25. & lib. 2. c. 21.
Ariſtoxenus Muſicus. *Topic.* p. 49.
Ἁρμονικοί, *de ſenſu* p 120. b.
Arithmetici. *problem.* II. 47. *Metaphyſ.* p. 120.
Aſpaſius. *Metaphyſ.* p. 19. 26. *de ſenſu* p. 94. b.
Aſtrologi. *de anima* p. 159. *Metaphyſ.* p 84.
Athenæus ἐν τῇ δειπνοσοφιστῇ. *Sophiſt. Elench.* p. 4. b.
Athenienſium lex, ratum eſſe debere quod judices ſtatuiſſent. *Sophiſt. Elench.* p. 55.

Atlas

Atlas Olympum sustentans. *Metaphys.* p. 210.
Boëthus. *de anima* p. 154.
Brysonis Geometræ περαγωνισμὸς κύκλε. *Sophist. Elench.* p. 25. b. 30. a. b.
Cæneus. *Elench. Sophist.* p. 29. b.
Callias Musicus & Grammaticus *Metaphys.* p. 362.
Callicles (apud Platon.) *Sophist. Elench.* p. 38. 60. b. *Topic.* p. 269. &c.
Callippus Astrologus. *Metaphys.* p. 390. 391. 392. 393.
Censorinus Academicus, *lib. 1. quæst. & solut.* c. 13.
Choerili inepta similia. *Topic.* p. 255.
Chrysippus, 1. *Analytic.* p. 98. *Topic.* p. 43. *de mixtione* p. 141. b. 142. a. b.
Clidemus (Κλείδημος) *Meteor.* p. 112. a. b.
Corax Rhetor. *Topic.* p. 61.
Coriscus Musicus. *Sophist. Elench.* p. 40. 50. 53. 56. b. *Metaphys.* p. 174. sq. 228. &c.
Cratylus Heracliti auditor. *Metaphys.* p. 144. Platonis familiaris. id. p. 22.
Cyclus Epicus. *Sophist. Elench.* p. 27. b.
Democritus. *Metaphys.* p. 16. 20. 26. 27. 141. 143. 144. 147. 172. 235. 279. 288. 372. *de mixtione* p. 141. b. *lib. 1. quæst. & solut.* c. 23. *Topic.* p. 13. *de sensu* p. 97. a. b. 98. 103. 105. b. seq. 108. b. 109. 116. b. *de anima* p. 128. *Meteor.* p. 78. a. b. 79. b. 81. b. 91. b. 95. a. b. 106. b. 107. Ex duabus atomis unam fieri posse negavit. *Metaphys.* p. 274.
Demosthenes. *Topic.* p. 84. seq.
Dialectici. *Metaphys.* p. 117.
[Dio pro quolibet homine *lib. 1. quæst. & solut.* c. 18. 1. *Analyt.* p. 98. *Topic.* p. 101. & passim. Sic Theo, Callias, Coriscus, Socrates &c. Calippus *Metaphys.* p. 264.
Diodorus (Cronus ut opinor) *de sensu* p. 116. 125. b. Ejus sententia περὶ δυνατῶν. 1. *Analyt.* p. 101.
Διόδοτος (latino interpreti Diodorus) ὁ Ἀστρολόγος ἐν τούτοις δείκνυσι τὸν καθ' ἡμᾶς. *Meteor.* p. 78. b.
Diogenes Apolloniates, *Metaphys.* p. 12. 20. *Meteor.* p. 91. 93. b. *lib. 2. quæst. & solut.* c. 23.
Empedocles. *Metaphysic.* p. 12. 13. 14. 15. 16. 20. 21. 27. 28. 30. 86. 95. 96. 97. 98. 119. 143. 144. 169. 172. 328. 372. 383. 384. 400. *Topic.* p. 179. *de sensu* p. 96. b. 97. 99. 103. 105. b. 116. b. *Meteor.* p. 91. b. 96. 111. b. 112. 131. *lib. 2. quæst. & solut.* cap. 23. ubi de magnete.
Inter Physicos sibi maxime constans. Metaphys. p. 95.

Endymion lunæ periodi primus obſervator. *Problem.* I. 134.
Epicharmi Comici in Xenophanem maledicta. *Metaphyſ.* p. 144.
Epicurus *1 Analytic.* p. 204. *Topic.* p. 9. 12. 75 *de fato* ſect 31. *de anima* p. 127. b. *de ſenſu* p. 97 *de anima* p. 154. 156. b. *de mixtione* p. 141. b. *lib. 1. quæſtion. & ſolut.* c. 13.
Epicurei. *Metaphyſ.* p. 236. Illorum ſententia de infinita rerum natura & infinitis mundis confutatur lib. 3. quæſt. & ſolut. c. 12.
Euclidis elementa 1. *Analyt.* p. 15. 149. 153. 212. *Topic.* p. 11. *Metaphyſ.* p. 86. 318.
ψεύδογραφήματα. *Sophiſt. Elench.* p. 25. b.
Eudemus 1. *Analytic.* p. 20. 68. 123. Ariſtotelis ἑταῖρος p. 68. 69. 70. 96. 228.
ἀ. περὶ λέξεως. 1. *Analytic.* p. 12. ἐν τοῖς περὶ λέξεως *Topic.* p. 38
ἐν τῷ πρώτῳ τῶν διαγραφομένων Εὐδημείων Ἀναλυτικῶν, διαγράφει ταὐτὸ καὶ Εὐδήμου ὥσπερ τῶν Ἀναλυτικῶν. *Topic.* p. 70.
Eudorus & Harmoſtus mutarunt loca quædam in Codicibus Ariſtotelis *Metaphyſ* p. 26.
Eudoxus, *Metaphyſ.* p. 85. 390. 391. 392. 393. Platonis familiaris id. p. 41. 42. bonum ſummum dixit voluptatem, quam omnes animantes appetant. *Topic.* p. 119.
Evenus Poëta. *Metaphyſ.* p. 173.
Euripides *Topic.* p. 117. ejus ἀκαιρία à Strattide Comico notata. *de ſenſu* p. 111. b.
Τῶν ἐξηγητῶν τινες 1. *Analyt.* p. 77. &c.
Galenus, *Sophiſt. Elench.* p. 8. b. *Topic.* p. 262.
Geminus (Aſtrologus) Meteor. p. 118.
Geometræ *1. Analytic.* p. 20. *Topic.* p. 260. *Metaphyſ.* p. 81. 84. &c.
Glauco Platonis frater. *Sophiſt. Elench.* p. 51.
Harmoſtus. vide ſupra in Eudoro.
Heraclitus Epheſius *Metaphyſ.* p 12. 20. 98. 370.
Ejus ſententia de ἐκπυρώσει Mundi, *Meteor.* p. 90.
Sol νέος ἐφ' ἡμέρᾳ. *Meteor.* p. 92. b
πάντα ῥεῖ καὶ οὐδὲν μένει. *Topic.* p. 39 263. *Metaphyſ.* p. 106. 122. 123. 138. 147. 158. 159. 160. 354. 355. 359. Non credidit idem ſimul eſſe & non eſſe, licet hoc affirmare videatur id. p. 112.
Πάντα ῥεῖ καὶ οὐδὲν μένει διὰ λόγου *Metaphyſ.* p. 144. 160. *Topic.* p. 43.
ἦθος ἀνθρώπῳ δαίμων h. e. φύσις. *de fato* ſect. 6, *de anima* p. 162. b.

Her-

Herminus, *l. Analytic.* p. 41. 50. *Topic.* p. 271, 274.
Hermotimus, *Metaphyſ.* p. 14. 15.
Heſiodus & Homerus antiquiſſimi Theologorum. *Metaphyſ.* p. 11, 95.
Heſiodus *Topic.* p. 33. *Metaphyſ.* p. 11, 14, 15, 27, 29, 95. 383. ἐξ οὐκ ὄντων cuncta generari 401.
περὶ θεῶν. *Meteor.* p. 91.
Hippaſus Metapontinus, *Metaphyſ.* p. 12.
Hippias Thaſius ἐν τῷ περὶ ποιητικῆς. *Sophiſt. Elench.* p. 20.
Hippo Atheus *Metaphyſ.* p. 12, 236, 370. ejus Epitaphium, id. p. 12.
Hippocrates Chius Mathematicus. *Meteor.* p. 78. a. b. 79. a. b. 81.
ejus περιγωνισμὸς κύκλου, *Sophiſt. Elench.* p. 30.
Hippocrates Medicus. *Problem. l. 19. & in Gaza verſione* II. 76. *Metaphyſ.* p. 264. *Meteor.* p. 86. b. *Topic.* p. 49.
ἐν ἀφορισμοῖς. *Problem.* II. 5. *Topic.* pag. 40.
ἐν τῇ περὶ πιθανῆς *Problem.* II. 9.
Homerus *problem.* I. 1. 26. 79. 102. II. 66. *de anima* p. 161 b. 162. b. *Meteor.* p. 87. 89. b. *Metaphyſ.* p. 144.
Antiquiſſimus Theologorum. *Metaphyſ.* p. 11. *Meteor.* p. 91. Iliados libri. *Metaphyſ.* p. 233. 210. ſeq. 242. 296.
Homeri verſus quidam. *Elench. Sophiſt.* p. 11. b. 12. a. b. 59. *Topic.* p. 118. ſeq. *de ſenſu* p. 97. *Meteor.* p. 90.
Similitudines quibus Homerus utitur laudantur *Topic.* p. 255. Ejus πίησις, κύκλῳ. *Sophiſt. Elench.* p. 27. b. Da mihi μλῶν ἄειδε θεὰ, i. e. Iliadem. id. p. 52.
Iſaacus quidam allegatur in brevi ſcripto de intellectu qui ex Arabico verſus latine fertur ſub Alexandri Aphrodiſei nomine.
Iſocratis laus Helenæ. *Elench. Sophiſt.* p. 38.
Leucippus *Metaphyſ.* p. 16, 20, 26, 27, 383. *de ſenſu* p. 97. 103. *de mixtione* p. 141. b.
Lycophron, *Topic.* p. 209, 222.
Sophiſta, *Metaphyſ.* p. 298. Lyricos & Lyram laudans. *Sophiſt. Elench.* p. 38.
Lycurgi leges. *Topic.* p. 118.
Οἱ ἀπὸ μαθημάτων. *de ſenſu* p. 97. b. *Meteor.* p. 115, 117. οἱ Μαθηματικοὶ, *Metaphyſ.* p. 83. *Meteor.* p. 115. b. *de ſenſu* p. 98. &c.
Medici. *problem.* I. 99. 138. 141. *Meteor.* p. 135. *de ſenſu* p. 113. *Metaphyſ.* p. 108, 253. &c.
Megarici, *de anima* p. 154. Zenonis Eleatæ ſequaces. *Metaphyſ.* p. 303.

Meliſſus, *Metaph.* p. 13, 19. *Sophiſt. Elench.* p. 17. ſeq. 21. b. 56, 60, 61. *Topic.* p. 61, 64, 102, 271.
Metrodorus. *Meteor.* p. 91. b.
Miccalus Muſicus, 1 *Analytic.* p. 208. *Metaph.* p. 262. &c.
Muſici. *problem* II. 47. &c.
Oraculum Laio datum, *de fato* ſect. 31.
γνῶθι σεαυτόν, *de anima* g. 123.
Orpheus Θεογονίαν ἔγραψε, *Meteor.* p. 91.
Pan vir ſapiens, qui primus Echus naturam inveſtigavit, *problem.* I. 134.
Parmenides Eleates, 1 *Analytic.* p. 204. *Metaphyſ.* p. 13. (Xenophani ſucceſſit p. 14.) 15, 19, 20, 27, 99, 118, 401. ſeq. 144. in libro quem in * ſententiam ſcripſit, id. p. 370. *Topic.* p. 39, 43, 61, 46, 271. *Sophiſt. Elench.* p. 26. b. 60. 61.
[Paſonis Statuarii Mercurius. *Metaphyſ.* p. 313.
Peripatetici. *Metaphyſ* p. 343. 369.
Phanias libro in Diodorum. *Metaphyſ.* p. 36.
Philippus (Medmæus) ἐπαίρων πλατωνικῶν, *Meteor.* p. 87.
Philonis (Academici) ſententia περὶ τοῦ δυνατοῦ, 1. *Analyt.* p. 101.
Phrynis Muſicus, *Metaphyſ.* p. 58.
Phyſici, *Meteor.* p 91. *Quæſt. & ſolut.* lib. 3. c. 10. *Metaphyſ.* p. 72, 98, 322, 328, 355, 356, 383, 401. &c. Phyſiologi, id. 235. *de ſenſu* pag. 108. b.
Pittacus σοφὸς παιδαίων, *Sophiſt. Elench.* p. 29. b. ejus lex duplicem pœnam infligens ebriis. *Quæſt. & ſolut.* lib. 4. c. 29.
Plato 1. *Analyt.* p. 196. *Metaphyſ.* p. 8, 13, 16, 26, 27, 31, 33, 49, 50, 51. 71, 73, 82, 86, 91, 98, 100, 102, 182, 189, 228, 235, 236, 238, 247, 250, 264, 293, 295, 298, 316, 317, 362, 370, 371, 381, 383, 399, 400, 401, 402. *Topic.* p. 3, 12, 75, 111, 118, 119, 153, 162, 170, 205, 253, 254, 258, 262. *Problem.* I. 87, 121. *quæſt. & ſolut.* lib. 1. c. 21. *de ſenſu* p. 95, 98, 99. (ubi ſententiam Platonis de viſu refellit) 106. b.
Pythagoricos ſecutus, *Metaphyſ.* p. 22, 24, 328.
Et Socratem, id. p. 22. Socrates junior, id. p. 267.
Ideæ ad examen revocatæ *Metaphyſ.* p. 34. ſeq. 71, 72, 82, 83, 103, ſq. *Topic.* 100, 219.
Alcibiade, *Metaphyſ.* p. 121.
Critone, *Sophiſt. Elench.* p. 55.

Epiſtolis

Epiſtolis *Metaphyſ.* p. 28.
Enthydemo, *Sophiſt. Elench.* p. 2. b. 3, 9, 10. b. 13, 46.
Euthyphrone, *Sophiſt. Elench.* p. 7. b.
Gorgia, *Topic.* p. 85, 269. *Sophiſt. Elench.* p. 6. b. 18. b. 23, 33. b. 37. a. b. 54. b. 60. b. 61. b. 62.
Hippia *Sophiſt. Elench.* p. 6. b. *Metaphyſ.* p. 218.
Menone *Topic.* p. 89.
Minoë *Elench. Sophiſt.* p. 51.
Parmenide *Metaphyſ.* p. 23. 322. *Topic.* p. 17.
Phædone *Topic.* p. 89. 168. *Meteor.* p. 94. a. b. *Metaphyſ.* p. 15. 43. *Sophiſt. Elench.* p. 42. b.
Phædro *Sophiſt. Elench.* p. 20. b. *Topic.* p. 77, 211. ubi leg. Phædone.
Philebo *Topic.* p. 153. 164.
Politia ſ. de Republica, 1. *Analytic.* p. 15, 157. *Topic.* p. 89. *Elench. Sophiſt.* p. 37. b.
Protagora *Sophiſt. Elench.* p. 2. b. 6. b. 23, 38. *Metaphyſ.* p. 147. infra. in Protagora.
III. Petrus Bælius V. C. qui vitæ Plotini à Porphyrio scriptæ compendium amœno stylo Gallico condidit, inseruitque Dictionario suo Historico, inter alia pag. 2455. D. notat Plotini Philosophiam non longe distare à Spinosismo: nec difficeor quædam ejus dogmata propius ad eum accedere videri, tamen si attentius consideraveris plurimum distant. Nam DEum concipit sibi Plotinus primam causam omnium rerum, ut luminis solem: *f*) providere omnibus rebus, adeo diversam *g*) ab illis omnibus quarum causam voluntate & ratione *h*) illum esse agnoscit, ut quicquid in his vel sensibus vel intelligendo etiam concipitur, locum tempusq; Deo inferius esse putet, adeoque ab illo removeat: at ita removeat ut tamen habere illum aliquid omni sensu & intelligentia sublimius, pulchrius, perfectiusque & amabilibus profiteatur, ad cujus contemplationem beatissimam unionemque sensu omni & intelligentia superiorem puritate mentis, hujusq; acie in ipsum demersa atque in illo acquiescente accedatur. Quod vero Ennead. VI. 4. seq. disputat *ens unum idemque existens simul esse ubique totum*, non ad Spinosæ impietatem

e) Respicit Ennead. III. librum 4. περὶ ἕ εἰληχότος ἡμᾶς δαιμονίου. Sic Heroibus suis assignat Homerus primi plerumque ordinis Deos, *Ulyssi Minervam, Achilli Thetidem, Paridi Venerem, Hectori Apollinem*, & sic de aliis quæ Henrici Dodwelli observatio est prælect. 2. Cambdenian. §. 3. ubi de Dæmonibus sive geniis non protrita.

f) Ennead. VI. lib 9. p. 761. & lib. 7. p. 709.

g) Ennead. III. lib. 2. p. 263. Ennead. VI. lib. 7. p. 733. &c. Nolo enim plura loca adscribere, quia eam quam dixi mentem Plotini esse, evolutio ejus librorum, præcipue trium postremorum Enneadis ultimæ lectorem attentum satis edocebit.

h) Ennead. VI. lib 8. p. 753. de DEO inter alia quod sit causa omnium causarum, μᾶλλον ἄρα οἷον αἰτιώτατον καὶ ἀληθέστερον αἴτιον, ὃμῶς πάσας ἔχον τὰς μεταδόσεις ἀπ' αὐτοῦ ἑστώσας νοερὰς αἰτίας, καὶ γενητικὸν τὸ ὡς ἔτυχεν ἀλλ' ὡς ἠθέλησεν αὐτός. (adde p. 711.) ἡ δὲ θέλησις οὐκ ἀλόγῳ ἦν ἀνάγκῃ τὸ εἶκῇ, καὶ ὡς ἐπῆλθεν αὐτῷ, ἀλλ' ὡς ἔδει κ. τ. λ. Neque cum hoc pugnat quod lib 7. p. 729 negat DEUM πάσχειν, aut ullam ejus esse ἕξιν, ipsum enim sufficere sibi & rebus omnibus. Nam nec Solem dixerit aliquis radios facere, quibus tamen emittendis sufficit. Eo autem Deus caussa præstantior, quod illum voluntate & ratione omnium causam esse jam fassus est Plotinus.

tem pertinet, ſed ne Deum magnitudine corporea menſuremus aut loco includamus, *i*) verum pariter perſuaſi ſimus in ipſo nos vivere eſſe ac moveri, quam ipſum adeſſe unicuique noſtrum, ut adeo in DEO unum ſimus & iterum diverſa ab eo ut à Sole radii. Similiter quod VI. 5. & IV. 9. animum unam ubique & vitam unam unamque rationem per univerſum ſparſam contendit, ſic ipſe explicat *k*) ut una ſcientia dici poteſt pluribus ineſſe: unde patet unitatem hanc originis, exempli & ſpeciei, eum multitudini & varietati individuorum opponere, vel iſtam negare certe haud voluiſſe. Neque huic adverſatur, quod moriturus Plotinus ad Euſtochium dixit ſe in eo eſſe, ut quod in ſe haberet divinum πρὸς τὸ ἐν τῷ παντὶ θεῖον adduceret, quam ejus vocem litteris aureis, vel ſi quid etiam auro reperitur pretioſus, perſcribendam affirmavit Coelius Rhodiginus XXI. 10. Antiquar. Lectionum

IV. Alii ab Ammonio præceptore arcana *l*) Chriſtianiſmi edoctum ſub ſilentii fide, & ad ſacra dogmata propius accedere Plotinum ſibi perſuaſerunt, nimis & illi in alteram partem faciles, licet S. Auguſtinus Epiſtola 56. ad Dioſcorum *m*) aliquos Plotini condiſcipulos in CHRISTI militiam tranſiiſſe ſcribit, Origenem forte in animo habens, & Adamantium adeo cum Plotini συμφοιτητὴ confundens: & Theodoritus lib. VI. Therapevt. p. 96. tradit ὡς ὁ μόνον τὰ τῶν Ἑβραίων &c. *quod non modo Hebræorum, ut Plato, ſed piſcatorum quoque* (Petri & aliorum Apoſtolorum) καὶ τὰ τῶ σκυτοτόμου & *Pauli perdoctus dogmata, ab iis didicerit, ex Mente verboque quod ex Mente gignitur & emanat, omnia conſtare & digeſta, congruentemque harmoniam conſecuta eſſe.* Nam Ammonium Plotini præceptorem à Chriſtiano ſcriptore hujus nominis diſtinguendum, & cum Plotinum inſtituere ret alieniſſimum jam à CHRISTI ſacris fuiſſe, Porphyrius diſerte docet, & infra pluribus argumentis à me confirmabitur. Quæ de Trinitate

i) Hinc p. 750. ait Deum eſſe πανταχοῦ καὶ οὐ ἀδαμοῦ. Conſer quæ Carteſii ſectatores diſputant de nullibitate (ſit verbo venia) ſpiritum.

k) pag 480. ſeq.

l) Holſten. de vita Porphyrii c. 6. Labbeus de S.E. T. 1. p. 18. Baron ad A.C. 234.

m) T. 2. p. 269. *Tunc Plotini Schola Romæ floruit, habuitque condiſcipulos multos acutiſſimos & ſilentiſſimos viros. Sed aliqui eorum Magicarum artium curioſitate depravati ſunt, aliqui Dominum JESUM CHRISTUM ipſum veritatis atque ſapientiæ incommutabilis quam conabantur attingere, cognoſcentes geſtare perſonam, in ejus militiam tranſierunt.*

nitate divina à Plotino & aliis Platonicis agnita jactantur, à sacris literis & Catholicæ Ecclesiæ Christianæ scitis longissime distant. Nam Platonis & Plotini sacra Triga nihil aliud est quam sub *DEO* summo *mens* sive mundus intelligibilis, & *anima* sive spiritus mundi hujus aspectabilis, unde Plotinum tritheismi arguit Rev. Johannes Henricus Feustkingius disp. singulari de tribus hypostasibus Plotini edita Witebergæ 1694. & B. Albertus Christianus Rothius in exercitatione de Trinitate Platonica Lipsi 1693. Certe gravi de causa Cardinalis Bessarion lib. 2. in Calumniatorem Platonis c. 4. monet ne quis sive Platonem sive Aristotelem ideo laudandum censeat, quod Trinitatem divinam aut coluerint aut scripserint. Uterque enim veræ opinionis exors fuit, & nostræ pietatis ignarus. Confer eundem lib. 3. c. 15----19.

V. Gravis est censura sive criminatio Petri Petiti viri doctissimi, qui lib. 1. de Sibylla c. 6. p. 23. Plotinum refert inter eos quos vocat lapientiæ Antistites, *qui modo aliquid quod ad propositum alludat dicant, parum id verum an falsum sit curant.* Sane serium veritatis studium ubique præ se fert Plotinus, sed abstrusissima quæque sectantem se à rerum sublimitate vinci quandoque, ipse non obscure passim innuit, & quod verbis æquari magnitudo rerum divinarum non possit neque cogitatione humana satis attingi, diserte præ se fert ac profitetur. Est etiam ubi Platonicis dogmatis innutritum abripit vel superstructa illis subtilior meditatio, vel imaginationis fœcunditas speciosam phantasmatum nubem obducit veritati.

Aliud in Plotino reprehendit Julius Firmicus Maternus, quod in eo laudandum potius multis videbitur: vitio enim vertit illi quod Astrologorum divinationibus non nimium tribuerit. Neque tamen hoc temere fecit Plotinus, sed cum plurimum studii illi disciplinæ impendisset, & vanitatem ejus agnovisset, ut à Porphyrio observatum in ejus vita c. 14. Firmici tamen locum integrum adscribam, quia præter insigne de Plotino testimonium, etiam alia de ejus morbo & extrema vitæ parte continent, quibus Porphyrii narratio illustratur. Ita vero ille libro primo sive proœmio Matheseos pag. VI. *Ad te nunc, singularem virum, Plotine, veniemus, ut allegationes nostras recentium exemplorum patrociniis muniamus. Quas ille Philosophiæ non attigit partes, cum doctrina ejus vitæ sequeretur insignia, cum id quod docebat non alieno sed proprio virtutis ostenderetur exemplo, cujus ex*

ore

*ore tanquam ex adyto quodam divinæ sententiæ proferebantur. Fuit namque ille vir ad omnia virtutis ornamenta compositus, & omni divinarum dispositionum studio firmatus: Justus, fortis, providus, temperatus, m) & qui se crederet fortunæ impetus providentiæ posse ratione superare. Primum itaque locum sibi quietæ sedis elegit, ut ab omni humanæ conversationis strepitu separatus, fortunæ se liberaret invidiæ, solis divinæ institutionis vacaturus insignibus: ut contra fortunæ omnes minas integro se & incorrupto præsidio virtutis armaret. Ista itaque confidentia mentis erectus, etiam corporis sui n) curam tuitionemque suscepit, ut nihil vacuum ac nudum relinqueret, ubi se posset licentia fortunæ sævientis exercere, in salubri se ac pura regionis parte constituit. Nam ad collocandam sedem amœnum sibi Campaniæ * civitatis solum elegisse narratur, ubi semper aëris quietæ moderatio cunctos incolas salubri vegetatione sustentat, ubi nec vis hyemis nec flagrantis solis accessio, sed composita temperies ex utroque moderatur, ubi ægritudine aliqua laborantibus hominibus ingentium fontium calore, & fervescentium aquarum salutari fomento conciliata sanitas irrigatur. Illic constitutus, honorum primo contemsit insignia, illos veros honores putans, quoscunque illi divinum prudentiæ magisterium contulisset. Nulla illum divitiarum desideria ceperant, sed has putabat esse divitias, quibus animus ornatus auctorem posset propriæ originis invenire. Hicce in quadam parte orationis suæ p) (sicut mihi videtur, improvidus & incautus) vim fatalis necessitatis aggreditur, & homines fortunæ decreta metuentes severa orationis obiurgatione castigat, nihil potestati stellarum tribuens, nihil fatorum necessitatibus reservans, sed totum dicens in nostra positum esse potestate. Longum est enarrare quid de rebus singulis senserit, qua se ratione fatali sorti subtraxerit, qua vim istam, id est stellarum, atque fati, sententiarum argumentatione turbaverit. Sed hæc adhuc integer incolumisque narrabat. Nunquam ille ad Socratis finem, Platonisve exitum contorsit oculos vel mentem, utique sicuti su-*

V *spicari*

m) Laudat Firmicus Plotinum à quaternario virtutum numero, ut Ammianus Marcellinus XXV. 4. Julianum Imp. M. Antoninum Aristides T. 1. Oratione 10. Trajanum Dio Chrysostomus diss. 3. de regno p. 37. seq. Pythagoram Jamblichus in ejus vita c. 29 ---32. Marinus Proclum &c. Deum Amorem Agatho apud Platonem in Convivio p. 325. edit. Ficini.

n) Corporis sui adeo nullam alioqui curam gessit Plotinus ut illius etiam eum puderet, quamobrem ne εἴδωλον εἰδώλου existaret, nec pingi se nec fingi voluit, ut narrat Porphyrius cap. 1. vitæ, cujus exemplo Æneas etiam Gazæus Epist. 12. ἐμοὶ δὲ ἦν δεδογμένον μηκέτι τῷ εἰδώλῳ τὸ εἴδωλον ἐγκαταγράφειν.

* Confer Porphyrium in Plotini vita c. 2 & 7.

p) Ennead. 2 lib. 3. & alibi, ut dixi supra ad Porphyrii c. 15.

ſpicari datur, multa illorum mentibus, multa vitiis adſcribens. Ecce ſe illi in iſta confidentiæ animoſitate ſecuro, tota fatorum poteſtas impoſuit, q) *& primum membra ejus frigido ſanguinis torpore riguerunt, & oculorum acies ſplendorem paulatim extenuata luminis perdidit, poſtea per totam ejus cutem malignis humoribus nutrita peſtis erupit, ut putre corpus deficientibus membris, corrupti ſanguinis morte tabeſceret, per omnes dies ac per omnes horas ſerpente morbo, minutæ partes viſcerum defluebant, & quicquid paulo ante integrum videras, ſtatim confecti corporis exulceratio deformabat, ſic corrupta ac diſſipata facie, tota ab illo figura corporis recedebat, & in mortuo, ut ita dicam, corpore ſolus ſuperſtes retinebatur animus, ut iſta gravis morbi continuatione confectus & tormentis proprius coactus, ac veræ rationis auctoritate convictus vim fati poteſtatemque ſentiret, & ut confecti corporis laceratione quaſſatus ſententiam fortunæ pronunciantis exciperet. Quid nunc de hujus famoſa dicemus morte, cur cum non potuere virtutes, id eſt prudentia, temperantia, fortitudo, juſtitia ab iſtis fortunæ animadverſionibus liberare? Senſit itaque iſte etiam vim fati & excepit finem, quem illi ſtellarum ignita judicia decreverant: & iſtius valetudinis acerbitate confectus proprio exemplo, non ſermonis licentia, cunctos homines docuit, vim poteſtamque fatorum nulla poſſe ratione contemni.*

VI. Opera Plotini præter *Porphyrium*, ex cujus emendatione & recenſione illa ad nos pervenerunt, digeſſerat etiam *Euſtochius* Alexandrinus, Medicus, Plotini diſcipulus, Porphyrio in Plotini vita c. 2. & 7. memoratus, cujus ἔκδοσιν aliquando diverſam fuiſſe à Porphyriana in diſtinctione librorum, docemur Ennead. IV. lib. 4. p. 413. ubi hæc verba annotata reperies: ἕως τότε ἐν τῇ Εὐτοκίῳ τὸ δίπτυχον ᾠδὴ ψυχῆς, καὶ ἤρχετο τὸ τρίτον. Ἐν ᾧ τῇ Πορφυρίῳ παυάμενον τὰ ἑξῆς τῷ ὁδίτῃ. *Proclum* quoque commentariis illuſtraſſe Plotini Enneades, teſtatur Anonymus ſcholii auctor, quod Jamblichi libro de Myſteriis Ægyptiorum in Codd. MSS præfixum invenerunt Viri docti. Ἰστέον ὅτι ὁ φιλόσοφος Πρόκλος ὑπομνηματίζων τὰς ἁπλᾶς μεγάλας Πλωτίνου Ἐννεάδας, λέγει ὅτι ὁ αἰτιολογώτατος εἰς τὸν Τίμαιον ὁ Πορφύριος Ἐπι-

q) De ægrotatione Plotini, Porphyrius c. 2. Morbo ſacro laboraſſe ferunt: neſcio quo auctore Suidas in Πλωτῖνος. Fugit autem Firmicum latus quod fato tribuit & aſtris, quæ non poteſt negare ex aliis cauſis accidere homini poſſe. Et Ptolemæus ipſe Aſtrologorum princeps fatetur genituræ ſpeciali ſingulorum hominum prævalere mala epidemica, (τὰ διὰ καθολικωτέρας περιοχὰς τοῖς ἀνθρώποις συμβαίνοντα κατὰ μεγάλας καὶ δυσφυλάκτους τὰ περιέχοντα τροπὰς ἐκ πυρώσεων ἢ λοιμῶν, ἢ καταλυσμῶν lib. 1. Tetrabibl. c. 3.) quale tunc fuit peſtilentiæ quæ Plotinum corrupit.

τῶν τοιούτων, ὁ γραφεὺς δὴ Ἰαμβλίχου. *Horum Commentariorum*, inquit præstantissimus Galeus, *quæ in Plotinum scripsit Proclus, præter Anonymum hunc qui meminerit, vix reperio. Nisi forte ea intelligat Damascius quodam loco* περὶ ἀρχῶν. *Nam Ficinus aliique post eum*, (ut Lilius Gyraldus dialogo 2. de Hist. Poëtar. Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 286. & Bullialdus ad Theonem p. 224.) *Anonymum sequuntur*. Fallitur tamen Colomesius, qui in notis ad Gyraldum p. 77. pro Plotino Platonem legere jubet, siquidem non Plotinum tantum sed Plotini etiam Enneades diserte Anonymus memorat. *Utinam* vero, inquit Ficinus, *in mysteriis Plotini interpretandis adminiculum Porphyrii aut Eustochii aut Procli qui Plotini libros disposuerunt atque exposuerunt, nobis adesset*. Nam Porphyrius quoque non modo digessit libros Plotini in Enneades, & ita ut hodie extant emendavit Plotino rogante, (vide vitam ejus c. 7.) sed etiam ipse cap. ultimo vitæ innuit se argumenta & capitum consignationes obscurisque locis commentaria illustrandi causa addidisse in gratiam amicorum. Meminit & cap. 20. Amelium Plotini præceptoris sui monumenta ex ejus autographis exscripta habuisse, & cum Longino communicasse.

VII. Cum Plotinus Ennead. VI. lib. 1. doctrinam Aristotelis de prædicamentis examini suo subjecisset, hæc enim est Simplicio in Categor. p. 4. b. memorata Πλωτίνου περὶ τῶν κατηγοριῶν αἰτιολογία, dubitationibus ejus & objectionibus occurrit *Dexippus* libris tribus quæstionum in prædicamenta Aristotelis, libro maxime secundo & (cujus major pars videntur intercidisse) tertio. Constat ex eodem Simplicio p. 1. Dexippum hunc * Jamblichi fuisse discipulum, adeoque juniorem Dexippo Herennio, Athenienſi, cujus χρονικὴν ἱστορίαν continuavit teste Photio cod. 77. Eunapius, qui eum in Porphyrii vita testatur vixisse temporibus Galieni, Flavii, Claudii, Taciti, Aureliani & Probi. Idem docet Suidas: neque exscribere placet quæ de isthoc Dexippo Historico erudite Vossius in Hist. Græcis & Meursius in Bibl. Attica, atque H. Valesius ad Evagrii librum quintum extremum, & ad excerpta è Dexippo quæ de legationibus inter historiæ Byzantinæ scriptores extant. Recte autem Jonsius p. 299. reprehendit Vossium, quod Tzetzam secutus, Dexippum qui in Categorias scripsit, cum eo qui Scythica & Chronicorum libros

V 2

* Verba Simplicii sunt: Καὶ Δέξιππος δὲ ὁ Ἰαμβλίχου, καὶ αὐτὸς μὲν τὸ τοῦ Ἀριστοτέλους βιβλίον σαφῶς ἐξηγήσατο, περιττομένως δὲ τὰς Πλωτίνου ἀπορίας ὡς ἐν διαλόγῳ παρεπεμψάμενος αὐτῷ διαλύειν προτίθεται. Tzetzes Chil. IX. v. 498. Δέξιππος Φιλοσόφου μύστης ὢν Ἰαμβλίχου.

bros, eundem putat, à quo certe non minus quàm à Dexippo Coo Medico, discipulo Hippocratis oportet distingui. Neque Francisco Patricio assentior, qui verba Simplicii ita intellexit, ut Dexippum Philosophum Jamblichi filium esse putaret, discuss. Peripatet. p. 140. Dexippi libri tres quæstionum in Categorias, dialogi more conscripti sunt, quærente *Seleuco* discipulo, & Dexippo Magistro respondente. Prodierunt latine tantum hactenus, *Joanne Bernardo Feliciano* interprete, Venet. apud Hieron. Scotum 1546. 1566. fol. ad calcem Porphyrii in Prædicamenta, & Parisiis apud Vascosanum 1549. 8. Græce illos ex Italiæ vel Galliæ ubi delitescunt Bibliothecis nemo adhuc protulit.

VIII. Indiculus Scriptorum in Dexippi libris tribus ad Categorias allegatorum.

Alexander in Categorias lib. I. c. 2. Peripateticus II. 12.
Andronicus I. 17.
Archytas I. 6. Pythagoricus. III. 1.
Aristoteles undecimo Metaphys. II. 3. 12.
Boëthus I. 17. Peripateticus II. 12.
Hesiodus I. præf. & III. præf.
Homerus I. præf.
Jamblichus in Categorias I. Præf.
Pindarus III. præf.
Plotinus Platonicus Philosophus I. Præf. & lib. secundo singulis capitibus, & III. 1. 2. 4. 5. 7.
Porphyrius in Categorias I. Præf. & c. 2.
Pythagorici 1. 6. 7. III. 1. (Veteres I. 19. 21. II. 21.)
Sosigenes Peripateticus I. 3.
Stoici, I. 19. 21. 24. 35. II. 22.

Scripsit etiam adversus Plotini dogmata de Animæ προϋπάρξει & transmigratione Anonymus quidam Græcus, qui in Cæsarea Bibl. superest MS. ut dixi supra ad Plotini vitam c. 24. nota, r.

IX.

IX. Editiones Plotini Operum.

GræcoLatina unica hactenus prodiit cum versione & argumentis atque Analysi *Marsilii Ficini*. Basil. 1580 fol. ad Perneam Lecythum, hoc est ex officina Petri Pernæ, qui codicem Græcum utendum accepit à Joh. Sambuco. Is Codex hodie extat in Bibl. Cæsarea, teste Lambecio VII. p. 21. ubi memorat in eodem MS. duas insuper extare dissertationes extraordinarias Porphyrio non memoratas, * nec tamen Plotino indignas. Una inscribitur: Πλωτίνου περὶ ἓ πῶς ὁρᾷ ἡ ψυχὴ ἀλήθεσις εἰς τὸ περίγειον κόσμον. Incipit: ἐπειδὴ πεπίσθημεν ὡς διὰ τῶν ἄστρων πολλὰ πλεῖται. Altera: Πλωτίνου περὶ τοῦ πρώτης ἀρχῆς τῶν πάντων, ἤτοι περὶ ἓνός. Incipit: Ἐπειδήπερ δεῖ εἶναι τι ἐπέκεινα τοῦ νοός &c. adde p. 36. seq. ubi Lambecius meminit alterius Codicis operum Plotinianorum mutili in eadem Bibliotheca obvii, quem Perna non vidit. Nonnullis exemplis Basileensis editionis novus titulus præfixus præfert Annum 1615. impensis Ludovici Regis.

Latine ex versione Ficini, qui post Platonem etiam Plotinum in Cosmi Medicis gratiam transtulit una cum ejus commentariis sive argumentis lucem viderunt Plotini Enneades, Saligniaci Anno 1540. fol. apud Jo. Soterem, & Basil. apud Petrum Pernam 1559. fol. Argumenta sive Commentarii Ficini extant etiam in Tomo secundo operum Marsilii, plus simplici vice excusorum.

X. INDICULUS Scriptorum & Virorum Illustrium à Plotino memoratorum, concinnatus à me

Ad paginas editionis GræcoLatinæ.

Ægyptiorum sapientes & Hieroglyphica. p. 547.
Anaxagoras 162. 450.

* Etiam quæ ex libro secundo Plotini περὶ ἀθανασίας τῆς ψυχῆς profert Eusebius XV. 10. præparat. in Plotini novenariis editis non exstant, ut jam supra monui.

Aristoteles, p.97. 174. 490. entelechia. 361. (& apud Euseb. XV. 10 præparat.) doctrina de decem prædicamentis. 566. sq.
[Διενύσω κάτοπτρον. 381.
Empedocles. 162. 468. 469. 473. 490.
Epicurus 213. perstringitur & suppresso nomine 230. 457. sq.
Fabula Ulyssis. 57. de Helena, Paride & Idomeneo. 272. Thersite. 257. Πειραμικῷ Τύχαι. 32. de Prometheo & Epimetheo. 383. de Penia & Poro. (ex Platonis Convivio p. 328.) 317. 290. seq. de Hercule apud inferos reminiscente. 392. 396. de Saturno ligato. 554. de αἰαβάσεσι animarum ex spelæo. 203. τὰ μυστήρια καὶ οἱ μῦθοι περὶ θεῶν αἰνίττονται. 489.
ὁ γεωμέτρης. (Euclides) 481.
Heraclitus. 97. 468. 473. 490.
Hippocrates. 738.
Homerus (ὁ ποιητής) 7. 527.
Lex, σώζεσθαι ἐκ πολέμων φησὶ δεῖν ὁ νόμος αἱρεθέντας ἀλλ' οὐκ ἑκουσίους. 261.
[Lynceus. 545.
Magi. δυνάμεις Μάγων 382. 479. & γοητεία 434. seq. ἡ θεωρία ἀγιωτάτου. 438.
Minos ἐαρινὸς Διός. 763. seq.
Mysteria, οἱ πάλαι σοφοὶ ἐν πλεπαῖς, 321. 380. 547.
Oraculum, θεοῦ προσκέλευσμα αὐτοῦ γνώσεται 371, 733. αἰνα πόρας ὁ θεῖος νόμος. 389. Θεία φήμη Ἀδράστεια, 262.
Parmenides 489. seq. & nomine dissimulato, 648.
[Phalaridis taurus. 37.
Pherecydes, 491.
[Phidiæ. Jupiter. 542.
Τινὲς τῶν ἀρχαίων καὶ μακαρίων Φιλοσόφων. 325.
Plato. 6. 21. 38. 97. 99. 100. 101. 102. 109. 145. 164. 203. 204. 215. 292. 296. 313. 329. 338. 357. 364. 372. 414. 473. 489. 491. 546. 594. 595. 614. 616. 674. 698. 717. 729. 753. & omisso nomine 7. 8. 74. 75. 76. 77. 144. 259. 283. 284. 285. 287. 315. 337. 347. 356. 385. 417. 470. 615. 688. 690. 708. 721. 727. 732. 739. ὁ θεῖος Πλάτων πολλὰ πολλαχῆ περὶ ἔρωτος γράψας 291. πολλάκις καὶ καλὰ περὶ ψυχῆς εἶπε 469. οἱ πάλαι περὶ ψυχῆς ἄριστα Φιλοσοφήσαντες 658. Μῦθος Platonicus de Penia & Poro 295. seq. 317. Plato ἐν Θεαιτήτῳ 491.

491. Ἐν Φαίδρῳ. 298. Φαίδωνι. 491. Φιλήβῳ. 298. 376. 717. συμποσίῳ. 293. 295. Τιμαίῳ. 142. 203. 285. 376. 469. Respicitur & Timæus Platonis 77. 285. 286. 326. 330. 337. 356. 361. 376. 491. 562.

Poëtæ verba. 7. 438. 483. 527.

Τοῖς σοφοῖς τ' ἄρρητων αἰνίττεται. 770. Ὑπὸ θεοῦ καταχεθείς, φοιβόληπτος ἢ ὑπό τινος Μούσης. 552. Θείᾳ φήμῃ καὶ φύσει ἐπομανθάνοντες. 419.

Pythagoras 468. 491.

Pythagorici 491. 525. 674. Ex aureis carminibus locus 465.

Contra Stoicos τί genus entis ponentes, & sub eo quatuor classes rerum statuentes. 588. seq.

Theologi 291. 298.

Timæus. 100.

XI. Plotini præceptor à Porphyrio in vita ipsius, Ammiano Marcellino XXII. 16. & aliis dicitur AMMONIUS, Alexandrinus cognomento *Saccas*, *a*) (Σακκᾶς) quod prius fuisset *saccarius* (σακκοφόρος) ut notat Suidas in Πλωτῖνος, sive saccis frumenta transportando, antea victum quæsivisset, donec eis relictis ad Philosophiam accessit, ut scribit Theodoritus VI. Therapevt. p. 96. Ad hunc plura referre solent viri docti, quæ ad alios Ammonios pertinere mihi persuadeo. Ex Porphyrio quidem & Longino, qui res ejus ignorare non potuerunt, hactenus de Ammonio isto Plotini Magistro nobis constat, quod Christianis natus parentibus, simulac adolevit, ad Ethnicos accessit, *b*) constanterque apud eos mansit. Deinde quod alios Philosophos longe cum vinceret ingenio ac doctrina, Platonicam *c*) Philosophiam docuit Alexandriæ, multosque habuit discipulos, in his *Origenem* utrumque, Adamantium nempe illum qui ex Ethnicis natus, *d*) Christianæ deinde Ecclesiæ tantum nomen evasit,

a) Vales. ad Ammian p. 344. Burmann. ad Petron. p. 234. Jac. Gothofredus ad God. Theodos. XIV 22. de saccariis portus Romæ T. V. p. 261. Kusterus ad Suidam in Ἀμμώνιος. Aliud nomen Σάκκας pro Barbaro, Thrace vel Scytha usurpatum, quod cum Sacca male confundit Colomesius, quem si placet vide p. 163. ad Gyraldi dialogos de poëtis.

b) Porphyrius apud Euseb VI. 19. Hist. Ἀμμώνιος μὲν γὰρ χριστιανὸς ἐν χριστιανοῖς ἀνατραφεὶς τοῖς γονεῦσιν, ὅτε δὲ φρονεῖν καὶ τὰ φιλοσοφίας ἤψατο, εὐθὺς πρὸς τὴν κατὰ νόμους πολιτείαν μετεβάλετο. Suid. in Ἀμμώνιος.

c) Longinus apud Porphyr. vita Plotini c. 20. fol. 4.

d) Porphyr. apud Euseb. loco laudato.

evaſit, tum juniorem alterum *e*) qui nihil quicquam ſcripſit præter librum quo expoſuit Magiſtri ſui ſententiam de Dæmonibus, & aliud ſcriptum ad Imperatorem Galienum. Præterea *Longinum*, * *Herennium*, *Olympium* Alexandrinum *f*) *Antonium*, atque inprimis *Plotinum* qui ei adhæſit ab Anno ætatis ſuæ duodetrigeſimo inchoato usque ad finem duodequadrageſimi hoc eſt annum CHRISTI 241, Gordiani Imp. 6. *g*) morte tunc fortaſſis extincto & plusquam ** octogenario. Nihil porro ſcripſit Ammonius iſte, *h*) ſed ſatis ipſi fuit Auditores ſuos viva voce inſtituere, inter quos ipſos etiam initio convenerat dogmata ab Ammonio accepta habere ἐν ἀπορρήτοις, & cum familiaribus quidem communicare, neutiquam vero in vulgus edere: *i*) at Herennius primus promiſſo non ſtetit, inde Origenes librum vulgavit de Dæmonibus, ac denique Plotinus plurima ſcriptis expoſuit. Igitur quod S. Gregorius Nyſſenus de anima T. 2. p. 91. & 109. ſive potius Nemeſius *k*) libro de homine cap. 2. p. 41. & 94. edit. Oxon. Ammonii placita de animæ natura & conjunctione profert, non ex ſcripto ipſius ſed ex ejus diſcipulorum aliquo hauſiſſe exiſtimandus eſt, neque ſcriptum ullum Ammonii laudat, Plotini tamen Magiſtrum utroque loco appellat, non etiam Numenii, ut Johannes Cono *l*) Nyſſeni interpres male accepit

e) Vita Plotini c. 3. nunc enim Origenem ab altero diſtinguendum eſſe argumentis clariſſimis evicerunt Valeſius ad Euſeb. p. 120 Huetius in Origenianis lib. 1 c. 1. ſect. 7. Pearſon Vindic. Ignatii II. pag. 10. Tillemontius Memor. Hiſt. Eccleſ. T. 3. part c 2. p. 86.

* Longinus ipſe loco laudato.

f) De Olympio vide Vitam Plotini c 10. de Antonio Proclum p. 187. lib. 3. ad Timæum Platonis.

g) Vita Plotini c. 3.

** Jonſius III. 13. p. 282.

h) Longinus loco laudato, ubi Ammonium primum memorat inter Platonicos Philoſophos ſuæ ætatis, qui nihil ſcripſerunt.

i) Vita Plotini c 3

k) Multi jam notarunt libellum de anima inter Greg. Nyſſeni Opera T. 2. Græce & Lat. editum nihil aliud eſſe quam caput ſecundum & tertium e libro Nemeſii Emeſeni de homine. Et jam pridem totum illum Nemeſii librum plus ſimplici vice editum & latine verſum à Johanne Cononе Norimontano conflat ſub falſo titulo librorum octo Greg. Nyſſeni Philoſophiæ de homine.

l) Ante Cononem Gotfridus Viterbienſis in Chron. *Contra omnes animam corpus eſſe dicentes ſufficiant quæ ab Hammonio Magiſtro Plotini & Numenii* (recte Jonſius p. 265 legit Numenii, ſed locus unde hæc hauſerat Viterbienſis, cum fugit) *Pythagorici dicta ſunt.*

cepit verba: τὰ περὶ Ἀμμωνίου τοῦ διδασκάλου Πλωτίνου, καὶ Νουμηνίου τοῦ Πυθαγορείου ἐιρημένα. Rectius enim Nemesii interpres: *quæ ab Ammonio doctore Plotini & Numenio Pythagoreo disputata sunt*, Numenius enim Ammonio ipso fuit antiquior, & ad Antoninorum tempora à Jonsio III 10. non absurde refertur. Quod autem Hierocles lib. de providentia (apud Photium Cod. CCXIV. p. 283. & Cod. CCLI. p. 570.) Ammonii hujus, quem θεοδίδακτον appellat, sapientia ait primum Philosophorum illustrium, Platonis maxime & Aristotelis sententias, quæ inter se dissidere hactenus videbantur, purgatas & in concordiam revocatas fuisse, hoc etiam ex ejus disciplina tenuit Plotinus, licet unum alterumve Aristotelis dogma impugnat, nam ut de illo Porphyrius in ejus vita c. 14. in ejus scriptis notat, observes Stoicorum, Peripatericorumque dogmata, præsertim vero frequentes ex Metaphysicis Aristotelis sententias. Et Porphyrius Plotini discipulus inter alia septem libros teste Suida scripserat, quibus probavit unam sectam esse Platonis atque Aristotelis. Apud eundem Photium p. 285. Hierocles hunc Ammonium Alexandrinum vocat, laudatque γνωρίμους ejus σοφωτάτους Plotinum & Origenem, ne putes eum loqui de Ammonio antiquiore, Plutarchi Magistro, quem inter Eclecticos Philosophos à doctissimo Vossio c. 21. de sectis Philosophor. §. 6. poni, nostrô omissô, miror.

Ex his quæ de Ammonio Sacca dicta jam à me sunt, non obscure apparere puto, illum diversum esse ab Ammonio Christiano Sæculi III. Scriptore, & ab Ammonio Peripatetico, de quo Philostratus: tum ab Ammonio Hermeæ F. & ab aliis hujus nominis, quos deinceps ordine temporis servato strictim recensebo, cum prius de Ammonio Hermeæ, licet multo juniore dixero, quoniam scripta ejus quædam ad nos pervenerunt.

XII. AMMONIUS Hermeæ F. & Syriani propinquus Alexandriæ docuit, ipse antea Athenis una cum Heliodoro fratre suo discipulus *Procli*, a) defuncti A. C. 484. præceptor vero *Simplicii*, *Asclepii* Tralliani, *Johannis* Philoponi Grammatici Alexandrini & *Dama-*

X

a) Ammonius ipse in limine commentarii ad librum περὶ ἑρμηνείας· ἀπομνημονεύσαντες τῶν ἐξηγήσεων τοῦ θείου ἡμῶν διδασκάλου Πρόκλου, τοῦ Πλατωνικοῦ διαδόχου.

Damaſcii b) qui eum non parum cæteris ſuæ ætatis Philoſophis præſtitiſſe ſcripſit, ac præcipue Mathematicarum diſciplinarum peritia enituiſſe, cujus rei paſſim veſtigia in ejus quæ ſuperſunt commentariis *c)* occurrunt. Qualem oporteat eſſe eum qui Ariſtotelis libros interpretari velit, ipſe deſcribit his verbis Commentario in Categorias p. 5. Ὁ γὰρ τούτων ἐξηγούμενος ὀφείλει μήτε καθ' ὑπόνοιαν ἐπιχειρεῖν τὰ κακῶς λεγόμενα σωίζειν, καὶ ὡς ἀπὸ τρίποδος τοῦτα δέχεσθαι, μηδὲ τὰ καλὰ κακοτρόπως δέχεσθαι καὶ ἀπέχθειαν, ἀλλὰ κριτὴς ἀπαράδεκτος τῶν λεγομένων ὑπάρχειν, καὶ πρῶτα μὲν τὴν διάνοιαν τοῦ φιλοσόφου καὶ ἑρμηνεύειν τὰ αὐτῷ δοκοῦντα, ἔπειτα τὴν περὶ ἑαυτὸν ἀποφέρειν κρίσιν. *Qui explicare Ariſtotelis libros velit, eum decet neque benevolentia adductum dare operam ut falſas ſententias defendat, neque eas perinde accipere ac ſi ab Apollinis tripode manarent: neque ut quæ vere ac recte dicta ſunt pro perverſis per odium capiat, ſed incorruptum eſſe eorum quæ dicuntur judicem, ac primum quidem auctoris debet explicare ſententiam, & quæ illi probantur interpretari, deinde de eisdem ferre judicium.* Non contemnendum monitum, omnibus qui veteres ſcriptores interpretantur diligenter obſervandum. Neque vero Ariſtoteli adeo ἀπροῖξ Ammonius iſte adhæſit, ut non Platonem in plurimis etiam probaverit (exemplo antiquioris AmmoniiSaccæ & ex ejus Schola profectorum Philoſophorum, Plotini, Porphyrii, Jamblichi & ipſius Procli) atque dogmata utriusque inter ſe conciliare *d)* fuerit conatus, unde ὁ τοῦ Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους δοξασμάτων ἐξηγητὴς ὁ τὰς Ἀθηναίας μὲν καταλιπών, ἥκων δὲ ὧδε ἐς Πρόκλου, dicitur Zachariæ Scholaſtico ſub init. dialogi quo Ammonii hujus, Ethnici videlicet Philoſophi placitum de æternitate mundi oppugnat. Nihil tamen ex ejus ſcriptis quibus Platonem ex inſtituto illuſtravit, pervenit ad nos, & ex illis quoque quæ Ariſtotelicis operibus illuſtrandis impendit, plurima perierunt, ut quæ in πραγματείαν Stagiritæ de Ethicis virtutibus, memorat idem Zacharias p. 107. Quæ autem ipſius monumenta in lucem edita exſtant (ne de his quæ ex ore ejus excerpta in variis Johannis Philoponi editis

b) Photius Cod. CLXXXI. p. 213. de Damaſcio: Τῆς δὲ φιλοσόφου θεωρίας ὅτε ζηνόδοτος αὐτῷ καθηγεμὼν Ἀθήνησι καὶ αὐτὸς ἐγεγόνει (διάδοχος δὲ καὶ οὗτος Πρόκλου, τὰ δεύτερα Μαρίνου φέρων) Καὶ Ἀμμωνίου — ὁ Ἀλεξανδρεὺς ὁ ἑρμείου, οὗ καὶ μικρῷ μείζων τὴν καθ' ἑαυτὸν ἐπὶ φιλοσοφίᾳ φησὶ διαφέρειν, καὶ μάλιστα τοῖς μαθήμασι.

c) Vide loca in indice ſcriptorum infra allegata, vocabulo *Geometra*.

d) Confer Zachariam Scholaſticum p. 208. edit. Caſp. Barthii.

tis & Aſclepii Tralliani ad ſex libros Metaphyſicorum ineditis Commentariis leguntur, in præſenti dicam) hæc ſunt:

XIII. Ammonii, Hermeæ F. ſcripta edita.

1. Commentarius *in Iſagogen Porphyrii de quinque prædicabilibus*. Græce editus ab Aldo, ſeparatim, Venet. 1500. fol. minore & à Jo. Bernardo Feliciano, qui Aloiſio Cornelio, Magno Cypri Commendatario inſcripſit. Venet. 1545. 8. Præter ἐκδοσιν hanc utramque Græcam verſiones Latinas poſſideo tres, unam *Joh. Baptiſtæ Raſarii*, Medici Novarienſis, qui omnia Ammonii transtulit, Venet. 1569. fol. apud Vincentium Valguſium. Prodierat etiam antea A. 1558. Nam Labbeo memoratas editiones A. 1547. & 1555. non vidi.

Alteram *Petri Roſetini* Medici Phyſici, qui itidem omnia Ammonii eſt interpretatus, Venet. apud hæredem Hieron. Scoti, 1581. fol. Labbeus etiam editionem Anni 1559. commemorat.

Tertiam *Anonymi* ſeparatim editam Pariſ. apud Joh. Roingy, 1542 fol. hoc titulo: *Porphyrii Phœnicis de quinque vocibus Inſtitutio, Boëthio interprete, una cum Ammonii Hermæi in eandem commentario. Additæ ſunt ex Boëthio quorundam locorum enodationes, quibus acceſſerunt luculenta viri cujuſdam ut docti ita acuti Philoſophi ſcholia* &c. Labbeus præterea meminit editionis Venetæ A. 1539. & verſionis elucubratæ ab amicis Nicolai Martimboſii, Pariſ. 1542. 4.

2. *In Categorias Ariſtotelis* ὑπόμνημα ſive commentarius, cui *Vita Ariſtotelis* *e*) præfigitur, quam *Ammonio Saccæ* quidam præter rem tribuunt, at MSti Codices nonnulli, ut Vindobonenſis, rectius referunt ad *Johannem Philoponum*. *f*) In eodem præſtan-

e) Hæc vita Græce & Latine cum veteri translatione & *Petri Joh. Nunneſii* erudito commentario prodiit Lugd Bat. 1631. 8. & Helmſtadii 1666 4. una cum ejusdem Nunneſii inſtitutione Peripateticæ Philoſophiæ, & oratione de cauſis obſcuritatis Ariſtotelis, earumque remediis.

f) De hoc Johanne Philopono Ammonii diſcipulo ejusque ſcriptis infra diſſerendi locus erit libro V. In præſenti ſufficiat notaſſe graviter errare Pandectarum Brandenburgicarum ſcriptorem, qui p. 153. Ammonium cum Johanne Philopono eundem facit.

ſtantiſſimo Vindobonenſi Codice ab Ammonii ἀποσημειώσει probe diſtinguntur Philoponi ejusdem ἰδίαι ἐξηγήσεις, quæ in editis confuſa omnia exhibentur ſub uno Ammonii nomine, additurque Κατηγοριῶν σκόψις adhuc inedita, *Photio* auctore. Titulus ibi eſt: Ἰωάννου Γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως τοῦ Φιλοπόνου ἐκ τῶν πινακίων Ἀμμωνίου τοῦ Ἑρμείου σχολικὴ ἀποσημείωσις εἰς τὰς Ἀριστοτέλους δέκα κατηγορίας. Vide Neſſelium parte IV. p. 7. ſeq Erudita quoque ſunt & jucunda lectu, quæ commentariis hiſce præfiguntur de variis hæreſibus philoſophorum, de diverſis generibus ſcriptorum Ariſtotelis, ordine ea legendi, de cauſis obſcuritatis ejus & qualem auditorem, qualem interpretem poſcat, denique unde factum ſit ut jampridem plura ſcripta ad eum relata tanquam auctorem ſint quæ non ſunt ipſius, & quomodo genuina à ſpuriis oporteat dignoſcere. Operæ pretium quoque eſt videre quomodo immortales eſſe animos & per providentiam divinam omnia regi probat f. 60. ſq. (edit. Gr. in 8. p. 113. b.) Græce edidit Aldus & Alberto Pio Carporum principi inſcripſit Venet. 1503. fol. una cum Commentario Ammonii, Magentinique Metropolitæ Mytilenæi in librum Ariſtotelis de interpretatione, & Mich. Pſelli paraphraſi ejusdem libri. Poſt editionem hanc quam habeo manu Henrici Stephani paſſim notatam, Ammonii commentarius vulgatus à Feliciano Græce eſt ſeparatim, perinde ut ejus commentarius in Porphyrii Iſagogen, Venet. 1545. 8. Præter Latinam verſionem *Raſarii* & alteram *Roſetini*, teneo & tertiam *Bartholomæi Sylvanii* Salonenſis, recognitam à *Gaſtono Sala*. Pariſ. 1542. fol. apud Simonem Colinæum. Hac omiſſâ alias duas verſionis hujus editiones Labbeus memorat, Venet. 1541. fol. & Pariſ. 1554. fol.

3. *In librum Ariſtotelis* περὶ ἑρμηνείας, ſive *de interpretatione*, Commentarius in quinque τμήματα g) diviſus, in quorum ſecundo inter

g) Itaque p. 98 pro verbis: ἐν τῷ συμπεράσματι τὰ πρώτα σχήματος τῶν τοῦ βιβλίου pro σχήματος legendum τμήματος. Cæterum τμῆμα quintum à Porphyrio non fuiſſe illuſtratum, & poſt Ariſtotelem ab alio additum ſibi videri ſcribit p. 108. τὰ γὰρ ἐξῆς ὑπὸ πτεύω ἤτοι μὴ εἶναι γνήσια τοῦ Ἀριστοτέλους, ἀλλὰ προστεθεῖσαι ὑπό τινος τῶν μετ' αὐτόν --- διὸ καὶ τὸν φιλόσοφον Πορφύριον ὑπολαμβάνω παραιτήσασθαι τὴν ἐξήγησιν τοῦδε τοῦ θεωρήματος.

ter alia p. 57. seqq. editionis Aldinæ occurrit luculenta disputatio de providentia & προγνώσει DEI atque libero hominis arbitrio, quâ fatum impugnatur. Hanc latine vertit & in sententiis Philosophorum de fato edidit magnus Grotius, Paris. 1648. 4. & Amstelod. anno eodem, forma minore, & inter opera Theologica, Tomo tertio, ibid. 1679. fol. Subjicitur etiam Græce & Latine editioni Londinensi libelli Alexandri Aphrodisei de fato, 1688. 8. vulgati. Commentarius Ammonii integer prodiit Græce una cum commentario in Categorias, Venet. apud Aldum 1503. fol. & separatim, Feliciano edente, Venet. 1545. 8. Latine vertit præter Rasarium, Rosetinumque, Bartholomæus Sylvanius ibid. 1549. 8. nam duas Labbeo memoratas editiones Venet. 1543. & Paris. 1544. non vidi.

XIV. INDEX SCRIPTORUM In Ammonii Hermeæ F. Commentariis memoratorum, concinnatus à me ad paginas

Vitæ Aristotelis, edit. Græcolatinæ Helmst. 1667 4.
In Porphyrii Isagogen, edit. Græcæ Venet. 1545. 8.
In Categor. edit Græcæ Aldi fol. 1503.
In librum de Interpretat. id cui numeris paginarum destitutæ, adscribi illos oportuit.

[Accentibus destituti veteres Græci libri. *de interpret.* p. 10. 43. 50. 52. Accentu differentia vocabula. *in Categor.* p. 9.
Ὁ Ἀκραγαντῖνος σοφὸς (Empedocles) διαῤῥαπίζων τοὺς περὶ θεῶν ἀεὶ διαπιπτόντας ὄντως ἀλόγους καὶ τοῖς μιπτοῖς λεγομένοις μύθοις. *de interpret.* p. 107. ejus versus ibid. (adde Tzetz Chil. 13. hist. 464.)
[Apud Ægyptios luna generis masculini. *de interpret.* p. 15.
Alexander *in Categor.* p. 6. ὁ θεῖος τοῦ Ἀφροδισιέως ἐξηγητής. *de interpret.* p. 6. 7. 12. 17. 25. 29. 44. 67. 87. 104 114.
Ammonius ipse ὡς ἐν τοῖς προοιμίοις ἐδήλωσεν τῶν Ἀναλυτικῶν, *de interpret.* p. 4. ὡς δέδεικται ἐν τῇ ἀποδεικτικῇ. *ad Isagog.* p. 57. ὥσπερ ἐν τῷ εἰσαγω-

αγωγαῖς ἐμαθομὴν. in Categor. p. 8. *ὡς ἐν εἰσαγωγαῖς ἀπεδόθη.* id. p. 47. *κ) ωδαδεδομὴλω ἐν τῇ εἰσαγωγῇ μεθοδον.* id. p. 83.

Andronicus Rhodius *ἐνδέκατ@ ἀπὸ ξ Ἀριστάλους. de interpretat.* p. 2. non recte librum *ωεὶ ἑρμωνείας* Aristoteli suppositum esse existimavit, p. 3. Boethi Sidonii præceptor. *in Categor.* p. 5.

Antisthenis dictum *ἵππον μὲν ὁρῶ, ἱππότητα δ' οὐχ ὁρᾷ. ad Isagog.* pag. 29. a, b.

Οἱ κ) Ἀπολλώνιον τὸν ποιητὴν Γίγαντας. ad Isagog. p. 14.

Archilochus. *ad Isagog.* p. 9.

Archimedes *μόν@ τὸ σωέγγυς αἰεύρε ξ ξ κύκλ@ περαγωνισμῶ. in categ.* p. 58.

Archytæ *κατηγορίαι, ad Isagog.* p. 20. 23. b.

Aristarchus Grammaticus, *de interpret.* p. 91. Aristarchi Grammatica *in Categor.* p. 22.

Aristotelis *λέξις σωεστραμμένη, ἐμφάσεως κὴ πολυνοίας γέμουσα, κὴ ὑπὸ βραχείας ωδαλλαγῆς ἅπαν ἐνίοτε τὸ νόημα ἐξαλλαττουσα, κὴ ἐν πολλοῖς τ' αὐτηρέφων τούτων πεπονθυῖα, de interpretat.* p. 4. *σωτομίας* sive brevitatis semper amans. *in Categor.* p. 8. *τὴν αὐτάφειαν ὑπεπτεύων id.* p. 17. delectatur vocibus usu parum tritis nec vulgo cognitis. *id* p. 19.

De ordine legendorum librorum ejus, eorumque classibus & generibus: de scriptis exotericis sive per dialogos compositis & acroamaticis &c. *in Categor.* p. 5. de causis obscuritatis, ib.

Aristotelis definitio Philosophiæ, *ad Isagog.* p. 7. b.

Aristoteles *Θεολογῶν. de interpret.* p. 58. Ejus *Θεολογικὴ πραγματεία.* id. p. 12. *Θεολογικὰ in Categor.* p. 4.

καθαρχὰς τ' Ἀναλυτικῶν ἐν τῷ ωεὶ τ' ἀνυπροφῶν λέγω, de interpretat. p. 105.

ἐν τῇ ἀποδεικτικῇ (Analytic. poster.) *in Categor.* p. 35.

ὅπως δεῖ τὰς ἀποικίας ποιεῖσθαι, ad Alexandrum Regem, *id.* p. 4.

ωεὶ βασιλείας liber ad eundem Regem, *id.* pag. 4. & *Vitæ Aristot.* p. 7.

ἔγραψε κὴ γραμμὰς ἴσας, in Categor. p. 4.

Epigramma in Platonis laudem. *Vitæ Aristot.* p. 5.

Epistolæ, *in Categor.* p. 4. *συστατικαὶ* ad Alexandrum Regem, *vitæ Aristot.* p. 6.

Liber

Liber περὶ ἑρμηνείας, non satis elaboratus, ὑπομνηματικότερον *b*) βιβλίον, *de interpretat.* p. 92.

ὅτι οἱ πολλοὶ τῶν Ἀριστοτέλους ἑταίρων (Eudemus, Phanias, Theophrastus, *in Categor.* p. 5.) καὶ ζῆλον δὲ διδασκάλου ἔχαψαν κατηγορίας, καὶ περὶ ἑρμηνείας, καὶ ἀναλυτικά, *ad Isagog.* p. 20.

Liber κατηγορίαι, περὶ τῶν φωνῶν τῶν μόνως κατηγορημένων, *in Categor.* p. 8. scopus & usus libri p. 7.

In Ptolemæi Philadelphi Bibliotheca reperti XL. libri Ἀναλυτικῶν *in Categor.* p. 6. & duo κατηγορικῶν, *ibid.* in omnibus fere iidem, *id.* p. 8.

Aristotelis ὁμήρου περιβλήματα, *Vita Aristot.* p. 4.

Physicæ Acroaseos libros quatuor postremos doctrinæ de motu impendit Aristoteles, *in Categor.* p. 89.

Aristotelis περὶ τὴν ποιητικὴν, *in Categor.* p. 4. περὶ ποιητικῶν καὶ περὶ ποιητάς, *Vita Aristot.* p. 4.

Πολιτείαι συνέ. *id.* p. 7.

Aristotelis scripta undique diligenter & curiose conquirens largeque remunerans Ptolemæus Philadelphus Rex fecit ut sub illius nomine multa falso sint obtrusa, *in Categor.* p. 5.

Aristotelis domus, domus Ἀναγωγὴ dicta à Platone. *Vita Aristot.* p. 4.

Ἀριστοτέλεια ἑορτὴ celebrata à Stagiritis, *id.* p. 6.

Οἱ Ἀριστοτελικοί, *ad Isagog.* p. 32. b.

Alii Aristoteles, quorum συγγράμματα ad Stagiritam male relata, *in Categor.* p. 5.

Arius Patrensis, infra in Dusarius.

[Atticus mos εἰς δῆμον πλείονα ἅμα ψηφίσματα εἰσφέρειν, *de interpretat.* pag. 21.

Βοηθὸς καὶ Σιδώνιος (leg. ὁ Σιδώνιος) *in Categor.* p. 4. Andronici Rhodii discipulus, id. p. 5.

Callimachi Epigramma in Cleombrotum, qui lecto Phædonis Platone se interemit, *ad Isagog.* p. 6. Vide & infra, Cyrenæus.

[Cnemone & Timone μισανθρωπίαι, *de interpret.* p. 50.

Cynici, *in Categor.* p. 3.

Ὁ Κυρηναϊκὸς (Callimachus) *de interpret.* p. 16.

Cyrenaici ab Aristippo *in Categor.* p. 3.

Οἱ Κωμῳδοποιοί. *de interpret.* p. 11. [ὁ

b) Ammonius in Categor. p. 4. ὑπομνηματικὰ ἐκεῖνα καλοῦσιν, ὅσα πρὸς οἰκείαν ἀπεσκευάσατο ὑπόμνησιν.

[ὁ μαθηματικὸς ὁ περὶ Δαιδάλου ὅτι πάντων θαυμασιώτερον ἑαυτὸν καὶ τὸν υἱὸν Ἴκαρον, *in Categor.* p. 57.
ὁ Δημήτριος τὸ περὶ λογογραφικῆς ἰδίας βιβλίον συγγράψας καὶ αὐτὸ ὑπογράψας περὶ ἑρμηνείας, *de interpret.* p. 2.
Demosthenes. *de interpret.* pag. 21. 28. 115. ejus ἐννέα λόγοι τῶν δημοσίων & ἕνδεκα τῶν Φιλίππου, *in Categor* p. 49.
Diodorus Dialecticus, *de interpret.* p. 16.
Dionysius (Thrax, Grammaticus) *de interpret.* p. 10. οἱ τῇ γραμματικῇ μετιόντες τέχνῃ, p. 19.
ὁ πατρεὺς Δυσαρίφος (interpreti Rasario Arius Patrensis) *de interpret.* p. 17.
ὁ Ἐλεάτης ξένος (apud Platonem Sophista) *de interpret.* p. 80. ὁ Ἐλεάτης σοφός, p. 81.
Epicurus (haud nominatus) perstringitur. *de interpretat.* p. 58.
Epicurei ἡδονικοί. *in Categor.* p. 3.
Egigramma in Aristotelem, *vita Aristot.* p. 3.
Euclides ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ ἕκτῳ αὐτοῦ θεωρήματι, *ad Isagog.* p 48. b.
Eudemus, *in Categor.* p. 5. vide supra in Aristotele.
Euripides, (Phœnissis v. 1386.) *de interpret.* p. 8.
Eustathius (Aristotelis interpres) *in Categor.* p. 6.
Geometræ. *in Categor.* p. 43. 58. 87. 90. ὁ Γεωμέτρης (Euclides) id. p. 43. 66.
Heraclitus, *de interpret.* p. 4 15. 16. *in Categor.* p. 37 Pyrrhonis discipulus *in Categor.* p. 3.
Herminus, *de interpret.* p. 10. 23.
Herodianus *in Categor.* f. 82. ubi Etymologia ἕξις σκότους, ἀπὸ τοῦ ἔχεσθαι, *à cohibendo.*
Hesiodi versus, Αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει. *in Categor.* p. 67.
Hippocrates. *ad Isagog.* p. 76. b.
Homerus *de interpret.* p. 57. 80. 89. 115. *Vita Aristot.* pag. 7. *in Categor.* p 62.
Homeri versus respiciuntur: *de interpret.* p. 1. 5. 19. 26. 34. 42. 43. 50 58. 64 *ad Isagog.* p. 9. 64. 67. b *in Categor.* p. 11. 16 38. 82. ἡ μυθολογία πατέρα ἀνδρῶν τε καὶ θεῶν καλεῖ τὸν Δία, id. 54. b.
ὁ θεῖος Ἰάμβλιχος *de interpret.* p. 87. ὁ μέγας Ἰάμβλιχος ibid. οἱ δ' ἀκριβέστερον λέγοντες, ὧν εἷς ἐστι καὶ Ἰάμβλιχος. in Categor. p. 6.
ejus ὑφηγήσεις oraculorum, *de interpret.* p. 59.
Isocrates *ad Isagog.* p. 13. b.
Megarici ab Euclide, *in Categor.* p. 3.

Nico-

Νικοκλῆς ἢ Ἰσοκράτης (titulus Orationis credo Isocratis) *de interpret.* p. 89.
Nicomachus Amyntæ Regis Medicus, Aristotelis Pater. *vita Aristot.* pag. 3.
Nicomachus Aristotelis filius, ad quem Nicomachea Pater scripsit, *id.*
Oracula, *de interpret.* p. 59. ὅλα καὶ τὰ συμφέροντα ἕνεκεν τῶν ἀκουόντων πολλάκις ἀμφίβολοι δίδονται χρησμοὶ, τὴν Δελφικὴν αὐτῶν γυμνάζοντες, p. 60. Oraculo monitus Aristoteles ut se Philosophiæ daret *Vita Aristot.* p. 4. Aliud Oraculum, οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν, *ad Isagog.* p. 58. ὑπερβάθμιον πόδα μὴ πίμπειν, *in Categor.* p. 5.
Parmenides, *de interpret.* p. 4. οὐχ ὁ τῶν Πλάτωνι μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ ἐν ταῖς οἰκείοις ἔπεσιν, p. 58. ὁ μέγας Παρμενίδης, p. 59. ejus versus ἐγὼ εἶμι ὅδ' ἔσαι ὁμῶς πᾶν, ἔστι γὰρ μέσον, ibid.
Peripatetici, *in Categor.* p. 2. 3. 38. *de interpret.* p. 19. *ad Isagog.* p. 32. illorum ἀξιώματα, id. p. 69. Aristotelis discipuli Peripatetici è Lyceo, Xenocratis vero auditores Peripatetici ex Academia, p. 32. b. Πλάτων γυμνασίας ἕνεκεν περιπάτων ἐπιεῖτο τὰς περὶ σῶν ἐπάρσεις σωφρονίας, ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης Δημοσθένους ἔχει τὴν ἐκ τῆς ἐνεργείας, ἤτοι τὴν ἐκ τοῦ συμβιβηκότος ἐπωνυμίαν, *in Categor.* p. 4.
Pindarus Thebanus. *ad Isagog.* p. 35.
Plato antea dictus Aristoteles, *de interpret.* p. 9. ab Aristotele per viginti annos auditus. *Vita Aristot.* p. 4. 5. 9.
Dialectica ejus ab Aristotelis longe diversa, *ad Isagog.* p. 25. b.
Plato citatur, *de interpret.* p. 12. 47. 66. *ad Isagog.* p. 5. 6. 12. b. 18. 26. 30. a. b. 31. 32. b. 36. b. *in Categor.* p. 3. 4. 11. 18. 21. 37. 39. 66. 78. 85.
Convivio, *de interpret.* p. 15.
Cratylo, *id.* p. 14. 15. 16. 18. 26. *ad Isagog.* p. 40.
Gorgia, *de interpret.* p. 21. 87. 88. 96. *in Categor.* p. 2. 4. 54.
De Legibus, *de interpret.* p. 4. 58.
Parmenide, *ad Isagog.* p. 32. *de interpret.* p. 38. *in Categor.* p. 2.
Phædone, ἢ περὶ ψυχῆς, *de interpret.* p. 87. 89. Supra in Callimacho.
Phædro, *de interpret.* p. 28. 112. *in Categor.* p. 2.
Philebo, *de interpret.* p. 28. 113.
De Rep. *id* p. 6. 92. 109.
Sophista, *de interpret.* p. 18. 20. 21. 80. 81. 109. 113. *ad Isagog.* p 57,
Theæteto, *in Categor.* p. 51.

Timæo, *id.* p. 28. *de interpret.* p. 34. 58. 59. *ad Isagog.* p. 48. b.
In Platonis laudem, Epigramma Aristotelis, *vita Aristot.* p. 5.
Οἱ Πλατωνικοί, *ad Isagog.* p. 30. *in Categor.* p. 38.
Ὁ θεῖος Πλωτῖνος. *ad Isagog.* p. 11. b. *in Categor.* p. 5. 21.
Porphyrius Philosophus, *in Categor.* pag. 6. 20. *de interpret.* pag. 7. 14. 19. 21. 22. 24. 30. 32. 41. 42. 43. 48. 74. ἐν τῇ εἰσαγωγῇ. *in Categor.* p. 19. Platonicus *ad Isagog.* p. 32. b. tamen in Isagoge de quinque vocibus non Platonica sed Aristotelica placita sequitur, *id.* p. 72. *in Categor.* p. 35. quia debet esse introductio ad Aristotelis Categorias. *ad Isagog.* p. 18. b. 32. b. 36. b. 70. 71. b. scripta ad discipulum Chrysaorium, & genuina esse cognoscitur ἀπὸ τοῦ φρονίμως σαφεῖς &c. *id* p. 16. b. 17. b.
Τμῆμα quintum libri Aristotelis περὶ ἑρμηνείας interpretari omisit. *de interpret.* p. 108.
Ἐπεμνημόνευσαντες τῶν ἐξηγητῶν ὃ θεῖος ἡμῶν διδάσκαλος Πρόκλος τὸν Πλατωνικὸν ἀπεδέχετο. *de interpret.* p. 5.
Protagoras Sophista, *in Categor.* p. 51.
Pyrrho, * auctor hæreseos ἐφεκτικῆς. *in Categor.* p. 3.
Pythagoras, *ad Isagog.* p. 9. a. b. 12. b.
ὁ Σίμων ὁ τῷ Σωκράτει γνώριμος. *de interpret.* p. 88.
Socratis per tres annos discipulus Aristoteles, *vita Aristot.* p. 4. annos XVII. natus ad eum accessit, *id.* p. 9. Dictum ejus *Amicus Socrates, sed φιλτάτη ἡ ἀλήθεια, amica maxime veritas,* id. p. 5. Σωκράτης ἐκ Σωφρονίσκου, Ἀθηναῖος, φιλόσοφος, πενίᾳ, φαλακρὸς, χρυσῷ, *ad Isagog.* p. 39. b. 61.
Speusippus Platonis successor, filius Potonæ, Platonis sororis, *Vita Aristot.* p. 6.
Stoici, *de interpret.* p. 1. 7. 19. contra eos disputatur Logicam non esse partem Philosophiæ, *in Categor.* p. 2.
ὁ μέγας Συριανός, *de interpret.* p. 60. 109.
Thales rationem eclipseos lunaris primus reperit. *in Categor.* p. 57. 59.
Theophrastus antea Tyrtamus, *de interpret.* p. 9. ἑταῖρος Aristotelis p. 69. citatur p. 28. 39. 69. 70. *in Categor.* p. 5. vide supra in Aristotele. Ejus patria Eresius ab Aristotele exemta periculo. *Vita Aristot* p. 6.
Timæus, *de interpret.* p. 94. Vide supra in Platone.

* Miror Pyrrhonis discipulum ab Ammonio ibidem dici Heraclitum, qui eum longe ætate antecessit.

ὡς ὁ Τιμαῖος ἡμᾶς ἐδίδαξε, *de interpret.* p. 58. ὡς ἐν Τιμαίῳ παρελήφαμεν. p. 59.

Xenocrates Platonis post Speusippum successor, *vita Aristot.* p. 6. ejus discipuli Ἀκαδημαϊκοί, *in Categor.* p. 3. περιπατητικοὶ ἐξ Ἀκαδημίας. *ad Isagog.* p. 32. b.

ἐξηγητῶν οἱ ἀκριβέστεροι, *de interpret.* p. 72. τινὲς τῶν ἐξηγησαμένων, p. 76. οἱ πλεῖστοι ἐξηγητῶν τῆς Ἀριστοτέλους, p. 93.

οἱ ἀπὸ μυθολογίας σοφιζόμενοι ἡμῖν τὰς Θεολογίας. *de interpret.* p. 16.

Versus Poëtæ, ἄλλη δ' ἄλλῳ γλῶσσα, *de interpret.* p. 8. ἁπλῶς ὁ μὲν τῆς ἀληθείας ἔφυ, *in Categor.* p. 22. πάντες δὲ σίονται πίδες πολυπίδακος Ἴδης. *in Categor.* pag. 60. κεῖνα δὲ πὴν κεφαλὴν τιαὶ δίτε χεῖρες, ibid.

οἱ παλαιοί. *de interpret.* p. 8. 86. 89. *in Categor.* p. 52. 54. &c. ἀδὲ ἐν ὀνείρῳ ἴσχνει τῆ ἐναρέτῳ (ἀπὸ τῆς ἀρετῆς) οἱ παλαιοὶ μέμ λωπα, *in Categor.* p. 16.

οἱ ποιηταί *ad Isagog.* p. 5. a. b.

οἱ Φιλόσοφοι *in Categor.* p. 34.

De Philosophorum sectis locus insignis *in Categor.* p. 3. seq. de scientiarum generibus & disciplinarum p. 4.

XV. ALII, decem amplius, AMMONII scriptis clari.

1. Ammonius Ammonii F. Grammaticus, Alexandri discipulus, Alexandrinus & in Schola Aristarchi, paullo ante Augusti Imperium, successor, teste Suida. Hic videtur qui plus simplici vice allegatur in scholiis ad Pindarum & Aristophanem.
2. Ammonius λιθοτόμος laudatus Celso VII. 26. nescio an diversus ab Ammonio Chirurgo apud Aëtium plus semel allegato, & ab Ammonio cujus apud Paulum Æginetam mentio.
3. Ammonius Λαμπρεύς sive ut rectius in Scholiis ad Hermogenem p. 407. Λαμπρεύς, è Lampris Atticæ pago, allegatur ab altero de quo mox dicam Ammonio (qui de differentiis verborum scripsit) in βωμός, Ἀμμώνιος ὁ Λαμπρεὺς ἐν πρώτῳ περὶ θυσιῶν. Inscriptio integra operis fuit περὶ βωμῶν καὶ θυσιῶν, ut patet ex Harpocratione in Ἀμαζόνιον, & Athenæo XI. p. 476. Sed ab eodem Harpocratione in ἑορτὰ & in Θολὸς (ubi quartum librum allegari videas) & laudato scholiorum ad Hermogenem loco tantum altera pars tituli extat περὶ βω-

μῶν. Idem Ammonius intelligitur à Suida in ἐξάορα, Harpocrationis vestigiis insistente. Idem quoque videtur qui scripsit περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρίδων teste Athenæo XIII. p. 567. licet res non plane est explorata.

4. Ammonius Plutarchi præceptor, Athenis defunctus, de quo vide si placet supra hoc libro IV. c. XI. §. 1. & Jo. Rualdum in Plutarchi vita cap. 7. Hunc sæculo integro antiquiorem, male cum Ammonio Sacca confundunt Hadrianus Iunius ad Eunapium, Hendreichius in pandectis Brandenburgicis aliique.

5. Ammonius Peripateticus qui (Φιλολογώτατος licet) nihil scripsit nisi quod animi causa poëmata quædam & declamationes misit in literas, teste Longino apud Porphyrium in Plotini vita c. 20. Idem est Ammonius ὁ ἀπὸ τῆς περιπάτου, quo πολυγραμματώτερον neminem novisse se testatur Philostratus in Hippodromi vita lib. 2. Sophist. c. 27. §. 4. Sed diversus haud dubie ab Ammonio Plotini præceptore, quem Platonicis adscribit, & à Peripatetico clarissime distinguit Longinus loco laudato, ut Bælius V. C. in Lexico Historico pulchre etiam observavit, & Tillemontius T. 3. Memor. Ecclesiast. parte 2. p. 391. seq.

Musonius Stoicus, Athenis, *Plotin.* c. 20.

Neanthes, *Pythag.* p. 4. 38. Cyzicenus, *de abstin.* lib. 4. p. 395.
Nicander. *quæst. Homer.* 8.
Nicomachus *Pythag.* p. 13. 41.
Nicothei Apocalypses, *Plotin.* c. 16.

Numenius. *de antro* p. 62. 67. 73. ſcripta ejus apud Plotinum lecta. *Plotin.* c. 14. Apameenſis. *id.* c. 17. dogmata ejus ſcripſit & collegit Amelius, *id.* c. 3. Tryphon Plotinum plagii in Numenii ſcripta commiſſi arguit, itaque Amelius ſcripſit ad Porphyrium περὶ τῶν κατὰ τὰ δόγματα Πλωτίνου πρὸς τὸν Νουμήνιον διαφορᾶς, *id.* c. 17.

Olympius Alexandrinus, Ammonii diſcipulus, æmulus Plotini. *Plotin.* c. 10.

Oraculum. *de abſtin.* lib. 2. p. 230. ſeq. Clymeni redditum. *id* p. 135. aliud Hermioni. p. 141. Magneſio cuidam p. 147. ſeq. de Docimi libis. p. 150. aliud de Diomo. p. 175.

Origenes Plotini condiſcipulus *Plotin.* c. 3. 14. 20. ejus liber περὶ δαιμόνων, *id.* c. 3. & 14. ad Gallienum Imp. ὅτι μόνος πειστὸς ὁ βασιλεύς. *id.* c. 3.

Marcellus Orontius. Vide ſupra, Marcellus.

Orpheus. *de antro* p. 64. 65.

Οἱ παλαιοὶ ἐν τοῖς περὶ ζώων Φρονήσεως, *de abſtin.* lib. 3. p. 270.

Pallas ὁ ἄριστα τὰ περὶ τὸν τοῦ Μίθρα συνεσταγὼν Μυστηρίων ἐφ' Ἁδριανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος. *de abſtin.* lib. 2. p. 225. (Euſeb. IV. 16. præparat.) lib. 4. p. 400.

Panætius, *Ptolem.* p. 269. junior ἐν τῷ περὶ τῶν κατὰ Γεωμετρίαν καὶ Μουσικὴν λόγων καὶ διαστημάτων, *id.* p. 244. Mathematicus, p. 267.

Parmenides ἐν τῇ Φυσικῇ, *de antro* p. 68.

Parmeniſcus (Grammaticus) *quæſt. Homer.* 7.

Paulinus Scythopolitanus, Medicus, Plotini diſcipulus, *Plotin.* c. 7.

οἱ τὰς περιηγήσεις τοῦ νήσου (Ἰθάκης) γράψαντες, *de antro* p. 56.

Peripatetici, *de abſtin.* p. 7. 12. Peripatetica dogmata, Plotini ſcriptis inſperſa, *Plotin.* c. 14.

Pherecydes Syrius, *de antro* p. 71.

ἐν τοῖς Φιλήμονος συμμίκτοις περὶ Ἡροδοτείου διορθώματος ὁ Γραμματικὸς Ἀλεξάμενος, *quæſt. Homer.* 8.

Philetas

Philetas, *quæst Homer.* 8.
Philiſcia ſecta Muſicorum poſt Ariſtoxenum, *Ptolem.* p. 189.
Philiſtus, *quæſt. Homer.* 8.
Philo Byblius. Vide infra in Sanchoniathon.
Philocomi συγχεάμματα, *Plotin.* c. 36.
Philolaus, *Ptolem.* p. 266.
Philoſophorum vulgus, *de abſtin.* lib. 2. p. 200.
Philoſophus θεὸν τὸ ὑπὲρ πάντων ἱερέως. *de abſtin.* lib. 2. p. 214.
Phœbion Stoicus. *Plotin.* c. 20.
Phœnices, *de abſtin.* lib 2. p. 138. 224.
Phylarchus ἱστορεῖ, *de abſtin.* lib. 2. p. 226. (Euſeb. IV. 16. præparat.)
Phyſici, *de abſtin.* lib. 1. p. 35.
Pindarus, *de abſtin.* lib. 1. p. 73 ἐν παιανίοις, lib. 3. p. 285.
Plato, *in Categor.* p. 17. *Ptolem.* p. 220. *de antro* p. 67. *quæſt. Homer.* 9. *de abſtin.* lib. 1. p. 77. 78. lib. 2. p. 192. 194. 201. 234. 235. lib. 3. p. 259. 311.
Gorgia, *de antro* p. 71.
νόμων α. *quæſt. Homer.* 1.
Philebo, *Ptolem.* p. 255.
(Theæteto) *de abſtin.* lib. 1. p. 71--73.
Timæo, *Ptolem.* p. 227. ſeq. 267.
Platonici, *in Categor.* p. 24. *Ptolem.* p. 228. *de abſtin.* p. 190.
Plutarchus, *de abſtin.* lib. 3. p. 289. ἐν πολλοῖς βιβλίοις contra Stoicos & Peripateticos docens mutas animantes ratione non deſtitui, 321. lib. 4. p. 353. ubi Lycurgi vitam reſpicit.
Poëtæ verſus, *de abſtin.* lib. 2. p. 234. lib. 4. p. 420.
Poëtæ verſiculi de Thoibus Gente Athea Thracum, *de abſtin.* lib. 1. p. 30. lib. 2. p. 132.
Poëtæ Samii diſtichon de Pythagora. *Pythag.* p. 2.
Poëtarum dicta, Deos ſacrificia non curare niſi pura mente offerantur, *de abſtin.* lib. 2. p. 230.
Poëtæ δρακεῖν dicunt pro βλέπειν, ab acie viſus quæ eſt in dracone, *de abſtin.* lib. 3. p. 264.
Polemo. *Plotin.* c. 11.
Polyclitus Πολύκλειτος (Grammaticus ut videtur) *quæſt. Homer.* 8.

Porphyrius (Βασιλεὺς & Μάλχος *Plotin.* c. 17.) Tyrium se & à Plotino ad scripta ejus emendanda adscitum testatur *Plotin.* c. 7. poëma ejus in Platonis natalitiis prælectum cui titulus ἱερὸς γάμος c. 15. Apologiæ Alcibiadis à Diophane Rhetore scriptæ confutatio. ibid. contra Plotinum liber & ab Amelio confutati ejusdem libri palinodia, c. 18.

Potamo, *Plotin.* c. 9.

Proclinus Platonicus ὁ περὶ τὴν Τρωάδα διατρίψας, *Plotin.* c. 20.

Propheta (Moses) *de antro* p. 62. ex Numenio.

Ptolemais Cyrenæa Pythagorica ἐν τῇ Μουσικῇ στοιχειώσει, *Ptolem.* p. 207. 208. 209.

Ptolemæus Peripateticus, nihil scripsit præter πινήματα καὶ λόγους ἀποδεικτικούς, *Plotin.* c. 20.

[Pygmalion Phœnix Cypri Rex *de abstin.* lib. 4. p. 395. sq.

Pythagoras, *de antro* p. 70. *quæst. Homer.* 25. *de abstin.* lib. 1. p. 35. 42. seq. 48. lib. 3. p. 259. 325. lib. 4. p. 412.

ejus Epigramma in sepulchrum Jovis, *Pythag.* p. 11. & *apud Cyrillum p. 342. lib. X. in Julian.* in sepulchrum Apollinis ἐλεγεῖον. p. 10. Versiculi ex aureis carminibus, p. 26. πυθαγόρειος δόξα, omnes animas sensu præditas rationabiles esse, *de abstin.* lib. 3. p. 240. οὐδὲν τροφῆς, τὸ μηδένα ἀδικεῖν, p. 328.

Pythagorei, *de antro* p. 70. *de abstin.* lib. 1. pag. 49. 70. lib. 2. p. 172. 188. lib. 3. p. 299.

Pythagoricos plurimum sequitur in Musicis Ptolemæus, *Ptolem.* p. 193. De Pythagoricorum ab Aristoxeniis differentia Didymus scripsit. id. p. 209.

Rhadamantus per animantes jurans, *de abstin.* l. 3. p. 284. 285.

[Rogatianus Senator, Porphyrii æqualis, *de abstin.* lib. 1. p. 106. Plotini discipulus. *Plotin.* c. 7.

Sabinillus, Senator, Plotini discipulus, *Plotin.* c. 7.

Sanchuniathonis Φοινικικὴ ἱστορία quam Phœnicum ille lingua scripsit & Philo Byblius Græce vertit, *de abstin.* lib. 2. p. 225. (Euseb. IV. 16. præpar.)

Sandales, *de Styge* 283. 285.

Scythæ,

Scythæ, *de abſtin.* lib. 3. p. 283. 287. lib 4. p. 429.
Seleucus Theologus, *de abſtin.* lib. 2. pag. 223. (Euſeb. IV. 16. præparat.)
Septem Sapientes, *de abſtin.* lib. 1. p. 35.
Serapion Alexandrinus Rhetor, auditor Plotini. *Plotin.* c. 7.
Severi Platonici ſcripta apud Plotinum lecta, *Plotin.* c. 14.
ὡς τις αὐτὴν σοφὸς ἔφη, lib. 2. p. 185. (apud Euſeb. IV. 11. præpar.) ὡς ἔφη τις λέγων ὀρθῶς, lib. 3. p. 278.
Simonides, *quæſt. Homer.* 8.
Socrates, *de abſtin.* lib. 1. p. 35. lib. 3 p. 239. 284. 286. 311. 328.
Sophiſta, *de abſtin.* lib. 4. p. 411. apud Lacedæmonios nullus, id. p. 351.
Sophocles ἀλκμήνῃ *quæſt. Homer.* 1.
πολυείδῳ, *de abſtin.* lib. 2. p. 153.
Stoici, *in Categor.* p. 19. b. 24. *de antro* p. 62. *de abſtin.* lib. 1. p. 7. 12. lib. 3. p. 241. Stoica dogmata libris Plotini inſperſa, *Plotin.* c. 14.
Stratonis Phyſici λόγος ſive liber quo probavit ſenſum non poſſe eſſe ſine intelligentia, *de abſtin.* lib. 3. p. 304.
Παρ' ἐνίοις δ' ἱστόηται τῶν συγγραφέων. *de abſtin.* lib. 2. p. 149.
Symbulus Σύμβουλος ὅπερ τινὲς τὸν Μίθρα ἱστορίαν ἐν πολλοῖς βιβλίοις ἀναγράψας, *de abſtin.* lib. 4. p. 399. lege Εὔβουλος.
Syri, *de abſtin.* lib. 2. p. 236. lib. 4. p. 395.

Thaletis παιᾶνες ἑξαμετροι, *Pythag.* p. 21.
Thaumaſius Plotini auditor, *Plotin.* c. 13.
Themiſtocles Stoicus, *Plotin.* c. 20.
Theodoſius Ammonii diſcipulus, *Plotin.* c. 7.
Theodorus Ἀσπάσιον μαθητὴς, *Plotin.* c. 20.
Theologi, *de abſtin.* lib. 2. p. 206, 207, 212, 229. *de antro* p. 67. Θεόσοφος, *de abſtin.* lib. 2. p. 187. ἅτε φησὶν ὁ Θεολόγος, p. 189.
Theophraſtus, *de abſtin.* lib. 2. p. 124. 131. 139. lib. 2. p. 167. 183. 206 221. lib. 3. p. 321. lib. 4. p. 354. 426. ὁ περὶ Μουσικῆς, *Ptolem.* pag. 240. ſeq. ἀπὸ πολλῶν τε παρ' ἑκάστοις πατρίων ὑπαδείξας &c. *de abſtin.* lib. 2 p. 156.
Theopompus ἱστόρηκεν, *de abſtin.* lib. 2 p. 146.
Thraſyllus ἐν τῷ περὶ τῶν ἑπτὰ τόνων (ita leg.) *Ptolem.* p. 266.

Thucydides, *quæſt. Homer.* 8.
Timæus, *Pythag.* p. 4.
Tireſias, *de abſtin.* lib. 3. p. 246.
Tragœdia, *Plotin.* c. 17.
Triptolemus antiquiſſ. legislator Athenienſium, *de abſtin.* lib. 4. p. 431. ejus tres leges Eleuſine, ibid.
Tryphon Stoicus & Platonicus, *Plotin.* c. 17.
Tynnichi pæan in Apollinem, *de abſtin.* lib. 2. p. 152.

Xenocrates *de abſtin.* lib. 4. p. 431. 432. Dialecticam tractaturus, à voce incipit, quod ei vitio vertitur, *Ptolem.* p. 193.

Zeno, 3. *de abſtin.* p. 311.
οἱ ἀπὸ Ζωΐωνος (Stoici) *de abſtin.* lib. 3. p. 294. *ſentent.* 44.
Zenodotus, *quæſt. Homer.* 25. 30.
Zethus, *Plotin.* c. 2. Arabs, Plotini diſcipulus, Medicus, c. 7.
Zoroaſter, *de antro* pag. 59.
Zoroaſtris Apocalypſes, *Plotin.* c. 16. ſuppoſitas eſſe Porphyrius συχνοῖς ἐλέγχοις demonſtravit. ibid.
Zoſtriani liber, libris quadraginta ab Amelio confutatus, *Plotin.* cap. 16.
Zoticus, Criticus & Poëta, Plotini diſcipulus, *Plotin.* c. 7. Vide & ſupra in Antimachus, atque Ἀτλαντικόν.

LUCÆ

LUCÆ HOLSTENII

de Vita & Scriptis

PORPHYRII PHILOSOPHI DISSERTATIO.

CAP. I.

Hiſtoriæ pars βιογραφία. Vitæ Philoſophorum quot modis & à quibus ſcriptæ. Suidas explicatus. Hæreſes ex Philoſophia ortæ. SS. Patrum teſtimonia de Porphyrii eruditione.

QUi vitæ magiſtram, & actionum humanarum ſpeculum hiſtoriam dixere, omnium optime naturam, & dignitatem ejus perſpexiſſe videntur. Nam cum duo ſunt quæ vitam humanam gubernant, ſapientia ac prudentia: quarum illa divinarum, ac humanarum rerum cognitione animum ſupra ſe ad DEum & cœleſtia erigit; altera vero conſiliorum, actionumque moderatricem in hoc vitæ ſtadio ſeſe præbet: utraque ſane hiſtoriarum beneficio comparatur. Cum enim propria perveſtigatio difficilis ſit, & ἀπορία periculi plena, nec niſi longo itinere ad propoſitum finem perducat: hiſtoria unum ſub aſpectum exhibet, quicquid à præclaris ingeniis ſubtiliter inveſtigatum, & multo cum labore repertum fuit: tum egregia virtutum exempla, & varios conſiliorum eventus, caſusque ancipites proponi: ut, quod Comicus ait, inſpicere tanquam in ſpeculum in vitas præſtantium virorum liceat, atque ex aliis ſumere exemplum ſibi, & quid faciendum ac fugiendum, ſui ſine parte pericli cognoſcere. Nec ſolum tutior ea, ſed brevior quoque, faciliorque via eſt, quæ per exempla ducit: nihil enim efficacius illuſtri exemplo magni viri: ad cujus memoriam animus conſilia factaque omnia, velut ad regulam, exigat: cujus virtute ad laudis & gloriæ ſtudium concitetur. Atque ut ingens quædam pictura, magnam hominum actionumque varietatem artificis ingenio mire confuſam exhi-

exhibens, illa ipſa varietate ſpectantium quidem oculos animosque maxime oblectat: ſi tamen una præ cæteris luculenta effigies emineat, revocat ea ſpectatorem, & peculiari quadam voluptate detinet. Ita etiam integra quædam, & καθολικῶς ſcripta hiſtoria magna quidem præceptorum, atq; exemplorum copia animum legentis inſtruit; ſed ſi unius cujusdam præſtantis viri virtutem & præclaras actiones accuratiori ſtudio præ cætero opere expreſſam offendat, hæret animus conſiliorum, factorumque admiratione, & vehementiori affectu ad pulcherrimi exempli imitationem excitatur. Quocirca duplicem ferme ſcribendi rationem ab iis ſervatam videmus, qui aliorum res geſtas ingenii monumentis ad poſteritatis memoriam transmiſere; ut vel integram alicujus gentis hiſtoriam continuo filo detexerent; aut præſtantis cujusdam hominis vitam peculiari opere narrarent, & virtutes, vel vitia ejus vivis, quod ajunt, coloribus depingerent: ut ſeorſim poſita rectius ſingula perſpicerentur. Et hujus quoque, ni fallor, inſtituti principem auctoremque Homerum recte dixerimus: qui utriusque ſcribendi generis exemplar duplici opere propoſuit: quorum altero expeditionem Trojanam communibus omnium Græcorum conſiliis armisque ſuſceptam, & colliſas inter ſe Europæ Aſiæque vires deſcribit: Altero autem unius Ulyſſis prudentiam per varios periculorum caſus exercitatam omnibus artis, atque ingenii coloribus depictam exhibet. Niſi quis forte altius originem à Moyſe vetuſtiſſimo omnium hiſtorico, adeoque ab ipſo Dei ſpiritu repetere malit: cujus inſtinctu ſacram hiſtoriam literis conſignatam credimus. Divinus enim Moyſes cum generis humani primordia, ſeriemque Patriarcharum, & Judaicæ gentis hiſtoriam, ſacra, ac leges quinque libris expoſuiſſet: peculiari quoque opere Jobi vitam, atque egregiam in extremis calamitatibus animæ conſtantiam, & pietatem erga Deum edidit: ut Judæorum animos longa ſervitute, & diuturnis erroribus afflictos tam inſigni potentiæ Divinæ exemplo confirmaret: Nam & hujus libri autorem, vel interpretem Moyſen doctiſſimi quiq; credunt, eamq; ſcribendi rationem infiniti dein ſacri ac profani autores imitati fuere. Sed cum duplex vitæ genus ſit: alterum quidem quod in publicis rebus adminiſtrandis, & in bello pacisque artibus excolendis verſatur, quod activum vocant: alterum vero quod omiſſa publicorum negotiorum cura, ſapientiæ ſtudiis, rerumque divinarum atque humanarum perveſtigationi impenditur, & contemplativum appellatur: primum quidem illud totum ad civilem ſocietatem ſpectat, quæ conjunctis multorum conſiliis, operisque regitur: ideoque qui eam vivendi

vendi rationem ſequuntur, haud diſſimiles videntur hiſtrionibus, quorum quisque ſuam perſonam ita ſuſtinet, ut omnium actiones ſimul conjunctæ unum drama exhibeant: alterum vero umbraticis ſcholarum porticibus aut Muſei parietibus incluſum deliteſcit, & procul à fori ſtrepitu in privato otio ita degitur, ut ejus ſectatores μονῳδοῖς tragicis recte compares, qui ſinguli per ſe ſuas partes abſolvunt: ac proinde autores, qui de claris in utroque genere hominibus ſcripſere, in duas claſſes recte diſtingui exiſtimo: ut altera quidem virorum belli, aut pacis artibus illuſtrium vitas complectatur: altera vero eorum qui ſapientiæ & doctrinæ laude claruerunt. Sed ut magnæ continentis regio aliarum provinciarum confiniis undique cincta, ob permixtos, confuſosque vicinorum limites ægre diſtinguitur: inſula autem, quam apertum mare circumluit, aut regio continuo montium tractu, vel deſerta arenarum ſolitudine definita, nullo negotio deſcribitur: ſic politicorum hominum vitæ, & res geſtæ ſeorſim difficilius explicantur; quod aliena multa iis permixta ſunt: quæ cum nec plene narrari, nec omitti prorſus poſſint, minus facilem hiſtoriam reddunt. Contra vero qui ſapientiæ ſtudia in privato otio conſectantur, eorum quoque vita peculiari opere, rectius narratur: quæ ferme in præceptorum ac diſcipulorum enumeratione, tum in dogmatibus, operumque titulis recenſendis conſiſtat. Et extant egregii in utroque genere ſcriptores, quos ſi hoc loco recenſerem poſt eruditiſſimos viros, qui de Græcis, Latinisque hiſtoricis nuper tractarunt, actum agerem. Sed paucis duntaxat de illis exponam, qui vitas virorum ſapientiæ aut literarum ſtudiis illuſtrium, quos Græci communi φιλοσόφων aut σοφιστῶν nomine complectuntur, ſcripſere: quod ad præſens noſtrum inſtitutum ea tractatio ſpectet. Hos ſcriptores in duo genera Theodoretus diſtinguit ſerm. 2. θερ. quorum alii dogmata tantum & ſententias Philoſophorum recenſent: alii vitas quoque ſingulorum dogmatis adjungunt: quibus tertium puto addendum eſſe eorum, qui vitas tantum, ſeu elogia ſcripſere: quales nunc exſtant Philoſtrati Βίοι σοφιστῶν, duobus libris comprehenſi: & Philoſophorum ac Sophiſtarum vitæ ab Eunapio ſcriptæ: quibus etiam acccenſeo Marini Neapolitani librum de vita Procli, quem alio nomine περὶ εὐδαιμονίας inſcripſit: & Choricii orationem funebrem à Photio laudatam, qua Procopii Gazæi vitam elegantiſſime narrat: quam brevi cum integra Procli vita ex Vaticano manuſc. publici juris faciam. Ad primum vero genus pertinent Plutarchi περὶ ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις, h.e. *de placitis Philoſophorum* libri quinque; eorumque epitome:

quæ nomine φιλοσόφου ἱστορίας inter Galeni opera extat: rectius autem Aetio Theodoreti teſtimonio tribuitur. eodem quoque referendi Xenophontis ἀπομνημονευμάτων, ſive *Socraticarum diſſertationum* libri quinque, & octo libri Διατριβῶν Epicteti ab Arriano ad Xenophontis imitationem ſcripti: & ejusdem ὁμιλιῶν ſive Διαλέξεων libri XII. quos Photius in Biblioth. & A. Gellius l. 1. cap. 2. & l. XIX. c. 1. tum Simplicius principio commentarii in Enchiridion Epicteti laudat: quorum quatuor tantum hoc tempore ſuperſunt. Ejusdem generis fuit Ariſtotelis συλλογὴ τῶν τοῖς Πυθαγορείοις δοκούντων, cujus teſtimonio Simplicius lib. 2. de Cœlo bis terve utitur, & Alexandri Polyhiſtoris liber de Symbolis Pythagoreorum, citatus à Cyrillo libro v. c. Julianum, & Xenocratis Πυθαγόρεια, quæ Laertius commemorat. Item Eudemi ἀστρολογικὴ ἱστορία qua expoſuit quid quisque in ea ſcientia inveniſſet: quam præter alios Simplicius ad 2. de Cœlo aliquoties citat; aliorumque ſimilia opera, quorum nunc non eſt commemorandi tempus. Illi vero qui de vita & dogmatibus clarorum virorum, eorumque operibus tractarunt, longe plurimi ab antiquis recenſentur: & ſuperſunt etiam nunc præſtantes aliquot in hoc genere ſcriptores, inter quos Herodotus, edito de genere & vita Homeri libro, principem locum meretur: extat etiam Plutarchi liber, quo decem oratorum Græciæ vitas complexus eſt. Longe autem celeberrimi ſunt Diogenis Laertii libri X. περὶ βίων, καὶ δογμάτων, καὶ ἀποφθεγμάτων τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ εὐδοκιμησάντων, & Heſychii Mileſii liber περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ διαλαμψάντων σοφῶν, quem Suidas vocat ὀνοματολόγον ἢ πίνακα τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαστῶν, & epitomen ejus ſuo operi inſeruit: id enim volunt ſequentia verba, ὃ ἐπιτομή ἐστι τούτου τοῦ βιβλίου, cui loco ſaniſſimo & integerrimo fruſtra Cl. Meurſius medicinam facere conatur: neque enim Heſychii librum recte Diogenis Laertii epitomen dixeris, cum ille non ſolum Philoſophos, ſed Grammaticos quoque & Rhetores, item poetas & hiſtoricos commemoret. Sed Suidam ea quæ illuſtrium virorum vitis ſuo operi inſerunt, magnam partem ex Heſychio transcripſiſſe non dubitabit qui utrumq; contulerit. Et oſtendit mihi ejusmodi πίνακας veteres manuſc. ex Suida collectos, aut potius à Suida tranſcriptos, Jacobus Sirmondus, vir ingenio & omnis eruditionis laude maximus. Extant præterea in hoc genere Philoſtrati libri VIII. *de vita Apollonii*, & Jamblichi libri duo priores *de vita & ſecta Pythagoræ*: quos brevi cum aliis duobus edam. quatuor enim duntaxat ex VII. ad nos pervenere. Et pertinent huc Porphyrii *de vitis Philoſophorum* libri IV. quorum primum nunc iterum in-

lu-

lucem profero; de quo opere paulo poſt accuratius agendum erit. Hujus quoque generis ſunt Suetonii libri duo *de Illuſtrium Grammaticorum, Rhetorumque vitis*: tum D. Hieronymi, & qui Hieronymum exceperunt, Gennadii, Iſidori, Ildefonſi, atque Sigiberti *Illuſtrium Scriptorum Catalogi*: quo etiam ſpectant XII. *Prophetarum vitæ* ab Epiphanio ſcriptæ: ut & Euthalii diaconi libellus *de vita & peregrinationibus B. Pauli*: aliique ſimiles, quos ſtudio omitto: cum mihi non niſi de Philoſophorum vitis tractare propoſitum ſit. *Iſidori Philoſophi vitam* à Damaſcio ſcriptam legit Photius, & Suidas: qui plurima inde excerpſerunt: & incerti auctoris fragmenta de vita Pythagoræ ex eodem Phothio Porphyrii libello ſubjunxi. Ariſtotelis quoque vitam incogniti autoris, cum J. Nunneſii commentario, ante aliquot annos in Belgio edidi. Eos vero Illuſtrium vitarum autores quos Athenæus, Diogenes, Suidas, aliique laudant, quosque temporum injuria nobis invidit, prolixum eſſet hic commemorare: ex quibus maxime celebrantur Ariſtoxenus, Callimachus, Hermippus, Ariſtocles Meſſenius, Sotion, atque ejus abbreviator Heraclides: tum citati à Porphyrio hoc libro Antiphon, Hippobotus, Neanthes Cyzicenus, ſimilesque alii. Cæterum ſi quis tria illa ſcriptorum genera inter ſe contendat, apparebit haud dubie, primum illud quod vitas tantum aut elogia complectitur, non tam ad narrationem fidemq; hiſtoricam, quam ad ſophiſticam ἐπίδειξιν comparatum eſſe: alterum quoqne quod dogmata & placita tantum recenſet, cum nihil fere πραγικὸν contineat, philoſophicum potius quam hiſtoricum eſſe dicendum: tertium vero illud proprie ad particularem hiſtoriam pertinere: quod & multo plus utilitatis ad ſolidam rerum cognitionem affert; cum non dogmata ſolum commemoret: ſed id quoq; præcipue oſtendat, unde & à quibus Græcorum ſapientes doctrinam ſuam hauſerint: dum peregrinationes eorum ad barbaras nationes, & longiorem cum iis conſuetudinem narrat: inde enim manifeſte apparet τὴ βαρβάρε φιλοσοφίας ἑλληνικὴ ὕλοπή· & univerſam gentilium ſapientiam ex Hebræorum & Chaldæorum fontibus derivatam fuiſſe, liquido perſpicitur: quod Cl. Alexandrinus Strom. V. & VI & Euſebius præp. evang. lib. X. prolatis Græcorum teſtimoniis abunde comprobarunt: quo ipſo Græcorum σεμνοφανεῖς καὶ σοφιστικὴ πρᾶξις, ut Euſebius vocat, & blaſphemæ adverſus religionem noſtram calumniæ prorſus convelluntur: & ſacrarum literarum fides atque autoritas adſtruitur: tum vero plurimorum errorum fontes ac principia, quos hæretici in Dei Eccleſiam invehere ſtuduerunt, detegantur. Philoſophos enim

plerorumque hæreticorum patriarchas non injuria à Tertulliano appellatos fuisse, non uno exemplo ex hoc Porphyrii libello probari potest: Nam duplex Pythagoreorum συστοιχία, quæ τὰς αὐτοκεφάλους τῶν ἐναντίων καὶ διακριτικῶν δυνάμεων συζυγίας complectitur, duo illa contraria Manichæorum principia haud dubie nobis peperit: quos alia multa à Pythagora mutuatos esse unius Epiphanii lectione satis superque constat: nam quod ille hær. 66. c. 9. Manetem docuisse scribit, carnibus vescentem, animam quoque devorare, & in animal illud mutari quod comederat; nonne id ex Pythagoræ ἀποχῇ derivatum; qui animantium esu abstinendum præcipiebat, διὰ τὴν ξυγγένειαν πρὸς, & quod omnes animas ὁμοειδεῖς crederet? cumque idem Pythagoras docuisset, animam divinæ auræ particulam ad inferiora prolapsam corpori velut carceri includi, & corporeæ affectionis vinculis captivam detineri: ex quibus nisi purgata recesserit, recidere eam in alia corpora: purgatam vero tandem ad cognata sydera, & cœlestem animarum chorum reverti: Manes eadem illa dogmata sua fecit, ut ex citato Epiphanii loco videre est. Asserebat enim animam Dei particulam, avulsam à Deo à principibus contrarii principii, captivam in corpus detrudi: & post transmigrationem sive transfusionem in quinque corpora, tandem per lunam atque solem ad beatorum regionem transmitti: quam μεταγωγὴν διὰ ἀφαιρέσεων animæ vocabant: quæ deliria Epiphanius c. 28. & 55. abunde refutat. Quibus affines sunt Origenis errores περὶ προϋπάρξεως τῶν ψυχῶν, quorum ἀφορμὰς atque ansam ex Pythagoræ & Platonis doctrina eum sumpsisse nemo philosophicæ historiæ peritus dubitat. Præterea, quod Porphyrius mare lacrymam appellatum à Pythagora prodidit, id omnino convenit cum Judæorum fabulis, qui Deum quotiescunque calamitatum Judaicæ gentis reminiscitur, duas lacrymas in mare oceanum effundere docent. Cumque Ægyptios Nilum, & Empedoclem mare terræ sudorem appellasse Proclus lib. 1. in Timæum, & Aristoteles Meteor. lib. 2. c. 3. testentur: quis non videt ex qua officina eorundem Manichæorum & Valentinianorum dogma prodierit: quos imbres principum materiæ sudores dixisse Irenæus & Titus Bostrensis lib. 1. atque Epiphanius hæresi 66. affirmant? quæ profana deliria à rustici illius Comici opinione parum differunt, qui cœlo pluente Jovem per cribrum mingere credebat: aut Poetarum fabulis, qui thermas Himerensium ex eo ortas finxere, quod Hercules devictis gigantibus sudorem isthic abluisset. Taceo enim de incantationibus, aliisque magicis præstigiis, quas cum Pythagora Basilidis atque Manetis sectatores

res

res communes habuere: ut & illa quæ de ſymbolica & myſtica docendi ratione, de ſilentio & exploratione diſcipulorum: tum quæ de ἀνεμφερείαις Hebræorum hoc opuſculo traduntur. De quibus nonnulla in notis hiſce attigi: alia ad uberiores in Jamblichũ obſervationes ſervo.

Cæterum cum integrum Porphyrii opus, quod temporum injuria nobis invidit, proferre non licuerit: ut jacturam, quam res literaria tam luculentæ hiſtoriæ interitu fecit, aliqua parte ſupplerem, placuit ea quæ de ipſius Porhyrii vita ſcriptisque hactenus apud varios auctores obſervavi, in unum colligere: & accuratius nonnulla ad examen revocare, quæ minus recte à clariſſimis noſtri ſæculi ſcriptoribus prodita videntur. Qua in re cum unicum illud mihi propoſitum habuerim, ut noſtro ſtudio ad ſacræ ac profanæ hiſtoriæ cognitionem, tum ad Pythagoræ ac Platonis Philoſophiam illuſtrandam nonnihil utilitatis accederet: facilem ab æquis judicibus veniam ſpero, ſi qua ab recepta magnorum virorum ſententia diſcedam: nec quisquam exiſtimaverit me vitio αὐθολκῆς, aut contradicendi ſtudio adverſus publicum totius orbis præjudicium, Chriſti hoſtem, & veritatis calumniatorem defendendum ſuſcepiſſe: cujus blaſphemias & ipſe toto animo deteſtor, & viro cætera maximo excidiſſe nollem: ingenii vero præſtantiam & philoſophandi ſubtilitatem cum ſanctiſſimis Eccleſiæ ſcriptoribus ſummopere me admirari fateor. Et ſi forte eorum auctoritate hujus ſcriptis invidiam declinare liceat, producam hoc loco aliquot ipſorum teſtimonia, quibus Porphyrii ingenium ac doctrinæ magnitudinem, tum operum ejus præſtantiam deprædicarunt: ut dum cum ipſis loquor, non niſi cum ipſis reprehendi & damnari poſſim. Et Euſebius quidem, qui Porphyrii blaſphemias XXX. libris refutavit, lib. 3. & 9. de præpar. Evang. in clariſſimorum Philoſophorum numero eum ponit, ſive ut ipſe loquitur, τῶν μάλιστα λογίων καὶ παρ' Ἕλλησιν ἀποδεδειγμένων. Eodemque modo Cyrillus, libro primo contra Julianum ait illum ob profanam eruditionem δόξαν σὺν ἀγλαΐᾳ, hoc eſt famam egregiam inter ſuos obtinere. Unde & Divus Auguſtinus libro ſeptimo de Civitate Dei, c. 25. *Philoſophum nobilem* illum appelat. quem libro 10. cap. 10 *doctiorem Platonicum*: & cap 32. *hominem non mediocri ingenio præditum*. alibi, *magnum gentilium Philoſophum*. libro autem 19. c. 22. *doctiſſimum Philoſophorum* vocat *quamvis* (inquit) *Chriſtianorum acerrimus inimicus*. Adeo ſanctiſſimi viri judicium nullo affectu præpediri potuit, quin eximiæ eruditionis laudem juratiſſimo hoſti tribueret. Boethius autem non minus ſan-

ctitatis & martyrii gloria, quam omnis sacræ ac profanæ philosophiæ cognitione celebris, quanti Porphyrium fecerit id vel ex eo apparet, quod libros ejus non solum legerit, sed Latine translatos iteratis commentariis illustaverit, ut ab aliis quoque iidem legerentur, tum quod in explicatione Aristotelis & universa philosophandi ratione unum Porphyrium cæteris omnibus se præferre, ac sequi testetur: ut eum maxime Porphyrii exemplo Platonicam doctrinam cum Aristotelica conjunxisse existimem, quod honorifica de ejus eruditione scriptisque testimonia, quæ passim apud Boethium extant, clarissime ostendunt. Libro in categor. ait se in exponendo Porphyrii sententiam secutum, *quod videbatur expeditior planiorque esse*. ita & lib. 1. majorum commentariorum in librum de interpretatione testatur se expositionem maxime à Porphyrio transtulisse. *hic enim*, inquit, *nobis expositor & intellectus acumine, & sententiarum dispositione videtur excellere*. & ad text. 2. *sed Porphyrius de utrisque acute subtiliterque judicat, & Alexandri sententiam magis probat*. & mox addit: *quocirca Alexander vel propria sententia, vel Porphyrii auctoritate probandus est*. lib. 2. text. 14. *multas confusiones multosque in orationibus errores hic locus optime intellectus, veraciterque perceptus sustulit: & hæc est expositio, quam nullus ante Porphyrium expositorum vidit*. & text. 21. ait Alexandri sententiam non quidem abhorrere à ratione, *sed Porphyrii esse meliorem*: additque eum *locum à Porphyrio diligenter esse expositum*. lib. IV. ad text. 46. improbata Hermini expositione ut nimis obscura, subjungit; *nos autem Porphyrium sequentes, eique doctissimo viro consentientes dicimus, &c.* & lib. V. textu 58. qui est de unitate enunciationum, cum dixisset multos ejus loci caligine confundi, ut digne exequi, & quod ab Aristotele dicebatur expedire non possent, allatis variorum explicationibus addit tandem: *Sed omnes hi nihil omnino intelligunt, sed est melior expositio quam Porphyrius dedit*. Atque hæc Sanctorum hominum testimonia adduxi, ne opera, quam Porphyrii scriptis restituendis atque illustrandis impendi, mihi fraudi sit apud eos qui contra veterum auctoritatem omnes ipsius libros, & imprimis quidem illos quibus vertendis & exponendis Boethius jam olim laborem impendit, à scholis ablegari, & ex manibus studiosorum excuti volunt; ut suppressa & deleta veterum memoria novas suas merces majori pretio venditent. Quibus saltem sufficere debebant clades illæ quas Gothorum & Saracenorum aliorumque barbarorum inundationes rei literariæ intulerunt. Sed nunc de vita scriptisque Porphyrii narrare aggrediar.

CAP.

CAP. II.

Porphyrii patria & genus: nomen vernaculum Malchus: ætas per annos digesta: Sicula commoratio. D. Augustini sententia de Porphyrio Siculo.

PORphyrius, ut quidem ipse in Plotini vita de se scriptum reliquit, patriam habuit Tyrum, nobilissimam & principem Phœniciæ civitatem. Idemque Eunapius & Suidas, sive ipsius fidem, sive publicum omnium consensum secuti, prodiderunt. Parentes illi haud ignobiles fuisse Eunapius affirmat. Et ipse in Plotini vita patris sui meminit, cum quo commune sibi Malchi nomen fuisse ait patria Syro-Phœnicum lingua: quod Græca βασιλέα, Latina regem significat, unde ex purpura, regiæ dignitatis insignibus, Porphyrii nomen Longinus præceptor ipsi fecit: quod Græcis auribus Malchi nomen insolens ac barbarum videbatur. Verba ipsius Porphyrii in Plotini vita hæc sunt: γέγραφεν ὁ Ἀμέλιος βιβλίον, ὃ ἐπέγραψε πρὸς (ita isthic est legendum) τὸ τὰ δόγματα τοῦ Πλωτίνου πρὸς τὸν Νουμήνιον διαφοράς· προσεφώνησε δὲ αὐτὸ Βασιλεῖ ἐμοί. Βασιλεὺς δὲ τοὔνομα τῷ Πορφυρίῳ ἐμοὶ προστῶ, κατὰ μὲν πάτριον διάλεκτον Μάλχῳ κεκλημένῳ· ὅπερ μοι καὶ ὁ πατὴρ ὄνομα κέκληκε. τοῦτο δὲ Μάλχου ἑρμηνείαν ἔχοντος Βασιλεύς, εἴτις εἰς Ἑλλάδα διάλεκτον μεταβάλλειν ἐθέλοι, &c. *Amelius librum composuit, quem inscripsit de differentia doctrinæ Plotini & Numenii: hunc librum mihi* Βασιλεῖ *hoc est, Regi nuncupavit, nam id nomen mihi Porphyrio erat: qui patria dialecto Malchus vocabar, quod nomen & patri meo fuit. at Malchi nomen, si quis in Græcam linguam transferre velit,* Βασιλέα *sive Regem significat.* & subjungit; Longinum sibi sub vernaculo nomine Malchi librum inscripsisse: Amelium Græca voce Βασιλέως uti maluisse. Idemque Eunapius hisce verbis in ejus vita refert: Μάλχος τοίνυν τὸν Σύρων πάλιν ὁ Πορφύριος ἐκαλεῖτο τὰ πρῶτα. τοῦτο δὲ δύναται βασιλέα λέγειν. Πορφύριον δὲ αὐτὸν ὀνόμασε Λογγῖνος, ἐς τὸ βασιλικὸν τοῦ ἐσθῆτος εὐδόκιμον τῷ προσηγορίαν ἐπιτηδεύσας. *Porphyrio nomen initio fuerat Malchus, quod Syrorum lingua regem sonat, sed detorta significatione ad purpuram, regium in vestimento insigne, Porphyrium, velutì purpureum nominavit Longinus.* Atque hinc intelligendus Suidas, quì omisso Malchi nomine, de solo illo Græco meminit: Πορφύριος, ὃς κυρίως

κυρίως ἐκαλεῖτο Βασιλέως, Τύριος Φιλόσοφος. *Porphyrius qui proprio nomine vocabatur Rex, Tyrius Philosophus.* Item Hesychius: apud quem hodie legitur, Μάκκος, βασιλέως· cum olim haud dubie scriptum fuerit, Μάλχος. Nam Malchum regem significare Hebræorum, & Syrorum dialecto, præter quam qnod notissimum est, testatur & D. Hieronymus in vita Malchi Eremitæ. *Erat illic quidam senex nomine Malchus, quem nos Latine Regem possumus dicere, Syrus natione & lingua,* & Amminianus Marcellinus l. 24. Assyriorum fluvium *Naar-malcha* commemorat, qui βασίλειος ποταμὸς Straboni & Ptolemæo, inter Tigrin & Euphraten. *Alia,* inquit, *fluminis pars Naar-Malcha nomine, quod fluvius regum interpretatur, Ctesiphontæ prætermeat.* Et Plinius lib. 6. cap. 26 *Ab Assyriis universis appellatum Armilchar* (potius Naar-Malcha) *quod significat regium flumen.* Cæterum Malchi nomen non infrequens fuisse Syris vel sacræ literæ testantur, quæ summi sacerdotis servum hoc nomine commemorant: Et Cleodemum nescio quem prophetam, cui & Malchi nomen fuit, ex Alexandro Polyhistore laudat Fl. Josephus, antiq. Judaic. lib. 1. cap. 16. qui Judæorum historiam ad exemplum Moysis conscripserat. Et Malchi ducis apud eundem mentio extat, lib. 1. de bell. Judaic. cap. 6. & 9. Et Eusebius lib 7. cap. 2. Malchum Martyrem Cæsareæ Palæstinæ passum refert. Malchum quoque Philadelphensem sophistam, rerum Byzantinarum scriptorem legit Photius, codice 78. quem falso idcirco Suidas Byzantinum credidit. Et Malchi Eremitæ vitam scripsit D. Hieronymus, cujus modo memini: ne infinita Hebræorum nomina ex veteris testamenti historiis proferam, quæ ex eadem voce deducta fuerunt.

Quod autem Malchi nomen Longinus cum altero illo Porphyrii commutavit, illi geminum gemellum est, quod narrat Julius Capitolinus, Clodio Albino, cum forte purpurea matris illigatus esset fascia, joco nutricis Porphyrii nomen inditum fuisse. Nec dissimile est illud, quod Græcorum Imperatorum liberis Πορφυρογεννήτων cognomen tribuebant: eo quod recens in lucem editi, velut paterni imperii hæredes, regia purpura involverentur. Quamvis alii id nomen iis impositum scribant à regia domo, quam Porphyram vulgo vocabant: qua de re ad secundam partem syntagmatis nostri Geographici uberius differendi locus erit. De ætate Porphyrii strictim Suidas refert, vixisse eum sub Aureliano, & perveniisse ad tempora Diocletiani. Quod ex Eunapio hausit: qui Porphyrii vitam in Galienum, Claudium,

um, Tacitum, Aurelianum & Probum Imperatores incidisse testatur. Verum cum ipse in Plotini vita diligenter annos ætatis suæ notet, & accuratam temporum servet rationem, operæ pretium fuerit pressius singula persequi, quæ usui nobis futura sint ad ea, quæ postea dicentur. Primum ergo de suo ad urbem & Plotini scholam adventu sic scribit: Τῷ δεκάτῳ ἔτει τῆς Γαλιήνου βασιλείας ἐγὼ Πορφύριος ἐκ τῆς Ἑλλάδος μετὰ Αντωνίου τοῦ Ῥοδίου γεγενώς, καταλαμβάνω αὐτὸν τὸν Ἀμέλιον ὀκτωκαιδέκατον ἔτος ἔχοντα τῆς πρὸς Πλωτῖνον συνουσίας. ᾧ ὁ Πλωτῖνος τῷ δεκάτῳ ἔτει τῆς Γαλιήνου βασιλείας ἀμφὶ τὰ πεντήκοντα ἔτη καὶ ἐνέα. Ἐγὼ ὁ Πορφύριος τὸ πρῶτον αὐτῷ συγγέγονα αὐτὸς ἂν τότε ἐτῶν τριάκοντα. *Decimo Galieni Imperatoris anno ego Porphyrius è Græcia una cum Antonio Rhodio Romam veniens, Amelium reperi XVIII jam annos familiariter Plotino usum. Plotinus autem decimo Galieni Imperatoris anno quinquagesimum nonum circiter ætatis annum agebat. Ego vero Porphyrius, cum primum huic adhæsi, triginta tunc annos impleveram.* Cum ergo decimus Galieni annus in CCLXIV. Christi incidat: subducta temporum ratione constat, Porphyrium natum fuisse anno decimo Alexandri, qui est annus Christi CCXXXIII. Cæterum cum decennio ante, h.e. vigesimo circiter ætatis anno prima vice Romam venisset, exiguum temporis spatium ibidem commoratus fuit, feriante tum à docendi munere Plotino. Cui cum secundo hoc adventu sese adjunxisset, integros quinque annos operam dedit: sexto demum ad Lilybæum Siciliæ profectus; ut Probum, virum insignem isthic degentem accederet. Fuit is XV. seu postremus Galieni annus, qui est a Christo nato CCLXIX. utrumque ipse his verbis testatur: *Plotinus nonum & quinquagesimum ætatis annum tum agebat. Ego autem & hunc ipsum annum & insuper quinque alios cum ipso versatus sum, quin etiam decennio ante Romam venerim, &c.* de profectione Sicula paulo post subjungit: *quo tempore in Sicilia degebam, quo pervenerim circa decimum quintum Galieni Imperatoris annum, Plotinus libros* v. *composuit.* Hæc eo diligentius ipsius Porphyrii verbis confirmanda duxi, quod Illust. Card. Baronius eum decem & octo annos Romæ Plotinum audivisse referat: id Porphyrio adscribens, quod Amelio tribuendum, ex loco superius producto apparet. Profectus autem fuit in Siciliam de consilio Plotini, qui atra bile laborantem eo ab urbe ablegavit. Hoc enim morbo adeo se percitum fuisse scribit, ut manus sibimetipsi inferre aliquando fuerit conatus, nisi amens propositum Plotinus sua prudentia impedijisset. Qua de re ipsum loquentem præstat audire;

dire: *Ego*, inquit, *quandoque me ipsum interimere cogitabam: quod mirabiliter ille persensit, mihique domi deambulanti protinus adstitit, aitque: studium istud propositumque meum nequaquam sanæ mentis esse, sed animi potius atra bile furentis. Itaque Roma abire me jussit. Huic ego obtemperans in Siciliam sum profectus, quod audirem Probum quendam, egregium virum, circa Lilybæum tunc degere. Quo quidem factum est, ut ab hoc animi proposito desisterem; sed interea impedirer, quo minus Plotino usque ad obitum ejus adessem.* Mortuus enim est Plotinus in Campania, triennio post Porphyrii discessum, ætatis anno LXVI. post secundum Claudii Imperatoris annum; qui est annus Christi CCLXI. quo tempore Porphyrius ad Lilybæum vivebat: ut ipse sub principium vitæ Plotini testatur. Atque hæc sunt quæ secundum distinctam annorum rationem ex ipsius Porphyrii scriptis colligere licuit. De reliquo vitæ tempore vix quidquam certi statuere possumus: quamdiu in Sicilia fuerit commoratus; quibus postea locis vixerit: nec quando vivere desierit. Proferam tamen quæ sparsim hinc inde collegi, atque unum sub adspectum ea proponam, quibus Porphyrii vita illustrari poterit. Ubi id quidem principio dicendum, quod Vincentius Lirinensis, & Eusebius ipsius Porphyrii testimonio prodiderunt, eum fere puerum Alexandriam ad Origenem audiendum profectum fuisse. Vincentii verba hæc sunt de Origene, cap. 1.23. *De cujus incredibili quadam scientia si quis referentibus nobis Christianum non accipit testimonium, saltem testificantibus Philosophis gentilem recipiat confessionem. Ait namque impius ille Porphyrius, excitum se fama ipsius Alexandriam fere puerum perrexisse, ibique eum vidisse jam senem; sed plane talem tantumque virum, qui arcem totius scientiæ condidisset.* Eusebius vero similem locum ex tertio libro contra Christianos adducit, libro sexto histor. Ecclesiast. cap. 19. ὁ δὴ τρόπος τῆς ἀτοπίας ἐξ αὐτοῦ, ᾧ καὶ γὼ κομιδῇ νέος ὢν ἔτι συνετύχηκα, σφόδρα δοκιμήσαντος, καὶ ἔτι δὴ ὢν καταλέλοιπε συγγραμμάτων δοκιμωτάτοις παρειλήφθω λόγοις. *Hujus autem absurditatis exemplum ab Origene sumatur, viro quicum mihi admodum adolescenti familiaritas intercessit*, &c. Unde miror Eunapium Origenem Porphyrii συμφοιτητὴν; sive condiscipulum vocasse, idque ipsius Porphyrii verbis, cum constet Origenem LXIX. annos natum, anno Christi CCLVI. qui fuit Galli & Volusiani XXII. vel XXIII. Cæterum cum Origenem, Philippo imperante, à sedente Fabiano Pontifice, Romam venisse Ecclesiastici annales testentur; puto non male colligi Porphyrium Alexandriam profectum fuisse, aut sub extremum Gordiani imperium

perium, vel primis Philippi annis, qui Gordianum imperio exuit; circa ætatis annum XIII. vel XIV. Id enim ea verba, κομιδῇ νέῳ ὢν ἔτι, indicare videntur. Carthagini quoque se vixisse testatur, lib. 3. de Abstinentia, ubi perdicem ab se educatum refert, adeo cicuratum, ut vocem humanam intelligeret, eidemque respondere conaretur. Atque eo ex Lilybæo ipsum trajecisse verosimile est. Athenis etiam aliquandiu versatum esse, ubi omnia sapientiæ studia, maxime autem divini Platonis doctrina tum florebat, ex alio ejus loco apparet, quem Eusebius lib. X. de præparatione inseruit, ex primo libro Philologicæ auscultationis: ubi Plotini natalem apud Longinum epulis celebratum refert, & sermones de autorum furtis inter convivas habitos commemorat. περὶ Πλωτίνειαν (inquit) ἐστιῶν ἡμᾶς Λογγῖνος Ἀθήνησι κεκλήκειν ἄλλους τε πολλούς, καὶ Νικαγόραν τὸν σοφιστὴν, &c. Unde videre est Porphyrium post obitum Plotini ex Sicilia eo commigrasse. Eunapius quoque post Siculam commorationem Romam eum rediisse, ac dicendi facultatem summa cum laude exercuisse testatur: ita ut Senatus populusque Romanus magno eum in pretio atque honore haberet. Ubi tandem in profunda senectute decessisse dicitur. Quibus & hoc addo, editam ab eo Plotini vitam circa septuagesimum ætatis annum: cum ibidem referat, se anno sexagesimo octavo ecstasi divina sive excessu mentis correptum fuisse: nisi ea melancholici cerebri potius commotio, aut dæmonis in angelum lucis transfigurati ludicrum phantasma, cum D. Augustino lib. 19 de Civ. Dei c. X. censenda sit. Fuit is annus Christi CCCI, Diocletiani Imperatoris XVIII. qui triennio post imperio sese abdicans Constantium habuit successorem. Sed cum Porphyrius dicto loco anni illius LXVIII. ut pridem elapsi meminerit; verisimile videtur, scriptam ab eo Plotini vitam in extrema senectute, & sub finem imperii Diocletiani. Nam illius tempora non excessisse Porphyrium recte ex Eunapio affirmat Suidas. Cujus autoritate neglecta, Illustriss. Ecclesiasticorum annalium autor multo longius, ad annum scilicet Constantini XXIII. atque ulterius vitam ejus producit, uti mox videbimus. In Sicilia cum alios libros plurimos, tum sceleratos illos contra Christianam religionem à Porphyrio scriptos testatur Eusebius lib. 6. hist. eccles. cap. 19. & post ipsum D. Hieronymus in catalogo illustr. script. ubi Eusebii opera recenset. Id sane non obscure colligi potest, vixisse eum aliquot annos in Sicilia, & quidem fama maxima. Nam & Longinus post Plotini obitum inde illum in

patriam evocat, & Plotini libros ad se mitti petit: tum D. Augustinus retractat. lib. 2. cap. 31. ob longiorem in insula commorationem alium ab hoc nostro Philosopho credidit fuisse *Porphyrium Siculum illum*, ut ait, *cujus celeberrima est fama*. Qua in re similis fere error est, nescio an Nicephori Callisti, an ejus interpretis, lib. V. cap. 13. ubi dictus Eusebii locus transscribitur. Nam cum Eusebius dicat, ὁ καθ' ἡμᾶς ἐν Σικελίᾳ κατοικὴς Πορφύριος, pro eo apud Nicephorum Porphyrius Siculus nunc legitur. Unde videre est eum in Siculo recessu magnum sibi & illustre scribendo nomen parasse: quod unius alteriusve anni spatio vix fieri potuit. Quin & Isagogen de quinque vocibus ad Chrysaorium in Sicilia ab eo scriptam affirmat Ammonius: cujus verba inferius suo loco à me producentur; quamvis ille aliam, & meo quidem judicio satis ineptam Siculæ profectionis causam afferat.

CAP. III.

Porphyrium in Sicilia contra Christianos scripsisse. Baronii sententia e Lactantio perpenditur. S. Methodius quando passus.

VErum Illustrissimus annalium conditor, contra quam Eusebius & Hieronymus, non in Sicilia, sed in Bithynia eum impiis suis libris Christianam religionem oppugnasse contendit: cujus sententiæ fundum habet Lactantii verba lib. V. de justitia, c. 2. quæ pressius considerare operæ pretium fuerit. Refert ille, eo tempore quo Diocletianus crudelissima persecutione contra Christianos sæviret, & Ecclesias veri Dei funditus subversas demoliretur, duos extitisse, qui blasphemam linguam Imperatorum furori commodarent, scripto religionem Christianam oppugnare aggressi: alter quidem Philosophus, alter judex. Neutrum tamen nominat: credo ne suis scripris ad posteritatis memoriam illorum nomina transmitteret, qui salutare JESU Christi nomen impiis suis libris oppugnare & extinguere studuerant. *Ego*, inquit, Lactantius, *cum in Bithynia literas oratorias accitus docerem, contigissetque eodem tempore ut Dei templum everteretur, duo extiterunt ibidem qui jacenti atque abjectæ veritati, nescio utrum superbius an importunius, insultarent: quorum alter antistitem se philosophiæ profitebatur: verum ita vitiosus, ut continentiæ magister non minus avaritiæ quam*

quam libidinibus arderet: in victu tam sumptuosus, ut in schola virtutis assertor, parsimoniæ paupertatisque laudator, in palatio pejus cœnaret quam domi; tamen vitia sua capillis & pallio, & quod est maximum velamentum, divitiis prætegebat: quas ut augeret, ad amicitias judicum miro ambitu penetrabat, eosque sibi repente autoritati falsi nominis obligabat; non modo ut eorum sententiam venderet, verum etiam ut confines suos, quos ædibus agrisque pellebat, à suo repetendo hac potentia retardaret. Hic vero qui suas disputationes moribus destruebat, vel mores suos disputationibus arguebat, ipse adversus se gravis censor, & accusator acerrimus, eodem ipso tempore, quo justas populus nefarie lacerabatur, tres libros evomuit contra religionem nomenque Christianum. Professus ante omnia Philosophi officium esse erroribus hominum subvenire, atque illos ad veram viam revocare, id est, ad cultus Deorum, quorum numine ac majestate, ut ille dicebat, mundus gubernaretur: nec pati homines imperitos quorundam fraudibus illici: ne simplicitas eorum prædæ ac pabulo fit hominibus astutis. Quibus multa de totius operis instituto atque argumento subjungit, quæ apud ipsum legi malo. Quinam ille fuerit, ait Illustrissimus annalium autor, quem Lactantius inter Philosophos hujus temporis sibi locum principem vindicasse dicit, nullos alius quem opinari possimus occurrit, nisi Porphyrius: qui inter Platonicos horum temporum excellebat; quem & adversus Christianam religionem commentarios edidisse exploratissimum est. Quamobrem ut quæ Lactantius tradit alicui alii adscribamus potius quam Porphyrio, nulla, inquit, est ratio. Sane cum cogito quam immani odio apud Christianos laborarint ii, qui bello adversus Christum suscepto inclarescere voluerunt, & quam detestabile istorum nomen Christianorum scriptis atque execrationibus evaserit: vix memoriam nomenque hujus Philosophi, quisque demum fuerit, intercidere potuisse arbitror: præsertim cum nudo & aperto, quod ajunt, capite, in infaustum hoc certamen descenderit. Tum vero quod omnium gravissime Christianos id tulisse testetur Lactantius, quod illo potissimum tempore id operis esset aggressus, quo furebat odiosa crudelitas; nec quisquam diræ persecutionis metu veritatis afflictæ patrocinium susciperet auderet. Quæ odium haud dubie auxerunt, ut mox respirante Ecclesia eo acrioribus animis in Christi hostem insurgerent; cum nullum in principum favore præsidium, nullum in aperto jam atque æquo certamine effugium reliquum esset. Exosum fuit Celsi nomen, quod primus ille Epicuri de grege porcus adversus exorientem veritatis lucem grunnire sordido ore ausus fuisset. Nec minor

invidia excepit alterum Christi hostem Hieroclem, qui ignorantiæ suæ deliramenta φιλαλήθης titulo inscripsit: ut fallaci illicio incautos irretiret. Julianus quoque Cæsar cum desertis religionis nostræ sacris, erroribus paganorum turgens τῷ Ἑλληνικῷ ὄφρυϊ stulte & arroganter adversus Christum sustulisset; & ne temere à veritate defecisse videretur, stylo eam suscepisset oppugnandam, quam gladio exscindi non posse retro seculorum experientia didicerat; impii & θεομάχου nomine æternum infamis evasit. Sed longe gravissima fuerunt odia adversus Porphyrium, contra quem universa Ecclesia Christi junctis viribus arma cepit. Triginta enim circiter scriptores Catholici blasphemias ejus refutarunt: si qua fides Fl. Lucii Dextri Chronicis. Et ipsi Imperatores suis edictis nomen ejus perpetuùm infame esse voluerunt.

Hæc omnia dum cogito, pedibus in illustrissimi Baronii sententiam discedere lubet: sunt tamen quæ non leviter me retrahunt. Primum quidem Eusebii & D. Hieronymi autoritas, qui eum in Siculo secessu adversus Christianos scripsisse distertim testantur. Eusebius enim dicto loco ait, ὁ καθ' ἡμᾶς ἐν Σικελίᾳ καθεζόμενος Πορφύριος συγγράμματα κατ' ἡμῶν ἐσπούδαζεν. & D. Hieron. refert Eusebium edidisse *contra Porphyrium, qui eodem tempore scribebat in Sicilia*, libros XXX. Tum librorum numerus non convenit: XV. enim, non solum III. edidit, ut Hieronymus & Suidas testantur: tum vero inprimis temporum vitæq; ratio: nam nec ætas, nec vitæ Pythagoricæ institutum cum iis convenire videntur, quæ Lactantius de Asiatico illo Philosopho prodidit: nam cum ἀκμὴ persecutionis Diocletiani, & Ecclesiarum demolitio, cujus Lactantius dicto loco meminit, in annum Christi CCCII. incidat. qui fuit XIX. imperii Diocletiani, LXIX. ætatis Porphyrii; aliorum ego judicii facio, an ea quæ de libidinibus, de luxu, de assentatione & parasitismo aulico Asiatici illius Philosophi Lactantius refert, seni decrepito conveniant: ei præsertim qui siccum & sobrium Pythagoricæ vitæ institutum semper fuerat sectatus, quod diligentissime ab ipso servatum libri περὶ ἀποχῆς ad Firmum Castricium scripti, abunde probant: neque enim amico intimo, & fraternæ necessitudinis vinculo sibi conjuncto eam vitæ & Philosophandi rationem tam operoso volumine suasurum fuisse existimo, si ipse eam neglexisset: nec quisquam veterum, quod quidem ego observarim, hujusmodi quid Porphyrio objicit: quem rabidum, furiosum, impium, blasphemum, veritatis & DEI hostem Eusebius, Hieronymus, Augustinus, aliique perpetuo cognominant: qui nullam

nullam ejus exagitandi materiam anſamque prætermiſerunt. Et quamvis non ignorem plerosque Philoſophos aliter diſſeruiſſe in ſchola, aliter domi vixiſſe: de Porphyrio tamen cur ſecus exiſtimem, cauſſam hanc potiſſimum habeo, quod eo ipſo tempore, quo Lactantius Aſiaticum illum Philoſophum luxu & libidine obrutum contra Chriſtianos ſcripſiſſe ait, Porphyrius parco & ſobrio victu animum à corporis contagione purum, & à ſenſuum communione abductum, ad vitam ſecundum mentem extollere ſtuduerit: quod quidem ea manifeſte teſtantur quæ ſexageſimo octavo ætatis anno ſibi contigiſſe in Plotini vita retulit. Accedit ingens ille librorum atque commentariorum numerus, quibus procudendis vitam omnem impendit: adeo ut extrema adhuc ſenectute Plotini ſcripta emendata, & concinno ordine digeſta publicarit. Taceo quod ipſa ætas haud exiguam reſpondendi materiam præbere, & delirii ſuſpicione irrideri potuiſſet. Sed illud mihi argumentum omnium graviſſimum videtur, quod Methodius Patarenſis Epiſcopus Tyrius, qui nitidi compoſitique ſermonis libros adverſus Porphyrium confecit, ad extremum perſecutionis Diocletiani, ſive ut alii affirmant ſub Decio & Valeriano, martyrio coronatus ſit: hæc enim D. Hieronymi verba ſunt de ſanctiſſimo viro. Atque ut poſterior illa opinio, de conſummato martyrio ſub Decio, manifeſte falſitatis convinci poteſt ex eo, quod Decio imperante Porphyrius, quem Methodius refutavit, vix viceſimum ætatis annum attigiſſet, & poſt XVI. integros annos demum in Siciliam profectus fuerit; ita poſterior illa aperte oſtendit, ante prædictum XIX. annum Diocletiani, & Porphyrium ſuas blaſphemias edidiſſe, & Methodium iisdem reſpondiſſe: cum Lactantius Chriſtianos temporis gratia conticuiſſe diſertim affirmet: quod nemo illum dicturum fuiſſe exiſtimaverit, ſi Methodius tum ſolus communem Eccleſiæ cauſſam defendendam ſuſcepiſſet. Nec reticuiſſent Euſebius atque Hieronymus, diligentiſſimi harum rerum obſervatores. Quis vero D. Auguſtinum rerum Eccleſiaſticarum adeo vel imperitum vel immemorem fuiſſe exiſtimet; ut cum lib. X. Civit. Dei cap. 32. Porphyrium eo tempore vixiſſe dixiſſet, quo Diocletianus crudeliſſima perſecutione Eccleſiam Chriſti oppugnabat; nec tot martyrum conſtantia ad veritatis viam agnoſcendam permotum doleret; id tam opportuno loco omitteret, Porphyrium eo ipſo tempore furentem imperatoris animum impiis ſuis libris adverſus innocentes Chriſtianos vehementius concitaſſe, & veritati armis oppreſſæ importuna inſultaſſe, protervia: quo nomine Lactantius Aſiaticum illum Philoſophum maxime

xime accuſat? Ego D. Auguſtini verba apponam, ut eo facilius quisque judicare poſſit. Ille enim cum ſub principium capitis ſcripſiſſet, Porphyrium libro 1. de regreſſu animæ dixiſſe: *Nondum receptam unam quandam ſectam quæ univerſalem viam animæ contineat liberandæ:* ſubjungit deinde, *Quænam iſta eſt univerſalis via, niſi quæ non ſuæ cuique genti propria, ſed univerſis gentibus quæ communis eſſet, divinitus impertita eſt? quam certe iſte homo non mediocri ingenio præditus, eſſe non dubitat: providentiam quippe divinam ſine iſta univerſali via liberandæ animæ genus humanum relinquere potuiſſe non credit. Neque enim ait non eſſe; ſed hoc tantum bonum, tantumque adjutorium nondum receptum, nondum in ſuam notitiam eſſe perlatum. Nec mirum, tunc enim Porphyrius erat in rebus humanis, quando iſta liberandæ animæ univerſalis via, quæ non eſt alia quam religio Chriſtiana, oppugnari permittebatur ab idolorum dæmonumque cultoribus, regibusque terrenis, propter aſſerendum & conſecrandum martyrum numerum, hoc eſt, teſtium veritatis: per quos oſtenderetur omnia corporalia mala pro fide pietatis & commendatione veritatis eſſe toleranda. Videbat ergo iſta Porphyrius, & per hujusmodi perſecutiones cito iſtam viam perituram, & propterea non eſſe ipſam animæ liberandæ univerſalem putabat: non intelligens hoc quod eum movebat, & quod in ejus electione perpeti metuebat, ad ejus confirmationem, robuſtioremque commendationem potius pertinere.* Nonne certiſſimis rationibus ex hoc loco colligitur, vel Porphyrium poſtremæ illius perſecutionis tempore non ſcripſiſſe: vel ſupinam D. Auguſtini fuiſſe ignorantiam aut oblivionem, qui tali loco rem tantam præteriret?

CAP. IV.

Porphyrii vitam non recte produci ad Conſtantinum. M. Publius Optatianus Porphyrius Poëta cum Porphyrio Philoſopho confuſus. Britannia fertilis tyrannorum provincia. Conſtantini edictum explicatum.

VErum de hiſce libera cuique per me ſentiendi poteſtas eſto, donec veritas aliorum ſtudio diligentius limata, ex antiquitatis tenebris clarior eluceſcat. Sed in eo ſummo viro non temere aſſentiendum exiſtimo, quod contra Eunapii atque Suidæ fidem Porphyrii vitam usque ad XXIII. annum Conſtantini Magni producit: tum in iis quæ de exilio

exilio & palinodia ejus prodidit : quæ eruditissimorum hominum animadversiones ac censuras non effugere. Sed præstat ea hic apponere, quæ ad annum Christi CCCXXV. ecclesiasticæ historiæ princeps scribit. *Quod ad Porphyrium spectat, qui adversus Christianam religionem tot tantasque blasphemias effutisset, & ipsum Imperatorem contumeliis proscidisset, cum inter alia, quod testatur Gildas, dixerit in ipsius odium, Britanniam fertilem tyrannorum provinciam esse ; dignam laboribus mercedem eum recepisse Constantinus cum tradat : non tantum quod libri ejus fuerint incendio condemnati ; sed & quod exilio multatus sit : id affirmasse videtur, ac plane insinuat, eundem Porphyrium adhuc, eo tempore quo hæc contra Arium scribebat, fuisse superstitem : quem ex testificatione S. Hieronymi abhinc post triennium, nempe anno XXIII. ejusdem Constantini Imperatoris, misso ad eum insigni, ut ait, volumine, ab exilio liberatum apparet.* In quibus verbis docti viri jam pridem monuerunt Porphyrium philosophum confundi cum Publio Optatiano Porphyrio Poëta, Christiano quidem, sed cætera nugacissimo : nam de illo D. Hieronymum loqui testatur panegyricus ad Constantinum Augustum, qui adhuc supereſt. Et ne quis dubitandi locus relinquatur, apponam Poëtæ exulantis versus, quibus Thaliam suam in præfatione alloquitur.

Hic trepido pede tecta petis venerabilis aula ;
Horrida quo nimium sit tua mundicies ;
Hos habitus vatis præsentia fata merentur ;
Vix locus hoc saltem præbuit unde venis.
Suppliciter tamen ire potes, dominumque precari :
Squalor & hæ sordes conveniunt miseris.
Cum dederit clemens veniam, natumque laremque
Reddiderit, comptis ibis & ipsa comis.

Nec minus in eo hallucinari videtur, quod ex Gilda Britanno Porphyrium de Constantino Imperatore contumelioſe locutum, atque eam ob causam exilio damnatum fuisse colligit ; cum potius contrarium ex Gildæ verbis evincatur. *Igitur nunc omittens*, inquit, *priscos communesque omnibus gentibus errores, nec enumerans patriæ portenta ipsa diabolica pene numero Ægyptiaca vincentia, & tacens vetustas immanium tyrannorum annos, qui aliis longe positis regionibus vulgati sunt : ita ut Porphyrius rabidus orientalis adversus Ecclesiam canis dementiæ suæ ac vanitatis stylo hoc etiam adnecteret ; Britannia*, inquit, *fertilis provincia tyrannorum.* Quid quæso

hic de Conſtantino, aut Conſtantini ævo ? cum diſertim de iis temporibus loquatur, quibus Britanni nec Romani Imperii potentiam, nec Chriſtianæ religionis veritatem agnoverant. Atque aliter haud dubie ſenſiſſet Vir judicii maximi, ſi D. Hieronymi locum, unde Gildas Porphyrii verba tranſcripſit, obſervaſſet: quem ex libro ad Cteſiphontem adverſus Pelagianos adſcribendum duxi. *Et ad extremum, quod ſolet nobis objicere contubernalis veſter Porphyrius: qua ratione clemens & miſericors Deus ab Adam usque ad Moyſen, & à Moyſe usque ad Chriſti adventum, paſſus ſit univerſas gentes perire ignorantia legis & mandatorum DEI. Neque enim Britannia fertilis provincia tyrannorum, & Scoticæ gentes, omnesque usque ad Oceanum per circuitum barbaræ nationes Moyſen Prophetasque cognoverunt.* Annon luce meridiana clarius, nihil hic in Conſtantinum dici: ſed ea deſignari tempora, quæ Chriſti adventum, & Romani Imperii propagationem ad Britannos præceſſerunt ? Nec de Porphyrii mente dubitare nos ſinit, quod eadem quæſtio ex Porphyrii libris contra Chriſtianos deſumpta D. Auguſtino inter alias propoſita fuit: cui ille fuſe reſpondet Epiſt. XLIX. ad Deo gratias.

Cur autem Britanniam fertilem tyrannorum provinciam Porphyrius appellarit, id C. Taciti graviſſimi autoris verba de Britannis in Julii Agricolæ vita docent: *Olim*, inquit, *regibus parebant; nunc per principes factionibus & ſtudiis trahuntur. nec aliud adverſus validiſſimas gentes pro nobis utilius, quam quod in communi non conſulunt.* Et Strabo libro IV. autor eſt, apud Britannos δυναστείας fuiſſe: & plerosque Dynaſtarum Cæſarem legationibus officiisque coluiſſe. quæ ex IV. libro commentariorum de bello Gallico cognoſci poterunt: ubi Cæſar ipſe expeditionem ſuam Britannicam narrat. Neque hoc ſæculo tyrannicæ familiarum factiones, apud Scotos præſertim & Hibernos exoleverunt; ſed ut quisque nobilium vel genere illuſtrior eſt, vel manu promptior, ita facilius ſubditos ac clientes plurimos in ſtudia partesque ſuas, ſæpe etiam regibus ipſis periculoſas, pertrahit. Ex hiſce jam ſatis apparet quid de Conſtantiniani edicti explicatione ſentiendum: quo Illuſtriſſimi ſcriptoris ſententiam minime ſtabiliri facile agnoſcet, quisquis edictum ipſum inſpexerit. Nam cum principio Imperator ſcripſiſſet; *Porphyrium religionis hoſtem pravis quibusdam commentariis contra pietatem ſeditis dignam invenisſe mercedem*; ne quis de exilio aliove ſupplicii genere explicaret, ipſe ſubjungit: *ac talem, ut ipſe quidem infamis apud omnem poſteritatem maximo opprobrio & dedecore complecteretur: impia autem ejus ſcripta plane delerentur.* annon manifeſtum eſt, nihil aliud Imperatori

peratori propositum fuisse, quam ut publico edicto eandem probrosi nominis infamiam Ario ejusque sectatoribus inureret, qua Porphyrium flagrare videbat; & pari exemplo, quo Porphyrii libros extinxerat, impia eorum scripta supprimeret? Quod egregium piissimi Imperatoris factum dein Theodosius imitandum sibi duxit: qui simili lege Nestorii sectatores invidioso nomine Simonianos, à Simone mago appellari voluit; ut cujus scelus fuerant in deserendo Deum imitati, ejus vocabulum jure viderentur sortiri, l. 6. C. de hæret. & Manich. Hæc accuratius explicare volui, quod nonnullos temere & ἀβασανίστως Baronianam sententiam amplectentes affirmare videam, Porphyrium Dei spiritu afflatum, tandemque ad fidem conversum, instar Sauli Tarsensis Jesum verum Deum agnovisse. *Quem utinam cognovisset,* (utar enim D. Augustini voto) *eique se potius quam vel suæ virtuti, quæ humana, fragilius & infirma est: vel perniciosissimæ curiositati sanandum tutius commisisset.* Quæ sanctissimi Patris de hoc Philosopho verba sunt libro X. de Civ. DEI cap. 27.

CAP. V.

Porphyrium non Judæum, sed Phœnicem fuisse: cur Batanæotem D. Hieronymus vocarit: variæ in eum locum conjecturæ.

NEc forte absre fuerit, aliam maximi scriptoris sententiam de Porphyrii patria & genere hoc loco expendere: novam quoque illam, & adversus constantem omnium autorum fidem deductam ex obscuro quodam D. Hieronymi loco. In quo tamen facilius quid falsum sit convincere possum, quam quid verum affirmare. D. Hieronymi verba sunt in præfatione commentariorum in epistolam ad Galatas: *quod nequaquam intelligens Batanæotes & scelestus ille Porphyrius in primo operis sui adversus nos libro, Petrum à Paulo objecit esse reprehensum.* Ex quibus Illustriss. Cardinalis contendit Porphyrium non Phœnicem, sed Judæum; non Tyrium, sed Batanæotem fuisse; natum Batanææ, quæ Judææ civitas est, XV. miliaribus à Cæsarea Palæstinæ, aquarum calidarum celeberimis fontibus celebris. Sed quod patriæ generisque eum tæderet, falso & impudenter mentitum fuisse Phœnicium, quo & olim & nunc quoque vulgo censetur.

Nec forsan à vero abhorrere hæc sententia videbitur ei qui cogitet, D. Hieronymum complures annos in intima Judæa cum Judæis eruditis familiarissime vixisse, eorumque opera multa ab ipso perquisita, multa cognita fuisse, quæ ab aliis nullo modo sciri potuere, διὰ τὸ ἀκοινώνητον καὶ ἄξενον ejus nationis. addo & illud, quod Socrates ex Eusebio prodidit, Porphyrium principio Christianum, odio Christianorum, à quibus Cæsareæ Palæstinæ gravius fuerat reprehensus, quàm impotenti animo ferre posset, religionem nostram deseruisse. Id enim leve ac desultorium ingenium arguit, cui ἀποστασία & παράβασις non insolens fuerit. Quibus & tertia ratio accedit, quod Moysen Prophetam citet in libello de antro Nympharum, & libro 2. & 4. de abstinentia, de Judæorum institutis sectisque ex Theophrasto & Flavio Josepho multa referat. Verum multo plura sunt & validiora quibus contrarium evinci videtur. Nihil enim dico, quam effrons illa fuerit impudentia hominem genus patriamque mentiri. Facile concesserim potuisse id fieri ab eo, qui animum frontemque adversus Deum & veritatem ipsam obduraverat; metus saltem infamiæ eum deterruisset, cum mendacium nequaquam posset latere: quod ex maxima Phœniciæ civitate plurimi & Alexandriam & Romam quotidie commigrarent, quorum indicio fraus facile detegeretur. Idque eo magis, quod & ipse patrem Tyrium nominet; & Eunapius eum non ignobili genere apud suos ortum testetur. Et quomodo latere potuit, qui tanta eruditionis & sapientiæ fama inclaruerat? & ut alios latuerit; qui potuit Longinum, Jamblichum, aliosque Syros, qui cum eo versabantur? Ipse Longini epistolam vitæ Plotini inseruit, ex Phœnicia ad se scriptam, qua ex Sicilia evocatur: ubi Longinus Tyri patriæ ejus meminit. Vivebat eodem tempore in Phœnicia Amelius, condiscipulus Porphyrii. An eos & patriæ & genus amici ementitum latere potuit? quem tamen ipsi constanter in suis scriptis Tyrium vocarunt. Et cum Libanius Sophista Syrus, oratione funebri in Julianum Imperatorem, Porphyrium *Tyrium senem* honoris causa appellasset; Socrates tamen qui lib. 3 hist. Eccles. cap. 23. ea Sophistæ verba conquisitis rationibus verbisque operose confutat, de patria nullam ei litem movet. Et quis credat, eum in tanto contradicendi studio prætermissurum fuisse illud, unde Tyrii senis nomen gravi infamia aspergi poterat: si quid tale vel scripto vel fando proditum accepisset? nec neglexisset Suidas, qui ea quæ ad gentilium Philosophorum irrisionem spectant, diligenter undique transcripsit; taceo enim quod Eusebius non uno loco in libris de præparatione & demonstra-

tione

tione Evangelica, eum gentilem & gentilium magistrum ac Theologum appellat. Cæterique Patres cum Porphyrii calumnias sæpe cum Judæorum blasphemiis comparent, nemo tamen commune cum illis genus ipsi fuisse scribit. Quod invidiæ augendæ, & impiis contra Christum objectionibus refutandis maxime profuisset. Christianam religionem eum vel serio amplexum fuisse, vel saltem non aversatum facile crediderim, qui puer Originem Alexandriæ audierat, clarissimum Christianæ religionis lumen. Præsertim cum præter Socratis atque Nicephori autoritatem, D. Augustinus lib. 10. de Civ. Dei c. 28. disertim affirmet, illum vanæ scientiæ tumore inflatum à saluberrima Christi humilitate resiliisse. Atque esto. Quis vero hinc ostendet eum à Judaismo ad Christianismum transiisse? Nec majoris momenti sunt illa de petitis ex Moyse & Fl. Josepho testimoniis. Cum quidem eo loco Moysen non suis, sed Numenii verbis citet: quem in Prophetæ lectione versatissimum fuisse, testantur cum alia plurima ejus loca, apud Eusebium de præparatione Evang. & Theodoretum in Θεραπ. tum præsertim nobile illud dictum τί γάρ ἐστι Πλάτων, ἢ Μωσῆς ἀττικίζων; Et demus Moysen μεσηγενῶς ab ipso citatum: quid inde huic opinioni probandæ effici poterit? cum in confesso sit ejus sæculi Philosophos ferme omnes sacras literas legisse. Nam & Longinus Porphyrii præceptor, libro περὶ ὕψους, ex eodem principio Geneseos locum adducit cum honorificentissima Prophetæ mentione. Sed frustra hujusmodi ratiunculis pugnamus, cum certum sit, Porphyrium non Moysen solum, sed universam sacram scripturam legisse, & quidem diligentissime: eo fine, ut falsam & incertam ostenderet divinorum oraculorum fidem: quod Eusebius in libris de præparatione non uno loco, & Theodoretus serm. 7. Θεραπ. testantur. Ea vero quæ in libris de abstinentia de Judæis affert, liquido ostendunt, ipsum nihil proprio usu & experientia de eorum rebus compertum habuisse. Ita enim aliena fide nititur, ut hospitem in peregrino solo versari nemo non videat. Et Eusebius id agnoscit, qui prolatis inde Porphyrii locis lib. 9. περιπαρ. subjungit: ταῦτα μὲν ὁ Πορφύριος ἐκ παλαιῶν, ὡς εἰκὸς, ἀναγραφάτων τὴν τῶν ἑλληνίζων ἀνδρῶν εὐσέβειά τε ὁμοῦ καὶ φιλοσοφίαν ἐμαρτύρησεν. *Hæc Judæorum religioni ac sapientiæ testimonia Porphyrius ex antiquorum lectione, ut apparet, hausta perhibuit.* Ecquis Eusebium tam commodo loco tale quid præteriturum fuisse existimet? sed quam medicinam D. Hieronymi verbis faciam non facile perspicio. Equidem haud temere in veterum scriptis quidquam mutandum existimo, si sensus ut-

cunque erui possit, Ideoque animum in varias partes vertenti id primum occurrebat, inter loca quæ in divisione terræ sanctæ in sortem tribus Aser cecidérunt, Josuæ 19. v. 25. recenseri Beten, sive vicum, sive oppidum: quod recentiores Palæstinæ descriptores inter Ptolemaidem & Tyrum collocant. Hanc forte Porphyrii patriam à D. Hieronymo creditam fuisse suspicabar, & maluisse Porphyrium à vicina urbe celeberrima potius quam ab ignobili loco cognomen patrium assumere: quod Virgilium & Livium clarissimos autores fecisse scimus. Nullas tamen rationes excogitare potui, quibus id mihi persuaderem. Nam Eusebius libro de nominibus locorum in sacra scriptura, brevi à nobis edendo, sic scribit : Βατναὶ (ita enim ille hunc locum vocat, non Baten, ut Hebræorum fontes, & vulgata editio) Φυλῆς Ἀσήρ. καὶ νῦν καλεῖται κώμη Βεβετὴν, ἀπὸ ὀγδόου σημείου Πτολεμαΐδος εἰς ἀνατολάς, & D. Hieronymus ejus interpres : *Batnæ : in tribu Aser. Et nunc appellatur vicus Bethbeten in octavo milliario Ptolemaidis contra Orientem.* Unde Eusebii & ipsius Hieronymi autoritate cognoscimus, locum pristinum nomen eo tempore perdidisse : nec potuisse Porphyrium à Batnis, vel Βεβετὴν, seu Bethbeten, Batanæotem appellari. Taceo enim quod locus obscurus fuerit, quem Sacræ literæ unico tantum loco commemorant, cæteris omnibus ignotum. Et si patriam Porphyrii fuisse demus : quid quæso probri ex ejus commemoratione ? aut si Hieronymus probri loco objiciat : cur non pluribus verbis exagitavit rem paucis aut nulli cognitam ? Inde aliud mihi incidit, quod sensus loci ultro suggerere videtur. Batanæotam per convicium atque opprobrium fuisse appellatum : & licet hactenus nihil tale observarim, nomen hoc forte aliqua infamiæ nota ex gentili probrosum apud antiquos evasisse: ut Sodomitarum, ac Capernaitarum, aliaque in sacris literis : adeo quidem ut nemini dubium sit, si quem dictis nominibus appellem, non patriam me exprobare, sed vel impietatis, vel ἀλογίας crimen. Nec desunt exempla apud profanos autores, qui stolidos ac stipites Abderitas, fabulosos nugatores Bergæos, impios Melios, impostores Ægyptios, mendaces Cretenses appellarunt. Sed cum neutrum mihi satisfaceret, tandem manusc. Vaticanos consului, ut Sibyllæ folia ; quæ tamen ex incerto incertiorem me dimiserunt. Cum alii eo loco *Bethaniotes* alii *Biothaniotes* legant: neque ulla sit major varietas, quam quod alii adspiratam literam addant, alii omittant. Hic ad conjecturas confugienti nihil commodius occurrebat, quam ut levi mutatione legeretur : βιοθάνατος & *scelestus ille*

Por-

Porphyrius. Cum nec D. Hieronymum à Græcorum vocabulorum uſu abhorrere conſtet; & ipſe Porphyrius in Plotini vita teſtetur, ſe animum furore & atra bile percitum violenta morte ex corpore educere voluiſſe. Hoc enim maximum impiæ temeritatis argumentum, & plane furioſæ mentis ſignum: quod non ſolum ſanctior noſtra religio, ſed ipſa quoque illa Philoſophia quam profitebatur, & rectæ rationis uſus damnat atque averſatur. Quod ſi minus hæ conjecturæ cuiquam arriſerint; addam & tertiam Cl. Jacobi Sirmondi S. J. Theologi, viri eruditione & judicio maximi: qui peramanter ſuam de hoc loco ſententiam mihi expoſuit: ita tamen ut haud invitum ſe cum meliori eam commutaturum oſtendat. Is forte βαλανεώτης ab Hieronymo ſcriptum fuiſſe conjicit: hoc eſt, ut Suidas exponit, ὠθείσῃ καὶ πολυπράγμων. Sed licet non abs re id ἐπώνυμον Porphyrio tribui poſſe videatur, & cum ſcelerato quod ſequitur non inepte congruere, ego tamen, inquit, Porphyrium, etſi dæmonem e balneo fugaſſe dicitur, βαλανεώτην dictum, niſi veteres libri doceant, non facile credam. Hæc fuſius de loco obſcuro expoſui, non quod ſummæ eruditionis viro contradicere ſtuduerim, aut maximis ejus in Eccleſiam DEI meritis quidquam detractum velim: cujus piiſſimos manes toto animo veneror: ſed ut acutioribus ingeniis cogitandi materiam proponerem. Et ſane magno me beneficio ſibi habebit devinctum, qui in re obſcura certam aliquam lucem extulerit. Verum longius me à propoſito abduxit ſingula excutiendi amor. Nunc cætera ordine perſequar.

CAP. VI.

Veri Philoſophi notæ. Porphyrius proprie φιλόσοφος dictus. Ejus ingeniam, & Philoſophandi ratio. Platonis atque Ariſtotelis doctrina ab Ammonio expurgata. Porphyrii præceptores & diſcipuli. Suidæ hac de re errores.

THemiſtius ea oratione, quam βασανιστὴν, ſive *exploratorem* vocant, philoſophum ex Platonis mente deſcripturus, notas aliquas poſuit, quam typos, ſymbola, γνωρίσματα, & βασανιστήρια appellat: quod illarum beneficio verum ac genuinum philoſophum explorare, & à ficto atque adulterino diſcernere liceat: quas Alcinous quoque ex libro VI. de rep. introductioni ſuæ Platonicæ præmiſit. Hoc Platonico examine adhibito nos quoque diſpiciemus, quid de Porphyrii ingenio

&

& philoſophandi ratione ſentiendum: & utrum jure merito antiquitas eum in principum philoſophorum numero collocarit. Et primo quidem Plato philoſophos non minus quam Homerus reges, Διογενεῖς καὶ διοτρεφεῖς eſſe voluit: nec niſi ex ſacro connubio, hoc eſt, ex parentibus optimis & legitimo genere natos ad arcana ſapientiæ myſteria admittendos cenſuit: ut ſua illis revererentia ac majeſtas conſtaret: ne in vulgus profanum propalata vileſcerent, & ſordidis ingeniis, tanquam vaſis impuris commiſſa, inquinarentur. Hanc probi ac legitimi generis notam Porphyrio, quantum licuit, ſuperiore diſputatione vindicavimus. Quamvis parum de ingenii ac ſapientiæ laude decederet, etiamſi aliena illa deeſſent: cum Pythagoras & Socrates, atque ipſe etiam Plato, ſervos & barbaros, ingenio præſtantes, ad philoſophiæ adyta admiſerint. Verum ingenii acumen ac docilis ſolertia, & memoria depoſiti tenax, cæteraq; animi dotes, quas εὐφυΐας ſive εὐμοιρίας nomine Platonici complectuntur, adeo ſunt neceſſariæ; ut fruſtra quis ad præclaram ſapientiæ laudem adſpiret, & ambitioſum Philoſophi nomen affectet, ſi hiſce deſtituatur adminiculis: ſine quibus animus nequaquam ad cœleſtium rerum perveſtigationem, & ad ſupremi ac beatiſſimi illius entis contemplationem elevari poieſt: quod ab erroneo materiæ fluxu ſecretum, ſubductumque à ſenſibus ſolo intellectu cognoſcitur. Atque hac ingenii præſtantia neſcio an quisquam veterum (Principes illos philoſophorum ſolos excipio) cum Porphyrio comparari queat. Et ſcripta, quæ ex plurimis pauca ſuperſunt, ſublimis ingenii acumen, & egregiam philoſophandi rationem teſtantur. Et conſentiens antiquitatis judicium id confirmat: quæ in tanta philoſophantium turba Philoſophi cognomen uni Porphyrio proprium ac peculiare tribuit. Neque enim noſtro duntaxat, aut patrum noſtrorum ſeculo curioſa hominum ambitio in doctorum titulis excogitandis cœpit luxuriari: ſed melior antiquitas unumquemque Philoſophorum illuſtri aliquo cognomine diſtinxit. Nam ut Pythagoram Philoſophum, ſapientem Socratem, divinum Platonem, Ariſtotelem dæmonium, magnum Hippocratem, aliosque majorum gentium ſapientes taceam; aurea illa recentiorum Platonicorum catena, ut Damaſcius eam vocat, ſimili nominum varietate à Proclo aliisque poſterioribus ornatur: qui Ammonium θεοδίδακτον, Plotinum μέγαν, Longinum κριτικώτατον, Amelium γνήσιον, Theodorum θεωμάχην, Jamblichum θεῖον, ſolum vero Porphyrium φιλόσοφον religioſa quadam obſervatione ubique appellant. Quæ quidem non minor inter τοὺς ἔξω Porphyrii

phyrii laus eſt, qui poſt Pythagoram illud cognomen meruit; quam inter noſtros Gregorii Nazianzeni, qui in tanto Theologorum numero ſolus poſt D. Joannem proprium Theologi nomen obtinuit. Ut B. Auguſtinus, Latinorum Theologorum princeps, Porphyrium *doctiſſimum Philoſophorum, & non mediocris ingenii hominem* dixerit: & Proclus Platonicorum ſubtiliſſimus τὰ ἱεροπρεπῆ κεφάλαια Porphyrii non uno loco admiretur: quem & Iſidorus Philoſophus, magnum divinioris ſcientiæ theſaurum collegiſſe affirmabat. Et ſane preſſius rem conſideranti facile apparebit, veterum de Porphyrio judicium nequicquam à vero aberraſſe. Si enim ſapientiam ex ipſorum mente definiamus, τὴν τοῦ ὄντος θεωρίαν καὶ κατάληψιν, καὶ μόνην τὴν ἐν τούτῳ γνῶσιν τῆς ἀληθείας, hoc eſt, *veri entis ſcientiam & unicam veritatis, quæ in hoc ente latet, cognitionem*: negari certe non poteſt, Porphyrium recte Philoſophum, hoc eſt, ſapientiæ illius ſtudioſum appellari: cujus ſcripta omnia in hoc verſantur, ut offuſum tenebris animum, vel humaniorum literarum artium cognitione, velut προπαιδείαν quadam ad diviniorem illam ſcientiam præparent: vel moralis Philoſophiæ præceptis à corporis ac mortalitatis expurgent contagio: aut purgatum ſolutumque ſublimiori quadam doctrina ad veri entis perveſtigationem conjunctionemque elevent: quod ex librorum argumentis, quos ordine deinceps commemorabo, facile perſpicietur. Accedit, & alia ratio: quod pleraque omnia Platonis atque Ariſtotelis opera luculentis commentariis illuſtrarit: & ad certiorem illorum cognitionem introductionibus quibusdam, quas εἰσαγωγὰς & στοιχειώσεις vocant, planam facilemque aliis ſtraverit viam. Cum in vero interprete non ſolum exactiſſima requiratur cognitio eorum quæ explicanda ſuſcipit; ſed & facultas quædam, ut obſcurius dicta clara & perſpicua oratione illuſtret; dubia ſtabiliat, corrigat falſa; & diſſidentes ſententias aut conciliet, aut redarguat. Quæ Philoſophiæ illuſtrandæ ratio quo ſtudio, & quanta cum felicitate à Porphyrio tractata fuerit, ex ſequentibus etiam clarius cognoſcetur. Aliam deinde notam Plato poſuit, ut Philoſophus natura ſit temperans, atque ea animi parte, quæ affectionum perturbationibus commovetur, remiſſa & bene compoſita; ne inferiores facultates intellectum in ſupremæ veritatis inquiſitione præpediant. Qui ſuapte natura, dum terrenæ huic, & corporeæ moli immerſus eſt, ad divinam illam & beatam lucem caliget. Cumque bruta ſive irrationalis pars animæ, duabus conſtet facultatibus; quarum altera illa effervescit; altera ventris

partiumque ventri adhærentium ingluvie atque libidine diſtenditur: poſteriorem illam Porphyrius ſicco & ſobrio vivendi genere, ex Pythagoreorum præceptis inſtituto, ita compreſſit, ne à ſeriis cogitationibus animum avocaret, aut rationis fræna excuteret. Iram vero & bilioſi animi furorem non tam facile compeſcuit. Sive quod minus iſthic curæ adhiberet: ſive potius *ira mentis ſanitatem vicerit*, quod Medea apud Tragicum ſibi uſu veniſſe affirmat; quodque in biliolo corporis temperamento ſæpius accidere ſolet. Porphyrio enim non ſolum ſublime ac validum ingenium fuiſſe, ſed & vehemens atque aliquo furore admixtum, ex eis apparet, quæ de violenta animi eductione ex corpore in Plotini vita de ſeſe prodidit. Quales ferme omnes eos videmus quorum præcordiis Saturnus multum atræ bilis affudit. Quæ acrius ebullit, ſi præter ſiccum & deparcum vitæ genus lucubrationes etiam ac longiores vigiliæ cum continua contemplatione accedant. Neque aliam ego cauſam fuiſſe dixerim rabidi illius odii, quo adverſus Chriſtianam religionem præ cæteris furebat: quam quod animus atræ bilis fermento turgens, & nimia eruditionis copia inflatus, ſemet ipſum non caperet. Ita & hujus exemplo patuit, mundi ſapientiam inſipientiam eſſe apud Deum; & incarnatæ ſapientiæ humilitatem Græcorum faſtui ſtultitiæ opinione displicuiſſe. Quapropter minus mirandum, ſi Porphyrius in tanto ſapientiæ amore, quam non poſtremam Philoſophi notam Plato conſtituit, atque in tam anxia rerum perveſtigatione, nihilominus in cogitationibus ſuis evanuerit: nec ſcopum potuerit attingere, qui ab ipſa janua aberrarat. Nec poſſum quin præſtantiſſimorum ingeniorum ſortem miſerer, quæ in ea tempora inciderunt, cum religio Chriſtiana novam & inſuetam mortalium animis lucem extolleret: Numenii, inquam, Plotini, Porphyrii, Amelii, Hieroclis & ſimilium. Qui cum divinæ veritatis guſtum ex ſacris literis, & naſcentis Eccleſiæ doctoribus, aut præceptorum Chriſtianorum ore percepiſſent, puriſſimos veritatis rivulos in Pythagoræ ac Platonis derivarunt lacunas: & igniculos divinæ lucis mendaciorum fumo ac tenebris obſcurarunt. Quid enim non præſtitiſſent in ſolidæ veritatis defenſione, qui tenues aliquot illius ſtricturas admirabili ingenii felicitate, atque uberrima dicendi elegantia in tantum excoluerunt, ut doctiſſimos Chriſtianæ Religionis antiſtites in ſui admirationem pertraxerint? Sed & illud veritatis ſtudium in Porphyrio non leve oſtendit: quo cum animum ad philoſophiam adjunxiſſet, non temere, ut fieri ſolet, ad unam aliquam ſectam velut ad ſcopulum

lum adhæſerit, nec juraverit in cujusquam magiſtri verba. Ea enim προλήψις animus, tanquam objecto glaucomate, in veritatis perveſtigatione plurimum impeditur: ubi ſemel aliorum opinionibus defendendis velut nexu ac mancupio ſe obſtrinxit. Duos tamen potiſſimum ſibi elegit duces, quorum veſtigia premeret, Platonem atque Ariſtotelem; quos in præcipuis doctrinæ capitibus inter ſe conſentire prolixo opere probandum ſuſcepit: de quo plura ſuo loco dicentur. Cauto tamen pede eosdem ſecutus eſt: ut libere ab illorum ſententia melioribus perſpectis diſcederet. Quo nomine D. Auguſtinus eum laudat, libro X. de Civit. Dei, cap. 30. & 31. Quod reprobata Platonis opinione, de circuitu animæ per orbem neceſſitatis, ſaniorem eſſet amplexus. *Ecce*, inquit, *Platonicus in melius à Platone diſſentit. Ecce vidit hic, quod ille non vidit: nec poſt talem ac tantum magiſtrum refugit correctionem; ſed homini præpoſuit veritatem.* Nec majori religione Ariſtoteli ſe addixit: cujus ſententiam de animi natura integro libro Porphyrium refutaſſe poſtea oſtendemus. Atque hoc liberrimum philoſophandi genus maxime probavit, quod paulo ante ab Ammonio in Alexandrinam ſcholam fuerat introductum. Nam poſteriores Academici variis ſectarum atque opinionum diſſidiis diviſi, dum in ſuam quique partem Platonis verba trahere ſtudebant, magna expoſitionum diverſitate in ſubtiles & difficiles nugas philoſophiam diduxerunt: & ut ſuas ſinguli ſententias vel deliria potius fucarent, varia, teſte Euſebio, lib. III. de præp. excogitarunt *καλλωπίσματα καὶ σοφίσματα μηδ' ὄναρ τῶν παλαιῶν εἰς ἐνθύμησιν ἐλθόντα. Pigmenta & ſophiſmata, quæ antiquis, ne per ſomnium quidem in mentem venerunt.* Accedebant etiam controverſiæ adverſus Ariſtotelem velut pro aris & focis ſuſceptæ, quæ magna utrinque animorum contentione, ſed exigua veritatis cura agitabantur. Unde philoſophandi genus exortum fuit perpetuis allegoriis, & monſtroſis verborum ac ſententiarum chimæris perplexum ac confuſum. Donec tandem Ammonii Alexandrini ſapientia orbi illuxit: qui veterum Philoſophorum opinionibus perpurgatis, nugisque reſectis, quæ utrinque lolii inſtar ſuccreverant, puram & nativam philoſophiæ ſpeciem reſtituit, oſtenditque, teſte Hierocle, duos illos principes philoſophorum *ἐν τοῖς δικαίοις τι καὶ ἀναγκαιοτάτοις τῶν δογμάτων* minime inter ſe diſſidere. Hanc perpurgatam philoſophiam ex Ammonii ore hauſerunt Herennius, Origenes, & Plotinus: quos deinde Porphyrius, Iamblichus & Hierocles, cæteri-

que τὰ ἱερᾶς ψυχᾶς Philoſophi exceperunt. Cumque eandem philoſophandi rationem ex Jamblicho perceptam Plutarchus Athenienſis in patriam retuliſſet, reſtauratæ ibidem Platonis Academiæ continua ſerie deinde præfuerunt homines Aſiatici, Syrianus, Proclus, Marinus, Iſidorus, Damaſcius, qui non contenti luxuriantis ingenii argutiis, magnam veterum opinionum farraginem ſuis commentis iterum admiſcuerunt: & dum creſcentis longe lateque eo tempore Chriſtianiſmi æmulatione Platonicam Theologiam phaleris nimium ornare ſtuderent, veritatem paulo ante Ammonii opera in lucem retractam, πολυλογίᾳ καὶ ἀλλοτρίων δοξασμάτων ἰσηρείᾳ rurſus obruerunt. Atque hæc commemoravi, ut oſtenderem, ex quibus fontibus pleraque Porphyrii dogmata promanarint: ea præſertim quæ de corporis & ſenſuum fuga, de cura animi, mentisque cultu & elevatione in Deum præclare ſcripſit, & quo in pretio ſint habenda: cum aquæ eo ſolent eſſe puriores, quanto propius a ſua origine abſunt. Hinc enim ni fallor, perſpicitur, qui factum fuerit, quod in poſteriorum Platonicorum ſcriptis, præſertim Plotini, Jamblichi & Procli, tam multa paſſim reperiantur, quæ non ex obviis & communibus quibusdam religionis noſtræ dogmatibus, ſed ex intimis & reconditiſſimis myſticæ Theologiæ penetralibus videntur deprompta: neque ea obiter tantum ſtrictimque verbis abumbrata, ſed proprio & efficaciſſimo orationis genere adeo luculenter ab iis expreſſa, ut magnis ingeniis, non levem dubitandi materiem præbuerint: alios in eum impluerint errorem, ut quæ apud vetuſtiſſimos Eccleſiæ ſcriptores divina prorſus in hoc genere extant, ea inverſo ordine à Platonicis, quos dixi, mutuata, & velut Ægyptiorum ſpolia in pios uſus converſa aſſererent: atque iſto etiam argumento præclariſſimorum operum fidem autoritatemque convellere aggrederentur. Cum certum ſit Ammonium religionis noſtræ arcana diſcipulis ſub ſilentii religione communicaſſe. De quibus non divulgandis Herennium, Origenem, & Plotinum fidem ſibi invicem obſtrinxiſſe ipſe Porphyrius teſtatur. Cumque Herennius primus eam fregiſſet, nec Origenes nec Plotinus promiſſis ſtetere: ſed qua ſcriptis, qua viva voce in publicum ea protulerunt, quæ ab Ammonio Philoſopho Chriſtiano acceperant. Neque enim alia de cauſa Ammonium θεοδίδακτος cognomine ab iis celebratum exiſtimo, ut Hierocles apud Photium teſtatur; quam quod divinioris ſcientiæ arcana, ante id tempus Philoſophorum ſcholis inuſitata nec audita, diſcipulis tradidiſſet. Unde & Plotini animum prima auſcultatione adeo cepit, ut

cum

cum ex cæterorum philoſophorum ſcholis mœſtus exceſſiſſet, audito Ammonio ſtatim amicis dixerit: τὸν ἐζήτουν, *hunc ipſum quærebam*. Quamvis Porphyrius certo quodam & præcipiti religionis Chriſtianæ odio Ammonium ex Chriſtiano gentilem factum manifeſta calumnia affirmarit; quam Euſebius iis temporibus proximus abunde refutat, lib. VI. hiſtor. Eccleſ. c. XIX. ut non parum hac parte eam boni Philoſophi notam in Porphyrio deſiderem, quæ ſapientiæ ſtudioſos æquos & veraces, minimeque maledicos eſſe voluit. Nec in Origenem præceptorem æquiori animo fuit, quem ab ethniciſmo ad Chriſtianorum ſacra transiiſſe non minus impudenter calumniabatur: cujus etiam ſtudium ſacrarum literarum interpretationi impenſum, tanquam fabuloſum malevole traducebat. Eidemque calumniæ Euſebius dicto loco reſpondet. Sed utinam hoc fine effrænis linguæ audacia ſtetiſſet, neque adverſus Chriſtum ipſum atque univerſam ejus ſeſe exeruiſſet Eccleſiam: de quo capite ultimo uberius diſſeremus.

Nunc cum oratio huc devenerit, de præceptoribus ejus agendum: præcedentes enim φιλίας tum demum perfectum reddunt Philoſophum, ſi magiſtros bonos, rectamque inſtitutionem nactæ fuerint. Porphyrius ergo, cum prima literarum ac ſapientiæ fundamenta percepiſſet, puer ferme adhuc Origenis fama excitus, Alexandriam ad doctrinam ejus percipiendam profectus fuit; quod ex Euſebio & Vincentio Lirinenſe Porphyrii autoritate ſuperius oſtendi: nihil enim eo tempore Origene celebrius, ad quem ingens auditorum turba confluebat: nec ſolum Chriſtiani, teſte Euſebio, ſed infiniti etiam hæretici, & non pauci clariſſimi philoſophi eidem ſeſe in diſciplinam dedere: quos cum ſacræ, tum profanæ philoſophiæ dogmatibus imbuebat. Quantum vero temporis Porphyrius eidem adhæſerit, affirmare non licet. Hoc ſolum dixero, illum ex Origenis ore Platonis explicationem percepiſſe: quod non obſcure ex Procli verbis lib. 1. in Timæum pag. 20. colligitur: Ἀπορεῖ γὰρ ὁ Λογγῖνος καὶ Ὠριγένης ὁ τόπος. Ὥστε, φησὶν ὁ Πορφύριος, τριῶν ὅλων ἡμερῶν διατελέσαι τὸν Ὠριγένην, βοῶντα καὶ ἐρυθριῶντα, καὶ ἰδρῶτι πολλῷ κατεχόμενον, μεγάλων εἶναι λέγοντα τὴν ἀπορίαν καὶ τὴν ἀπορίαν, καὶ δεικνύοντα φιλοτιμούμενον, ὅτι πρὸς τὰς κατ' ἀρετὴν πράξεις δύναται ἡ παρ' Ὁμήρῳ μίμησις. *Dubitant*, inquit, *de hoc loco Longinus & Origenes: adeo etiam ut Porphyrius affirmet, Origenem triduum integrum in eo hæſiſſe, & clamantem ac rubore ſuffuſum multum ſudaſſe, quod magnum dubitandi argumentum eſſe diceret, atque oſtendere conaretur, Homeri*

imitationem ad recte agendum ſufficere. Tum etiam quæ p. 47. ejusdem libri, de Archangelis eorumque ordine ex Porphyrio adducuntur, manifeſte præceptoris Chriſtiani dogmata ſapiunt: propriam vero Origenis hæreſin, quæ ibidem ſequuntur de animarum lapſu in corpora, poſt excitatam in cœlo pugnam: & de dæmonibus qui animas venantur, atque in corpora detrudunt. Unde etiam Proclus hoc philoſophandi genus ab Jamblicho reprehenſum fuiſſe ait, quod Plato nusquam Archangelorum meminerit: additque ὐδὲ φιλόσοφος ὁ τρόπος ἐστὶ τῆς θεωρίας, ἀλλὰ βαρβαρικῆς ἀλαζονείας μεστός. Quibus verbis quid innuat non ignorant, qui D. Joannem Theologum ab Amelio Barbarum appellatum fuiſſe meminerunt: quique ipſum Porphyrium Chriſtianæ vitæ inſtitutum βάρβαρον τόλμημα vocaſſe ex Euſebio, loco paulo ante citato, obſervarunt. Habuit etiam præceptorem Dionyſium Longinum Caſſium, à quo in Grammaticis, Rhetoricis & Philoſophia eruditus fuit: è cujus ludo deinde Romam ad Plotinum audiendum diſceſſit. Dubito tamen, utrum Longino prius, an Origeni operam dederit: cum Eunapius illud innuere videatur; dum Porphyrius τὴν πρώτην παιδείαν, ſive primam doctrinæ fundamenta à Longino hauſiſſe affirmat: ſine quibus ſubtiliores Origenis diſputationes percipere non potuiſſet. Longini ingenium accuratum, limatum judicium atque eruditionis copiam ſatis oſtendit libellus de ſublimi genere orationis, tum quædam αἰ ἐκδοχαὶ περὶ μέτρων, quæ ex Vaticana Bibliotheca deprompta mihi oſtendit Leo Alatius, vir apprime eruditus: & Porphyrius in Plotini vitam eum κριτικώτατον, φιλολογιμώτατον καὶ ἐλεγκτικώτατον appellat. Eunapii enim elogium illud elegantiſſimum, quo virum βιβλιοθήκην τινὰ ἔμψυχον καὶ περιπατοῦν μουσεῖον appellat, omnium ore tritum eſt. Quo loco & hoc addit, publico omnium doctorum ſuffragio cenſuram, & judicandi auctoritatem de omnibus, qua antiquis, qua ſui ſeculi ſcriptoribus Longino decretam conceſſamque fuiſſe. Ex diſertiſſimo magiſtro, dicendi potiſſimum virtutes hauſit Porphyrius: quarum præcipuas in ejus vita Eunapius commendat, τὴν σαφήνειαν, τὴν καθαρότητα, καὶ τὴν χάριν· de quibus perſpicuitatem quidem his verbis prædicat: Τῶν δὲ φιλοσόφων τὰ ἀπόῤῥητα κλεπτόντων ἀσαφείᾳ, καθάπερ οἱ ποιηταὶ τοῖς μύθοις, ὁ Πορφύριος τὸ φάρμακον τῆς σαφηνείας ἐπαγήσας, καὶ δι' ὀπτείας γυμνάσμασιν εἰσήγαγεν. *Cum Philoſophi*, inquit, *arcana ſua obſcuritate obtegerent, ut Poëtæ fabulis: Porphyrius probatum perſpicuitatis remedium, cujus guſtum ipſa experientia perceperat, ſcriptis commentariis in lucem protulit.* Atque hoc dilucido orationis genere, quod omnis elegantioris

gantioris doctrinæ condimentis temperarat, non ſolum propria ſcripta illuſtravit; ſed aliorum quoque præſtantium virorum operibus lucem à ſuo ingenio accendit: quod commentaria & introductiones in Platonem, Ariſtotelem, Ptolemæum, aliosq; teſtantur; maxime autem omnium in Plotinum: qui conciſo & confragoſo dicendi genere ſublimes animi cogitationes adeo involvit, ut pleraque ipſius ſcripta ænigmata aut oracula videantur: ut Eunapius non injuria eum τῷ λοξῷ καὶ αἰνιγματώδει τ λόγων βαρυὶ καὶ δυσήκοον pronunciat: & Porphyrius ipſe, σωτομον καὶ πλύνα, βραχυῖτε, καὶ νοημασι πλεοναζοιτα μᾶλλον ἢ λέξεσι. De orationis puritate non minus elegans locus apud Eunapium ſequitur: ὁ δὴ Πορφύριος ὥςπερ Ἑρμαϊκή τις σειρὰ καὶ πρὸς ἀνθρώπους ἀπωλόθη, διὰ ποικίλης παιδείας πάντα εἰς τὸ ἐυγνωςον καὶ καθαρὸν ἐξήγγελλεν. *Porphyrius velut Mercurialis quædam catena ad homines demiſſa, multiplicis eruditionis beneficio, omnia dilucide clareque explicabat.* Venuſtate etiam ac dicendi elegantia Porphyrium omnibus ſui ſeculi Philoſophis præfert: ac nominatim quidem ſummis viris Origeni, Amelio & Aquilino: in quorum oratione ſcriptisque τὸ ἀκύθηρον, ſive venuſtatis neglectum, damnabat Porphyrius, licet dogmata & ingenii δεινότητα imprimis probaret: πᾶσαν μὲν αὐτὸς αὐταῖς χάριν, μόνῳ δὲ αὐτὸν ἀποδεικνὺς καὶ αὐτοκηρύττων τὸν διδάσκαλον, ut ait Eunapius: *Cum ipſe omnibus Gratiis ac Veneri litaſſet, atque ea laude præceptorem ſuum referret.* Easdem virtutes Porphyrianæ orationis in Jamblichi quoque vita recenſet, quibus ſolis diſcipulum præceptori inferiorem fuiſſe affirmat: Οὐκ ἔστι δ, τι καὶ Πορφυρίῳ διήνεγκεν, πλὴν ὅσον κατὰ τὴν συνθήκην καὶ δύναμιν τ λόγου. ὅτι γὰρ εἰς ἀφροδίτην αὐτῷ καὶ χάριν τὰ λεγόμενα βέβαπται, ὅτι ἔχει λιπότητά τινα, καὶ τῷ καθαρῷ καλλωπίζεται. *Nec Porphyrio,* inquit, *ulla in re fuit inferior, præterquam orationis ſtructura, & dicendi facultate. Neque enim pari Venere & gratia orationem tinxit, nec candorem habet, nec puritate ſcripta ſua exornavit.* Verum ut elegantioris doctrinæ copia ac dicendi virtute proxime Longini veſtigia premebat Porphyrius, ita in philoſophando multum ab ejus placitis, & nonnunquam in contrarium abiit. Quod potior apud ipſum eſſet recta ratio & veritas, quam autoritas magiſtrorum: quorum verbis vulgus philoſophantium, ut paulo ante dixi, adeo religioſe adhærere ſolet, ut, quod de Stoicis dixit Galenus, patriam quam præceptorum dogma prodere malint: cum ingenui ſit animi, non ſolum alienam, ſed & propriam potius ſententiam prodere, quam veritatem: Unde & ipſe Porphyrius in Plotini vita Longini verba adducit, quibus deſertæ ac mutatæ rationis

tionis philoſophandi accuſatur. *Quin & communis*, inquit Longinus, *noſtri illorumque amicus Baſilius Tyrius non pauca ad Plotini imitationem emendavit: & ipſum potius quam viam rationemque noſtram probans, libro quodam conatus eſt oſtendere, Plotini ſententiam de Ideis veriorem eſſe noſtra: quam oppoſito contra reſponſo ſic ſatis ſuperque refutaſſe videmur, atque oſtendiſſe, eum male priorem ſententiam recantaſſe.* Sane Longinum Philologum magis quam Philoſophum fuiſſe, ut Porphyrio teſte Plotinus de eo pronunciavit, ſatis oſtendunt ea quæ Proclus non uno loco ſuis in Timæum commentariis inſeruit. Ubi illum verborum ſenſui enucleando nimium inhærere affirmat. καὶ τῷ λέξιν θεωρεῖν, ut ait lib. 1. p. 21. atque in primis pag. 27. ubi & Plotini de eo judicium addit. Λογγῖνος μὲν ἐν τούτοις ὑπομιμνήσκεται πάλιν, ὅτι φροντίζει καὶ ὀνομάτων ὥρας καὶ ποικιλίας ὁ Πλάτων, ἀπαγγέλλων ἄλλως τὰ αὐτά, &c. ἔστω μὲν οὖν φιλόλογος, ὥσπερ Πλωτῖνον εἰπεῖν φασὶ περὶ αὐτοῦ λέγεται, καὶ ὁ φιλόσοφος. *Longinus*, inquit, *rurſum hoc loco notat, Platonem orationis elegantiæ & varietati ſtudere, cum unam atque eandem rem diverſis modis effert*, &c. *atque ille, quod Plotinus de eo dixiſſe fertur, Philologus eſt, non Philoſophus.* Alia ſimilia omitto, quæ paſſim apud eundem philoſophum occurrunt. Deinde cum ad Plotinum ſeſe applicaſſet Porphyrius, tantum ejus converſatione profecit, ut διδασκαλεῖος princeps brevi tempore haberetur: Ἀκερέσως δ' παῤῥησίας ἐμφορούμενος, καὶ τῶν παγαίων ἐκείνων καὶ τηθειασμένων λόγων, ut ait Eunapius: *Avidiſſimo pectore ex Plotini ore, tanquam largiſſimo fonte, doctrinæ copiam ac divinam plane ſcientiam hauriens.* Hinc adeo apud eum gratia & autoritate valuit, ut ſoli diſcipulorum ſcribendi & reſpondendi partes committeret. Neque id ſolum, ſed & divinos ingenii ſui fœtus eidem relinqueret expoliendos ac publicandos. Taceo quod Româ in Siciliam ipſum ſecutus fuerit, ut animi morbo laborantem ſua præſentia ſolaretur: aliaque non exigui amoris atque affectus argumenta, quæ ex Plotini vita ab ipſo Porphyrio conſcripta, & Eunapio colligere quivis poterit. Suidas neſcio cujus autoritate Porphyrium Amelii diſcipulum vocat: Πορφύριος, inquit, ὁ κατὰ Χριστιανῶν γράψας, ὃς κυρίως ἐκαλεῖτο Βασιλεύς, Τύριος φιλόσοφος, μαθητὴς Ἀμελίου δὲ Πλωτίνου μαθητοῦ. διδάσκαλος δὲ Ἰαμβλίχου. *Porphyrius qui contra Chriſtianos ſcripſit, cui proprie nomen Baſilius, Tyrius Philoſophus, diſcipulus Amelii, diſcipuli Plotini, præceptor Jamblichi*, &c. & alio loco· Ἀμέλιος, Ἀπαμεὺς φιλόσοφος, μαθητὴς Πλωτίνου, διδάσκαλος Πορφυρίου, συγχρονίσας Ἀμμωνίῳ καὶ Ὠριγένει. *Amelius, Apameenſis Philoſophus, diſcipulus Plotini, præceptor Porphyrii, coætaneus Ammonii & Origenis.*

nis. Mirum quam ſupinus hominis error, quem nec Porphyrium nec Eunapium unquam inſpexiſſe jures: cum in Plotini vita diſertim ſcriptum reliquerit, ſe Amelium Romæ condiſcipulum habuiſſe ſexennium integrum. Acceſſerat enim Amelius Plotinum tertio anno Philippi qui fuit ſalutis noſtræ CCXLVI. vixitque cum eo ad primum annum Claudii, qui fuit Chriſti CCLXX, XXIV. annos ſolidos, ut teſtatur Porphyrius. At ipſe ſcholam Plotini ingreſſus eſt anno X. Galieni, qui fuit à Chriſto nato CCLXIV. unde ad prædictum annum I. Claudii ſexennium eſt integrum. Quo ipſo anno uterque relicto Plotino, Amelius quidem Apameam, Porphyrius autem in Siciliam diſceſſerunt: ubi triennio poſt vixere, cum Plotinus in Campania e vivis excederet. Nec puto Porphyrium expleto jam XXXVIII. ætatis anno Amelio in diſciplinam ſe tradidiſſe, quem jam Romæ doctrinæ & ſapientiæ laude ſuperabat: adeo quidem ut Amelius ſua ſcripta cum venia ab eo legi petat atque emendari. Sed non eſt quod in re manifeſtiſſima prolixius oſtendenda laboremus: monendum tamen, non minus erraſſe Suidam, dum Amelium Syrum Apamenſem nobis facit ex Italo, Hetruſco, Amerino: nam & hoc clare à Porphyrio in Plotini vita perſcriptum. Ἦρξε δὲ ἀκροατὰς μὲν πολείους Ἀμέλιόν τε ἀπὸ Τυρρηνίας, ὃς τὸ ὄνομα ἦν Γεντιλιανὸς τὸ κύριον. αὐτὸς δὲ ἐβούλετο Ἀμέριον αὐτὸν καλεῖν ἠξίου. ἀπὸ τῆς Ἀμερίας ἢ (puto rectius ὃ) τῆς ἀμελείας πρέπειν αὐτῷ καλεῖσθαι λέγων. *Auditores quidem multos habuit, ac inter cæteros Amelium ex Tuſcia: cui proprium nomen erat Gentilianus, at ipſe Amerius per literam r nominari volebat, quod ſibi nomen ab Ameria potius, quam ab Amelia ſive negligentia inditum eſſe diceret.* Sed facilis hac in re lapſus, cum Apameæ ut plurimum vixerit Amelius atque docuerit: & Juſtinum Heſychium Apamenſem, filium adoptivum reliquerit. Verum nec id ſatis recte affirmat Suidas, coætaneum fuiſſe Ammonio & Origeni Amelium: cum ætas ejus in extremam utriusque ſenectutem inciderit: Nam Plotinus ætatis ſuæ anno XXIX. Ammonium Alexandriæ audire cœpit, qui XL. demum ætatis anno Romam venit, ubi triennio poſt Amelium habuit diſcipulum: & Origenes ultima ſenectute obiit, cum Amelius Romæ IX circiter annum Plotinum audiret. Sed contrarium errorem errant, qui Amelium Porphyrii diſcipulum fuiſſe credunt: atque ea in re interpretem potius Theodoreti, quam Theodoretum ipſum autorem habeant: qui verba ejus ſerm. 2. Therapeut. δηλοῖ δὲ τοῦτο σαφῶς ὁ Ἀμέλιος, τῆς Πορφυρίου περιουσίας ἀκροατής, ſic vertit: *quod Amelius, qui Porphyrii ſcholis præfuit, manifeſte oſtendit.* Quæ meo judicio

ſic reddi debebant: *Amelius qui in Porphyrii contubernio princeps fuit:* vel, *Amelius præcipuus Porphyrii contubernalis.* Cæteros quoque condiſcipulos in Plotini vita commemorat, Paulinum Scythopolitam; Euſtochium Alexandrinum medicos, Zothicum & Zethum, & Caſtricium Firmum, cujus cauſa libros de abſtinentia ab eſu animantium ſcripſit: item Marcellum Orontium & Sabinillum atque Rogatianum Senatores Romanos: & Serapionem Alexandrinum rhetorem, poſtea etiam philoſophum. Diſcipulos quoque nec pauciores nec obſcuriores habuit: ex quibus maxime inclaruit Jamblichus Chalcidenſis Syrus, cujus vitam Eunapius ſcripſit: & mihi brevi uberius de illo agendum erit, cum omnia ejus ſcripta ſimul in lucem producam. Jamblicho & fama & eruditione proximus fuit Theodorus Aſinenſis, cujus crebro meminit Proclus in Timæum: qui eum γνησίως, hoc eſt, virum egregium, & magnum, ſæpius autem θαυμαστὸν, ſive admirandum veluti peculiari cognomine appellat. Porphyrii diſcipulum fuiſſe ex Damaſcio didici: qui in Iſidori vita de admirando ejus profectu ſic ſcribit: ὁ γὰρ ἐπιδιδόναι ῥᾳδίως, οὐδὲ ἐπὶ πολὺ ἄνεσθαι καὶ πήχεων ὥσπερ Θεόδωρον τὸν Ἀσιναῖον ηὐξῆσθαι τοῖς τοῦ Πορφυρίου. *Neque facile erat creſcere, & ad cubitos proficere: quemadmodum Theodorus Aſinenſ. ſub Porphyrio profecit.* De Chryſaorio, Nemertio & Gedalio nihil affirmare poſſum, niſi quod librorum inſcriptiones eos de Porphyrii contubernio fuiſſe oſtendunt. Chryſaorium vero operam illi dediſſe Ammonius quoque teſtatur, cujus verba inferius producam: ex quibus & illud apparet Porphyrium fuiſſe κοινωνικὸν καὶ ἥμερον πρὸς τοὺς παιδείας ἐπιθυμοῦντας: quem characterem vero in philoſopho Themiſtius quoque requirit: Nam quod ſtudia ſua diſcentium ingeniis tam facile & tam apte adtemperavit, id vero oſtendit, eum longiſſime ab omni mala invidia abfuiſſe.

CAP. VII.

Porphyrii ſcripta Grammatica, Philologica, Rhetorica, Dialectica, & Mathematica. Liber de Proſodia, & commentaria harmonica ei excudere indicantur: atq; ut quidam volunt, ſcholia Homerica.

ATque hæc ferme ſunt, quæ de vita Porphyrii certa ac comperta ex antiquitatis tenebris producere potui. Nunc ſcripta ejus ordine in omni doctrinarum genere recenſebo, quantum quidem hactenus mihi

mihi observare & colligere licuit. Nam, ut Suidas refert, scripsit libros quamplurimos de Philosophia, Rhetorica ac Grammatica. Idem Eunapius in ejus vita testatur, qui eum nullum disciplinæ genus intactum reliquisse ait. Adeo ut dubium sit quam partem diligentius excoluerit: ἔτω παντομιγές τι πρὸς ἅπασαν ἀρετὴν ὁ ἀνὴρ αὐτὸς ἀγὼν γεγονε. *Adeo*, inquit, *omni virtutum genere promiscue excellebat.* In Grammaticis pauciſſima ejus scripta ex plurimis nobis superſunt. Ex quibus ad Grammaticam τεχνικὴν sive ἀγωνιστικὴν spectat liber περὶ Προσῳδίας, *de Prosodia*, qui sub ejus nomine extat in Vaticana bibl. cod. CCXL. elegantissima, sed recenti manu scriptus. Cujus principium adscribam, ut scopum atque institutum autoris eo facilius lector perspiciat.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΠΕΡΙ ΠΡΟΣΩΔΙΑΣ.

Ἱστέον ὅτι ὡς ὁ Θρᾷξ Διονύσιος, ὁ περὶ τὰ ἑκτὼ μερῶν τοῦ λόγου διδάξας ἡμᾶς, καὶ ἔτι περὶ τούτων περὶ στοιχείου, καὶ συλλαβῆς, καὶ λέξεως, οὐκ ἀπὸ τῆς προσῳδίας ἤρξατο, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ὅρου τῆς γραμματικῆς. τὰ δὴ περὶ προσῳδίας ἕτερός τις τούτῳ μεταγνώστερος ἀφ' οὗ ἄρτι τῆς γραμματικῆς ἐρχομένους ἀναγκαίως ἐδίδαξε. Δεῖ δὲ ἡμᾶς μὴ ἀπὸ τῆς τοῦ Διονυσίου τεχνολογίας τῆς ἐξηγήσεως ἄρξασθαι, ἀλλ' ἀπὸ τῆς προσῳδίας. καὶ πρῶτον μὲν ἐκθεμένους τὸν ὅρον τῆς προσῳδίας ἀφορισαφῆσαι τοῦτον, εἶτα καὶ περὶ παντὸς εἰπεῖν εἰς ἃ διαιρεῖται, τόνων τε καὶ χρόνων, καὶ πνευμάτων, ἔτι δὲ καὶ παθῶν· μὴ παῦσαι δὲ περὶ τέχνης καὶ τῆς ἕξεως εἰπόντα.

Verum & genuinum esse Porphyrii fœtum equidem credo, cum omnium ferme artium atque scientiarum εἰσαγωγὰς tradiderit, ut ex sequentibus apparebit: quod & hoc libello præstare voluit, cum ea προδιδάγματα ordine pertractet, quæ ab antiquioribus grammaticis neglecta videbat, veluti prima τῆς παιδικῆς κατηχήσεως rudimenta. Nec quidquam continet indignum tanti viri ingenio; nisi quis interpolatum à sequiorum temporum Grammaticis forte suscicetur, ex eo, quod pleraque capita ab illis eclogariorum verbis, ἱστέον ὅτι, incipiant. Nec enim facile adduci potero ut credam, ea à Porphyrii manu esse. Sed de his rectius quisque judicabit, ubi vel nostra, vel alterius opera ipse tandem liber in lucem proferetur. Pertinent huc γραμματικὴ ἀπορία. *Dubia Grammatica.* Quæ inter alia Suidas solo nomine commemorat: nec alibi hactenus citata vidi. Ad Grammaticam ἐξηγητικὴν referri debent:

Ὁμηρικὰ ζητήματα λβ'. πρὸς Ἀνατόλιον

Homericæ quæſtiones XXXII. ad Anatolium.

Is Libellus Homero in melioribus editionibus adjungi ſolet. Quo probare conatur, ὡς αὐτὸς μὲν ἑαυτὸν τὰ πολλὰ Ὅμηρος ἐξηγεῖται. *Homerum ſemetipſum ut plurimum explicare*: ut in principio libri affirmat. Atque hæc præludia quædam eſſe voluit juſti commentarii in principem poetarum, vel ut ipſius verbis utar, οἷον προγύμνασμα τῆς εἰς Ὅμηρον ἀγώνος. Quem & poſtea abſolvit. Citatur enim ab Euſtathio Homeri interprete ad Iliad. β'. pag 285.

Πορφύριος ἐν τοῖς εἰς τὸν Ὅμηρον.

Porphyrius in Commentariis in Homerum.

Cujus autoritate etiam alibi utitur: ut videre eſt Iliad. α', pag. 33. & 62. Iliad. β'. p. 196. & 225. tum ad catalogum navium pag. 263 aliisque plurimis locis, quos recenſere longum eſſet. Laudat etiam Macrobius lib. 1. ſomn. Scip. cap. 3. verba ejus hæc ſunt: *Si quis forte quærere velit, cur porta ex ebore falſis, & è cornu veris ſit deputata; inſtruetur autore Porphyrio, qui in Commentariis ſuis hæc in eundem locum dicit ab Homero ſub eadem diviſione deſcriptum: Latet, inquit, omne verum, hoc tamen anima, cum ab officiis corporis ſomno ejus paululum libera eſt, interdum adſpicit nonnunquam tendit aciem, nec tamen pervenit: & cum adſpicit, tamen non libero & directo lumine videt, ſed interjecto velamine, quod nexus naturæ caligantis obducit.* Ex hiſce commentariis puto & illa deſumpta fuiſſe, quæ Etymologus voce Κριοσα adducit. Et Græcum Scholiaſten Homeri, qui in Vaticana Bibliotheca primo loco extat, ſæpius Porphyrii autoritate uſum obſervavi. Tum & illud hoc loco monendum, extare Florentiæ apud Ducem Salviatum Scholia antiqua in Poetam, ἀδέσποτα, & multis in locis vetuſtate exeſa; quæ nonnulli Porphyrio, alii etiam antiquioribus autoribus tribuunt. Ego ut Porphyrii non eſſe certo credo, ita de autoris ætate nihil temere pronuncio. Guſtum præbebit eruditis principium operis, quod eruditiſſimus antiquitatis perveſtigator Joannes Bapt. Donius mecum communicavit.

Μῆνιν ἄειδε θεὰ] Ζητῶσι διὰ τί ἀπὸ τῆς μηνιάδος ἤρξατο ἄτων δυσφήμου ὀνόματος; Διὰ δύο ταῦτα. πρῶτον μὲν, ἵν' ἐκ τῶν παθῶν ἀποκαθαιρεύσῃ τὸ τοιοῦτον μόριον τῆς μάχης, καὶ προσεκτικωτέρους τοὺς ἀκροατὰς ἀπὸ τοῦ μεγέθους ποιήσῃ, καὶ πειθῖτῃ φέρειν γενναίως ἡμᾶς τὰ πάθη,

μέλλων

μέλλων πλέμας ἀπαγγέλλειν· δεύτερον ἦ, ἵνα τὰ ἐγκώμια τῶν Ἑλλήνων πιθανώτερα πίπτῃ. ἐπεὶ ἦ ἔμελλε νικῶντας ἀποφαίνειν οὐχ Ἕλληνας, εἰκότως δ' καταγέλαστον ἀξιοπιστότερον ἐκ ὧν μὴ πάνυ χαρίζεσθαι τοῖς ἐκείνων ἐπαίνοις. ἤρξατο μὲν ἀπὸ μιᾶς ᾠδῆς, ἐπίπερ αὕτη τῆς τραγικῆς ὑποθέσεως γέγονεν. ἄλλως τε καὶ τραγῳδίας τραγικὸν ἐξεῦρε τὸ σοφώτατον. καὶ γὰρ τὸ σοφοκλεᾶς ἡμᾶς ἡ τῶν χημάτων διήγησις ἠρώτησε. καὶ ὡς ἰατρὸς ἄρι-στος πρῶτον αἰτιασάμενος τὰ νοσήματα τῆς ψυχῆς, ὕστερον τὴν ἄσιν ἐπάγει. Ἑλληνικὸν ἦ τὸ μὴ τίλει τὰς ἡδονὰς ἐπάγειν. ἴστεον ἦ ὥσπερ ἐπὶ συκῆς πρῶτον μὲν φύλλα, ὁλυνθος, εἶτα φύλλης ἄσκον ἰσχάς. ὕτω πρῶτον ὀργὴ, θυμὸς, χόλος, κότος, μῆνις, ὅμως ὁ ποιητὴς ὡς σωφρονίμοις ὀνόμασιν ἐπὶ Ἀχιλλεῖ χρῆται. Ἠὲ χόλον παύσειεν, ἐρητύσειέ τε θυμόν. Οὐδ' ὅμως κοπίοντος. Αὐτὰρ ὁ μηνιε νηυσὶ παρήμενος. Μῆνις] ἀπὸ τῆς μέω μείω, ὡς ἐνὸς μῖς. οἱ ἦ περὶ Γλαύκωνα τὸν Ταρσέα ἠξίουν ἐξωσαι τὸ ἔνομα, οὐκ ὀρθῶς.

Deinde ad versum 3. πολλὰς] πόσον. ἰφθίμους] ποίους. ψυχὰς] ἡσίους. αἰδὶ] τόπον. ποίησεν] χρόνον.

Postea ad versum 5. Διὸς βουλὴ] λέγεται δὲ ὁ ποιητὴς τοῦτο ἐπαγγελίας τοῦ πρὸς Θέτιδα. Ζεὺς μὲν ἄρα Τρώεσσι καὶ Ἕκτορι βούλετο νίκην.

Εὐκλείδης ἦ φησὶν, ὅτι οὐχ ὡς ἐπιμύθιον τῆς πρώτης τοῦτο εἴρηται, ἀλλ' ὡς κεχωρισμένον, καὶ καθ' ἑαυτὸ λεγόμενον, ἡ ἦ Διὸς ἐτελείατο βουλή. τῷ οὖν ἠδικηκέναι ἀξίαν δοῦναι δίκην, ὧν ἠδίκησαν, ἐπερ ἐστὶ πᾶσι τῇ Ἰλιάδι. Plura adscribere piget. Facile enim ex hoc ungue leonem agnoscent, quibus aliquid in hoc studiorum genere judicii est. Id certo affirmare possum, esse συλλογὴν ex variis antiquis expositionibus collectam: cum unus idemque locus paucis mutatis subinde repetatur, aut diversæ eorundem verborum afferantur explicationes, præmissa voce, ἄλλως· quæ propria nota est collectaneorum.

Cæterum Porphyrius alia diversa in eundem Poëtam scripsit, quorum nonnulla ad Philosophica rejeci. Ad Grammaticam spectat libellus, quem nunc græcolatinum exhibeo:

Περὶ τοῦ ἐν Ὀδυσσείᾳ τῶν Νυμφῶν ἄντρου.

De antro Nympharum apud Homerum, Odyssea lib. 13.

Qui licet varia naturalis & symbolicæ gentilium Theologiæ arcana complectatur, recte tamen à me hoc loco ponitur, quod tota illa antiquorum fabulosa de Diis rebusque divinis doctrina, καὶ τὰ ποιητικῶς θεολογούμενα ad latissimum Grammaticæ partem spectent, quæ in autorum explicatione versatur. Tum Plato ipse totum hoc Theologiæ genus una cum suis autoribus damnavit, & à Republica sua proscripsit. Qui

ſolam illam ſcientiam tam auguſto nomine dignatur, quæ de DEO, rebusque divinis, hoc eſt, περὶ τῶν ὄντως ὄντων ea ratione modoque tractat, quam lib. 2. de Republica præſcripſit: quos typos theologicos Platonici vocant. De quibus Proclus differt. 2. in Polit. 1. & lib. 1. c. 16. Theol. Platonicæ prolixe & luculenter agit.

Ejusdem quoque generis fuit liber περὶ Στυγός. *De Stygе.* Quem Stobæus non uno loco citat: & quod ſciam ſolus. Ea autem quæ capite 1. libri 2. ἐκλογῶν inde adducit, perſpicue oſtendunt, Porphyrium hoc quoque libro locum aliquem Homericum de Stygе, adverſus Chronii Pythagorei mentem explicaſſe: idque partim Phyſice & Theologice, partim Hiſtorice: ut qui loca omnia inſpiciat haud dubitet, quin ſimillimus liber fuerit illi de antro Nympharum. Scripſerat autem ni fallor in verſus iſtos, qui Iliad. ὁ. & Odyſſ. ε. apud Poëtam extant:

Ἴσω ἰὼν τόδε γαῖα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὑπερθεν,
Καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ· ὅστε μέγιστον
Ὅρκον δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι.

Quem Homeri locum Virgilius expreſſit Æneid. 12.

Adjuro Stygii caput implacabile fontis:
Una ſuperſtitio ſuperis quæ reddita Divis.

Hujus libri fragmentum, quod hactenus apud Stobæum lib. 1. ἐκλογῶν cap. 8. truncatum legebatur, integrum ex Vaticano codice edidi.

Ejusdem generis cum ſuperioribus fuiſſe exiſtimo librum à Suida commemoratum,

Περὶ τῶν κζ΄ Πίνδαρον τῦ Νείλυ πηγῶν.
De fontibus Nili ſecundum Pindarum.

Quo libro explicatum ab eo fuiſſe exiſtimo illum Pindari locum Iſthmior. Odâ 6. Epod. 1. καὶ πέραν Νείλοιο παγᾶν, καὶ δι' ὑπερβορέους. Idemque Suidas recenſet

Συμμίκτων ζητημάτων ζ΄.
Miſcellanearum quæſtionum libros 7.

Quas Proclus in nobiliſſima illa diſſertatione ad 4. librum Politicor. Platonis, de animæ partibus virtutibusque συμμίκτων προβλημάτων nomine laudat. Οἶδα δ' ἔγωγε τὸ Πορφύριον ἐν τοῖς συμμίκτοις ἰσχυρίζεται προβλήμασι Μηδίᾳ πρὸς Λογγῖνον σωματίαν τινά, περὶ τῶν μορίων τῆς ψυχῆς. Atque eosdem lib. 2. cap. 1. Comment. in Euclidem, ſolo

συμμι-

συμμίκτων, seu *Miscellaneorum* nomine citat. Περὶ μὲν οὖν τῆς γεωμετρικῆς ὕλης τοιαῦτα ἔχομεν λέγειν, οὐκ ἀγνοοῦντες ὅσα καὶ ὁ φιλόσοφος Πορφύριος ἐν τοῖς συμμίκτοις γέγραφε, καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν Πλατωνικῶν ἀξιοῦσιν. *Haec de materia Geometrica nobis erant dicenda, cum haud ignoremus, quae Porphyrius Philosophus in miscellaneis conscripsit: & quaecunque quamplurimi Platonicorum statuunt.* Unde apparet non philologica solum ab eo fuisse pertractata hoc opere, sed & Mathematica, & Philosophica.

Φιλολόγων ἱστορίας βιβλία ε'.
Rerum Philologicarum libri 5.

Commemorantur à Suida. Et Eusebius lib. 10. cap. 3. προπαρασκ. prolixum Porphyrii locum de furtis autorum adducit ex lib. 1. τῆς φιλολογίας ἀκροάσεως· quod haud dubie idem opus est, licet titulus nonnihil variet. Pertinent eodem

Εἰς τὸ Θουκυδίδου προοίμιον πρὸς Ἀριστείδην, ζ.
In proœmium Thucydidis ad Aristidem, libri 7.

Nominati à solo Suida, quod sciam. Hoc opere omnem Græciæ antiquitatem copiosius à Porphyrio pertractatam fuisse arbitror: quam Thucydides egregio illo historiæ suæ exordio strictim percensendo delibat.

In Rhetoricis unicum ejus opusculum commendat idem Suidas, Εἰς τὴν Μινουκιανοῦ τέχνην. *In Minuciani artem.* Nescio utrum introductionem, an commentarium dicam. Quis Minucianus ille fuerit ex eodem Suida discès. Μινουκιανὸς Νικαγόρου σοφιστοῦ, Ἀθηναῖος σοφιστής, γεγονὼς ἐπὶ Γαλλιανοῦ· τέχνην ῥητορικὴν, καὶ προγυμνάσματα, καὶ λόγους διαφόρους. *Menucianus Nicagorae sophistae filius, sophista Atheniensis, sub Galieno Imp. edidit artem rhetoricam, & progymnasmata, ac diversas orationes.* Et extat ejusdem libellus περὶ ὑποχειρημάτων inter reliquos artis Rhetoricæ scriptores ab Aldo ante CXX. annos Venetiis publicatus.

Inter ea scripta quæ ad dialecticam spectant, recte & filo quodam (ut Boethii verbis utar) primus legentibus studiorum prægustator, & quodammodo initiator occurrit liber Porphyrii, qui organo Aristotelico ubique præmittitur, περὶ γενῶν, καὶ εἰδῶν, καὶ διαφορᾶς, καὶ ἰδίου, καὶ συμβεβηκότος. Ita enim Suidas eum commemorat; & Boethius in commentariis suis aliquoties vocat tractatum sive librum *De generibus, speciebus, differentiis, propriis & accidentibus.* Unde

Unde vulgo vocatur Περὶ τῶν πέντε Φωνῶν. *De quinque vocibus.* Sive *de quinque predicabilibus*, vel *universalibus*, ut in ſcholis loqui malunt. In Græcis codicibus inſcribitur Εἰσαγωγὴ πρὸς Χρυσάοριον. *Introductio ad Chryſaorium* : Quam inſcriptionem Boethius quoque agnoſcit, & Ammonius Græcus hujus libelli commmentator. Ex cujus προτεχνολογιμίοις locum apponere placuit, quo ſcriptionis occaſio ac tempus, cujus ſupra memini, oſtenditur, & Porphyrii vita nonnihil illuſtratur : τὸ δὴ γνήσιον δηλοῖ μὲν ἡ φράσις, ζαφὴς οὖσα, καὶ ὃ ἐν ἄλλοις αὐτοῦ βιβλίοις τῶν ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ θεωρημάτων μεμνῆσθαι. ἔτι δὲ καὶ ὃ προσφωνεῖν αὐτὸ Χρυσαορίῳ. τούτῳ γὰρ καὶ ἄλλα τινὰ προσφανήσας βιβλία, καὶ τοῦτο προσφωνεῖ, λέγει τοιαύτην αἰτίαν. διδάσκαλος ὢν Χρυσαορίου, καὶ ἐξηγεμένου αὐτῷ τὰ μαθήματα, ἐδέησεν ἱστορῆσαι ὁ πῦρ ὁ Αἴτνης, καὶ ἐξεδήμησε. τούτῳ τῷ χρόνῳ εὑρίσκει ὁ Χρυσάορος τὰς Ἀριστοτέλους κατηγορίας, καὶ οὐδὲ ὅλως παρηκολούθει ἐγκύπτων. δηλοῖ δὴ τῷ Πορφυρίῳ ἐκεῖ ὄντι, γράψας ὃ συμβαίη. εἰ μὲν ἱστόρησε τὸ πῦρ, ἐλθεῖν· εἰ δὲ μὴ ἱστόρησεν, εἰσαγωγήν τινα γράψαι, δι' ἧς ἂν μέλλοι παρακολουθεῖν τῷ βιβλίῳ. ἐπειδὴ τοίνυν ὁ Πορφύριος οὐκ ἠδυνάτο πως ὑποστρέψαι, γράφει αὐτῷ τὸ βιβλίον τοῦτο, ἐκ τῶν εἰρημένων τῷ Πλάτωνι. καὶ πάντα συλλέξας ὅσον, καὶ δι' αὐτῶν τῶν ῥημάτων ἐλθών. *Verum autem & genuinum hoc opus eſſe, dictionis perſpicuitas oſtendit. Et quod in aliis libris eorum quæ hoc libro emiſtavit meminerit : tum etiam quod Chryſaorio illum nuncuparit : cui & alios quosdam libros inſcripſit. Dedicat autem illi hujusmodi de cauſa. Præceptor Chryſaorii erat, cumque eum diſciplinis imbueret, petiit, ut incendium Ætnæ coram cognoſceret : atque eo profectus fuit. Reperit interea temporis Chryſaorius categorias Ariſtotelis, quarum mentem nequaquam aſſequi poterat. Quapropter Porphyrio literis rem ſignificat, peregre tum degenti : rogatque ſi incendii naturam exploraſſet domum redeat : ſin minus, ut introductionem aliquam ſcribat, cujus ope libri ſenſum aſſequeretur : cumque Porphyrius nec dum redire poſſet, ſcripſit ei hunc libellum, quem ferme à verbo ad verbum ex Platonis dictis collegit.*

Εἰς τὰς Ἀριστοτέλους κατηγορίας ἐξήγησις διὰ πεύσεως καὶ ἀποκρίσεως· *In Ariſtotelis Categorias expoſitio per interrogationem & reſponſionem.* Græcè edita fuit Pariſiis anno 1543. Quam Bernardus Felicianus latinè convertit. Meminit hujus libelli Simplicius in præfatione commentariorum in easdem categorias. οἱ δὲ διὰ τὰς ἐννοίας μὲν αὐτὰς μόνας ψιλὰς τὰς ὑπὸ τοῦ Ἀριστοτέλους προτεινομένας σωτόμως ἀποκαλύπτειν ἐπῴδασαν, ὥσπερ ἐν τῷ διὰ πεύσεως καὶ ἀποκρίσεως βιβλίῳ πεποίηκεν ὁ Πορφύριος. *Alii nudam duntaxat ſolamque Ariſtotelis mentem breviter explicare volue-*

voluerunt: quod Porphyrius præstitit libro illo per interrogationem & responsionem.

Mox ab eodem commemoratur Porphyrii Ἐξήγησις τ κατηγορ. ἐν ἑπτὰ βιβλίοις, πρὸς Γεδάλιον. *Commentariorum in Categorias libri VII. ad Gedalium.* Simplicii verba sunt: μ ὃ τέτυς ὁ πάντων ἡμῖν τ καλῶν αἴτ Πορφύρ ἐξήγησίν τε ἑπτὰ βιβλίοις, καὶ τ ἐντὸς τ παλαιῶν λύσεις οὐκ ὀκνήσας ἐν ἑπτὰ βιβλίοις ἐποιήσατο, τῆς Γεδαλίῳ προσφωνηθείσης, πολλὰ τ Στωϊκῶν ἐκεῖ δογμάτων μ τὴν κοινωνίαν & λόγ προσεισαγόν. Libros hosce ferme ad verbum transscripsit Jamblichus in suos commentarios in easdem Categorias, quod Simplicius mox sequentibus verbis testatur. μ τέτ ὃ ὁ θεῖ Ἰάμβλιχ πολύστιχον καὶ αὐτὸς εἰς τὸ τὸ βιβλίον καταβάλετο πραγματείαν· τὰ μὲν πολλὰ τῆς Πορφυρίε καὶ ἐπ' αὐτῆς τ λέξεως κατακολουθῶν· τινὰ ὃ ὑπεκρίνων ἐκείνων & διαφερόντως ἀκριβέστερον, μ & συστέλλειν τ ὡς ἐν χρείαις πρὸς τὰς ἐντεύξεις μακρολογίας. Et sæpius deinde utrumque librum citat. Ex hoc Simplicii loco apparet, non insolens fuisse Jamblicho Porphyrii libros transscribere, aut additis mutatisque quibusdam interpolare: quod & in commentariis in Platonis Timæum eum feciſſe apparet ex iis, quæ Proclus ex utroque passim citat. Ita enim ferme ubique eos conjungit, ut unam eandemque utriusque sententiam referat. Idem in Pythagoræ vita ab eo commissum videmus, cum totum Porphyrii libellum in suos commentarios Pythagoricos transscripserit, absque ulla ejus mentione. Pari ratione ex Ocelli Lucani, Platonis, Nicomachi, aliorumque scriptis capita integra transtulit, ut brevi ad ipsum Jamblichum copiosius ostendemus. Cæterum hujus commentarii in Categorias Boethius quoq; mentionem feciſſe videtur lib. 1. expositionis in Categorias: ubi in ejus operis intentione explicanda se Porphyrium sequi testatur Idemq; opus ab Eustathio intelligi credo ad Iliad. γ. pag. 387. ubi simpliciter citatur Porphyrius ἐν τῆς πρὸς Γεδάλιον.

Expositio libri Aristotelis de Interpretatione citatur à Boethio principio commentariorum, quos secundo in eum librum edidit, his verbis: *Cujus libri expositionem nosse quam maxime à Porphyrio, quanquam etiam à cæteris transferentes, Latina oratione digessimus. Hic enim nobis dispositor & intellectus acumine, & sententiarum dispositione videtur excellere.* Et occurrit ibidem frequentissima ejus mentio cum aliquo elogio: ita ut dubium non sit, quin Boethius Porphyrii commentarios maximam partem in suos transtulerit.

His affines fuere ob argumenti similitudinem, quos Boe-

thius eodem lib. 1. citat, *Commentarii in Theophrasti librum de affirmatione & negatione.* Eidem Boethio aliorum quoque scriptorum Porphyrii memoriam debemus. Nam dialogo primo in Porphyrium à Victorino translatum laudatur: *Introductio ad syllogismos categoricos. Mos,* inquit, *hic Porphyrio est, ut in his rebus quæ sunt obscurissimæ, introducenda quædam & præmittenda præcurrat, ut in alio quodam libro de categoricis syllogismis fecit, & de multis aliis, quæ in Philosophia gravia illustriaque versantur.* Ejusdem in fine lib. 2. de syllogismo categorico meminit. Recte etiam huc, ni fallor, referuntur laudati ab eodem Boethio *Commentarii in Sophistam Platonis.* Neque enim ignoro Platonis Διαλεκτικὸν aliam esse ab Aristotelica, ac multo sublimiorem; quippe quæ circa considerationem τοῦ ὄντος versatur: locum tamen hic tribuo illis commentariis, quod in iis logica multa, in primis autem doctrinam dividendi pertractatam fuisse, Boethius testetur in præfatione libri de divisione. *Andronici,* inquit, *diligentissimi senis de divisione liber editus, & hic idem à Plotino gravissimo Philosopho comprobatus, & in libri Platonis, qui Sophistes inscribitur, commentariis a Porphyrio repetitus.* Proclus quoque prima dissertatione in Platonis Politiam affirmat, hunc dialogum nomen accepisse ἀπὸ τῆς προτεινομένης προβλήματος, à refutatione scilicet, atque exagitatione Sophistarum: cætera illa quæ obiter de ente & non ente disputantur, esse τῶν ἕνεκά του, atque alterius gratia assumi. τὸν γὰρ Σοφιστὴν ὅτως ἐπίχαψεν, ἐπειδὴ τοῦτ' ἦν τὸ προκείμενον εἰς τὴν ἐν ἐκείνῳ τῷ Διαλόγῳ σκέψιν ὁ σοφιστής, καὶ ὃν καὶ οὐκ ὂν εἴρηται μύρια, καὶ οὐκ ὂν τὰ μὴ ὄντος, ἀλλὰ ταῦτα συνύφανται πρὸς τὸν περὶ τοῦ σοφιστοῦ λόγον.

Sequuntur deinde artes Mathematicæ, in quibus multa scripsit, præsertim Astronomica, teste Suida. Et licet nihil in Arithmeticis, & Geometria, vel solius nominis indicio supersit, non pauca tamen ab eo in utroque genere edita fuisse, ἢ ὅσα τῶν ἀριθμῶν ἥπτηται, ἢ ὅσα νοεῖ πρὸς γεωμετρίαν, *vel quæ ex numeris dependent, vel quæ ad Geometriam spectant,* testatur Eunapius. Πορφυρίου εἰς τὰ ἁρμονικὰ Πτολεμαίου ὑπόμνημα. *Porphyrii commentarius in Harmonica Ptolemæi.* Habetur bis terve in Bibliotheca Vaticana: idemque in Christianissimi Galliarum Regis Bibliotheca Parisiensi asservatur. Principium ejus hoc est: Πολλῶν αἱρέσεων ὐσῶν ἐν μυσικῇ περὶ τὸ ἁρμοσμένον, ὦ Εὐδόξιε, δύο πρωτεύειν αὖτις ὑπολαβοι, τὴν τε Πυθαγόρειον καὶ τὴν Ἀριστοξένειον, ὧν καὶ τὰ δόγματα εἰσέτι καὶ νῦν σωζόμενα φαίνεται. Totus ferme commentarius contextus est ex antiquiorum autorum locis, præsertim

ſertim Didymi περὶ διαφορᾶς τ῀ πυθαγορείε μουσικῆς πρὸς τὰ Ἀριστοξενείων τι καὶ πυθαγορείων : tum ex Ptolemaide Cyrenæa, ἐν τῇ πυθαγορικῇ τ῀ μουσικῆς στοιχειώσ῀. Ex Æliani & Adraſti Commentariis in Platonis Timæum, ac ſimilibus. Et edidit inde jam olim Franciſcus Patricius, ſedulus hujusmodi rerum conquiſitor, ingens illud fragmentum Ariſtotelis περὶ ἀκουστῶν, *de audibilibus* : diſcuſſionum Peripateticar. tom. I. lib. III. Neque tamen in univerſum ἁρμονικῶν opus ſcripſit Porphyrius, ſed in quatuor duntaxat prima capita : cætera dein Pappus pertexuit. Ita enim in alio manuſcripto Vaticano titulus indicat. Πορφυρίε ἐξήγησις εἰς δ΄ πρῶτα κεφάλαια τὰ πρότα τῶν ἁρμονικῶν Πτολεμαίε. Sequitur deinde, Πάππε ἐπάνημα εἰς τὰ λοιπὰ τ῀ δ΄ κεφαλαίε, καὶ ἐφεξῆς.

Aſtronomicum opuſculum unum nobis ſupereſt, Εἰσαγωγὴ εἰς τὸ ἀποτελεσματικὸν Πτολεμαίε. *Introductio in Cl. Ptolemæi opus de effectibus aſtrorum.* Edita ante LXX. annos Baſileæ, cum anonymi ſcholiis in tetrabiblum Ptolemæi ex Demophilo collectis, & Hermetis libro de revolutione nativitatum : ſed adeo corrupta, ut nullum legentibus uſum præſtet. Eam Vincentius Richardus, Clericus Regularis, ex optimo & integerrimo codice à ſe translatum mihi affirmavit, vir bene haſce literas doctus.

CAP. VIII.

Porphyrii hiſtoria philoſophica. Fragmenta ejus collecta. Socratis hiſtorici de eadem judicium expenditur.

HIſtorica ejus hoc loco ſubjungenda : in quibus primum ſibi locum jure merito vindicant Φιλοσόφε ἱστορίας βιβλία δ΄. *Hiſtoriæ philoſophicæ*, ſive *De Vitis Philoſophorum, libri IV.* Meminit hujus operis Eunapius principio ejus libri, quem de Sophiſtarum vitis ſcripſit ; cujus verba operæpretium eſt cognoſcere. τὸν Φιλόσοφον ἱστορίαν, καὶ σὺν τῶν Φιλοσόφων βίοις Πορφύριον καὶ Σωτίωνα ἀπελέξαντο. ἀλλ' ὁ μὲν Πορφύριος, ὕτω συμβὰν, εἰς Πλάτωνα ἐτελεύτα καὶ σὺν ἐκείνῳ χρόνος. *Hiſtoriam vitasque Philoſophorum collegerunt Porphyrius & Sotion. Sed Porphyrius, neſcio quo caſu, in Platonem ejusque tempora deſiit.* Et Theodoretus ſerm. II. θεραπ. de eodem ſic ſcribit : Πλούταρχος δὲ καὶ Ἀέτιος τὰς τῶν Φιλοσόφων ἐκπαιδεύσασι δόξας, τὸν αὐτὸν δὲ καὶ ὁ Πορφύριος ἀπεδέξατο πόνον, τὸν ἑκάστε βίον τ῀ δόξαις προστιθεικώς. *Plutarchus vero atque Aetius Philoſophorum opiniones expoſuere : quem laborem & Porphyrius ſibi*

sumsit, qui & unius cujusque vitam singulorum opinionibus adjunxit. Meminit ejusdem sermone IV. & V. Quin & Johannes Tzetzes Grammaticus Byzantinus Chiliadis XI. historia CCCLXXVII. idem opus laudat: ubi encyclicas disciplinas vocari docet universum bonarum artium ac scientiarum orbem, ὡς ἔγραψε Πορφύριος ἐν βίοις Φιλοσόφων, hoc est, *teste Porphyrio in vitis Philosophorum.* Verum cum hujus operis causa tota hæc dissertatio â nobis instituta fuerit, distinctius nonnihil de eo & per partes agendum. Fuit ergo *Liber primus, De Vita Pythagoræ.* Et quidem ille ipse quem hic â me editum habes Græce & Latine: cum eum in Germania Conrad. Rittershusius eruditissimus I. C. Græce tantum Malchi nomine publicasset. Nam præter illa quæ superius de gemino Porphyrii nomine disserui, non sinit nos de autore dubitare Cyrillus Alexandrinus, qui hoc opus passim citat in X. illis libris, adversus Julianum apostatam editis, quos Lutetiæ Parisiorum R. & Cl. P. Jacobus Sirmondus Græce mihi legendos dedit; cum hactenus non nisi mala Oecolampadii versio prodierit. Hujus Manuscripti ope plurimum adjutus fui ad primæ editionis lacunas supplendas: quo & Vaticani codicis autoritas deinde accessit. Indicabo nunc ordine singula Cyrilli loca; si quis conferre ea cum nostra hac editione velit. Libro primo. Πορφύριος γὲν ὅτι παιδεία κοζμικὴ δόξαν ἔχων παρ' ἐκείνοις οὐκ ἀφωνὴ, ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ τ̃ Φιλοσόφε ἱστορίας τοιῦτόν τι φησὶ περὶ τῶν ὠνομασμένων σοφῶν, ἥτοι δοκησισοφίας ὅτ' ἐληψιν ἐσχηκότων. μὴ δυνάμενοι γὰρ φησὶ τὰ πρῶτα εἰδη, &c. Est locus ille Moderati Gaditani, qui extat pag. 32. v. 21. hujus editionis. Et rursum libro III. Πορφύριος τοίνυν ὁ αὐτὸς κοινωνὸς, ὁ τ̃ καθ' ἡμῶν ἀθυροσομίας πατὴρ, τὸν Πυθαγόρε βίον ἐξηγούμενος ὧδέ πη φησί. τὰ γὰρ ἱστορούμενα περὶ τ̃ ἐν Μυκηίναις, &c. quæ extant pag. 18. vers. 1. hujus edit. addit paulo post: Γεγράφει δὲ πάλιν ὁ Πορφύριος ὧδε περὶ αὐτ̃· οὗτος δὲ περιπάτου, &c. quæ hinc extant in fine pag. 21. Deinde libro VI. Γεγράφει δὲ ὅδε καὶ τὸν Πυθαγόρε βίον ἐξηγούμενος, ὥτω λέγοντα τὰ Κροτωνιατῶν πάλιν, &c. quæ habentur p. 12. vers. 4. Item libro IX. Πυθαγόρας δὲ τὰ ἀπορρήτων δηλοῦν οὐκ ἀτιμήσας ἔχει, ἀλλ' ἐν λόγῳ τὸ χρῆμα αὐτῷ. γέγραφε γὰρ ὧδε περὶ αὐτ̃ Πορφύριος ἐν βιβλίῳ πρώτῳ Φιλοσόφε ἱστορίας. ἐν δὲ καὶ ἄλλο εἶδος, &c. quæ leguntur in hoc libello, p. 27. v. 34. Denique libro X. Καὶ γὲν ὁ Πορφύριος τὸν Πυθαγόρε βίον ἐναρξῆ καθιστὰς ὧδέπη φησίν. Ἀντιφῶν δὲ ἐν τῷ περὶ τὰ βίε, &c. quæ habentur p. 5. v. 13. proferuntur ibidem alia loca quæ in notis indicabo. Quæ quidem omnia nequaquam nos de hujus

jus libri autore dubitare sinunt : cujus nomen cur in MSS. codicibus supprimatur, postea dicam.

Secundum librum à nemine citatum observavi, neque temere dixerim cujus vitam is complexus fuerit.

Liber tertius de vita Socratis laudatur à Cyrillo contra Julianum, lib. 6. paulo post principium. Φέρε γὰρ ἴδωμεν, καὶ περὶ τοῦ ἄλλων ὁποῖος ἦν ὁ Διαβόητος παρ' αὐτοῖς Σωκράτης. καὶ ἀπιστήσειε μὲν ἴσως ἀπιστισοῦν πῖς τοῖς τότε λόγοις, ὁ μὲν ἐπὶ τοῖς Πορφυρίου γράμμασιν αὖ πρεῖ, ὃς τὸν ἑκάστου τῶν ἀρχαιοτέρων ἀπτεμήνατο βίον. σκοπὸς γὰρ ἦν τοῦτο γενέσθαι αὐτῷ, καὶ πλεῖστα ἠξίωσε τὸ χρῆμα σπουδῆς. ἔφη τοίνυν ὠδί πως αὐτός. λέγει ἡ Ἀριστόξενος ἀφηγούμενος ἕνα τῶν Σωκράτους, ἀκηκοέναι σπινθῆρος τινὸς αὐτοῦ, ὡς οὐ εἰς τῶν τότε ἐντυχόντων· τοῦτον λέγειν, ὅτι ὁ πλείοις αὐτὸς γε πιθανωτέροις ἐντετυχηκὼς εἴη, τοιαύτην εἶναι τινὰ τότε φωνὴν, καὶ τὸ σῶμα, καὶ τὸ ὑποφαινόμενον ἦθος. καὶ πρὸς πᾶσι δὴ τοῖς εἰρημένοις τινὰ δύναμιν ἰδιότητα. γένεσθαι δέ ποτε τοῦτο, ὅτε μὴ ὀργίζοιτο. ὅτε δὴ φλεχθείη ὑπό τινος πάθους τοῦτο, δεινὸν εἶναι τινὰ ἀρχημοσπούδην. ἀδεὲς γὰρ ὅτε ὀνόματος ὑποχέσθαι, ὅτε πράγματος. & paulo post, γέγραφε γὰρ ὠδί πάλιν περὶ αὐτοῦ Πορφύριος. ὁ δὴ τοῖς περὶ τὸν βίον τὰ μὲν ἄλλα εὔκολον, καὶ μικρᾶς δεόμενον παρασκευῆς εἰς τὰ καθ' ἡμέραν γεγονέναι· πρὸς δὲ τὰ τῶν ἀφροδισίων χρῆσιν σφοδρότερον μὲν εἶναι, ἀδύνατον δὲ μὴ περιεῖναι. ἢ γὰρ τὰ γαμετῆς, ἢ τὰ κοινὰς χρῆσθαι μόναις· δύο δὲ ἔχειν γυναῖκας ἅμα, Ξανθίππην μὲν πολίτιν καὶ κοινοτέραν πως· Μυρτὼ δὲ Ἀριστείδου, θυγατρίδιον δὲ Λυσιμάχου· καὶ τὴν μὲν Ξανθίππην περιπλακεῖσαι λαβεῖν, ἐξ ἧς ἑαυτῷ Λαμπροκλῆν ἐγκύσαι. τὴν δὲ Μυρτὼ γάμῳ ἐξ ἧς Σωφρονίσκον καὶ Μενέξενον. *Videamus ergo qualis præ cæteris celebris ille Socrates fuerit. Nec forte temere quis fidem omnibus adhibebit, quæ de illo narrantur : Porphyrii tamen scriptis contradicere non poterunt, qui de antiquorum vitis figillatim exposuit, atque eum in finem studii quamplurimum impendit. Is hæc de eo refert : Aristoxenus dum Socratis vitam narrat, ait sese spintharum Socratis familiarem audivisse affirmantem, quod in nullum unquam incidisset, cui major fuerit vis persuadendi : & ad hoc vocem ac vultum, moresque ejus fuisse compositos, & gestus singulis dictis accommodatos. Atque id eum fecisse ait, cum non insaneret : sed hoc affectu incensum nullum omnino servasse decorem, nec ab ulla tum voce vel facto abstinuisse.* Paulò post : *Idem Porphyrius de eodem sic scribit : in reliqua omni vita cum frugi fuisse, nec magno apparatu vixisse in diem : in rebus autem venereis vehementiorem quidem fuisse, abstinuisse tamen*

men ab omni injuria : quod vel uxoribus, vel proſtitutis tantum uteretur. Duas eodem tempore habuiſſe conjuges, Xanthippen civem Atticam, ſed paulo communiorem ; & Myrto Ariſtidis filiam, Lyſimachi neptim. Et Xanthippen quidem clanculum ſibi adjunxiſſe, ex qua Lamproclem filium ſuſcepit : Myrto autem nuptam domum duxiſſe, & ex illa Sophroniſcum & Menexenum natos fuiſſe. Citatur etiam à Theodoreto ſerm. I. θεραπ. ubi de Socrate loquitur, καὶ τοῦτο πολλοὶ μὲν εἰρήκασι καὶ ἄλλοι, καὶ ὁ Πορφύριος ἢ ἐν τῷ τρίτῳ τῆς Φιλοσόφου τοῦτο ἱστορίας ξυνέγραψεν. ἔφη γάρ ἔτως. λέγω μὲν ἐγὼ Σωκράτης, &c. Iterum ſub principium ſermonis IV. & ſermone XII. licet libri numerum iſthic non exprimat. Meminit ejusdem vitæ Socratis Socrates hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. III. c. 23. his verbis. Ἔτι μὴν ἐγὼ καὶ Πορφύριον, ὃν Τύριον καλεῖ γέροντα, ἄμφω Φιλοσκώπτας ἦσαν, ἐκ τῶν οἰκείων λόγων ἐλέγχοντας. Πορφύριος μὲν γὰρ τοῦ κορυφαιοτάτου τῶν Φιλοσόφων Σωκράτους τὸν βίον διέσυρεν ἐν τῇ συγγραμμένῃ αὐτῷ Φιλοσόφου ἱστορίᾳ, κἀ ἔοικότα μὲν αὐτῷ γράψας κατέλειπεν, οἷα ἂν μήτε Μέλιτος μήτε Ἄνυτος οἱ γραψάμενοι Σωκράτει εἰπεῖν ἐπεχείρησαν. *Quod autem Julianus*, inquit, *atque Porphyrius, quem Tyrium ſenem vocat Libanius, detractores ambo fuerint, ſuis ipſorum ſermonibus arguuntur. Nam Porphyrius ſummi philoſophorum Socratis vitam laceravit in hiſtoria philoſophica, quam ipſe conſcripſit : & talia de eo retulit, qualia nec Melitus, nec Anytus Socratis accuſatores dicere conati fuiſſent.* Eademque illa ex Socrate transſcripſit Nicephorus Call. lib. 10. c. 36. & hiſt. trip. lib. 7. c. 2. quam cenſuram paulo poſt expendemus. Meminit etiam tertii hujus libri Stephanus ἐθνικογράφος, voce Γάδαρα.

Liber quartus, de vita Platonis.

Citatur à Cyrillo libro 8. ſæpius jam laudati operis adverſus Julianum : Διαμεμνήσομαι ἤδη καὶ αὐτῶν τῶν ῥήσεων, καὶ εἰς μέσον οἵσω τὰ παρ' αὐτοῦ, ὡς ἂν εἰδεῖεν οἱ ἐντυγχάνοντες τοῖς χριστιανῶν θεὸν ἡτοῦ δέξης τὸ ἀπειξεσμένον εἰς τὸ ὄλυθρον. καὶ ὅτι τῶν παρ' ἐκείνοις οἱ πανάριστοί τε καὶ σοφοί, λαμπρόν τε καὶ Διὰ βόης, ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ λαχόντες ὄνομα τοῦ μὲν ὄντως ἡμῖν δογματικῆς ἀκριβείας κατόπιν ἰόντες ἀλοῖεν ἄν, ἁμαρτηκότες τοῦ τῆς ἡμετέρας ἔπαθλον δόξης. Γεγράφει γοῦν Πορφύριος ἐν βιβλίῳ τετάρτῳ Φιλοσόφου ἱστορίας. ἀ χρὴ δὲ τριῶν ὑποστάσεων, ἔφη Πλάτων, τὴν θεοῦ ἡτοῦ σωφελθεῖν, φησὶ ἄν. εἶναι γὰρ τὸν μὲν αἰώνιον θεὸν, πάγαθόν. μεῖζον αὐτοῦ γὰρ καὶ ἀμείνονα τὸν δημιουργόν. τρίτην δὲ τὴν τοῦ κόσμου ψυχήν. ἀ χρὴ δὲ ψυχῆς τὴν θειότητα σωφελθεῖν. λειπὸν δὲ τὸ ἄθεον ὄντως τῆς σωματικῆς

ἐπῆρχ

ἐνῆρχθαι διαφορᾶς. Ἀλλ' ὅτε περιειρημένοι καὶ πρὸς τοῦτο αἰτιλέγουσι, φάσκοντες μὴ δεῖν, παρελθόντα παραριθμεῖν οἷς ἀπ' αὐτοῦ. ἐξηρῆσθαι γὰρ ἀπὸ πάσης κοινωνίας, διὰ τὸ εἶναι ἁπλοῦν πάντη, καὶ ἀδιαίρετόν τινος συμβάσεως, ἀπὸ δὲ τοῦ νοῦ (ἀρχὴ γὰρ ἐστι) τὴν τριάδα μίαν σωθῆναι. Hoc est: *Commemonibo adverbum, atque ea quæ apud ipsos leguntur in medium proferam, ut lectores Christianorum de Deo sententiam rectissime limatam cognoscant. Atque ut optimos & sapientissimos quosque illorum, quique clarum hac re & celebre nomen obtinuerunt, nostrorum dogmatum certitudinem secutos manifeste appareat; nec omnino à vero abernisse, dum nostram sequuntur sententiam. Scribit igitur Porphyrius libro 4. historiæ Philosophicæ in hæc verba: Plato usq; ad tres subsistentias Dei essentiam procedere dicebat. Et supremum quidem Deum esse bonum ipsum: post hunc secundo loco esse rerum omnium creatorem: tertiam vero esse animam mundi. Divinitatem enim usque ad animam progredi. Illud autem quod Deitate caret à differentia corporea incipere. Verum illi, quos ante dixi, hisce quoque contradicunt: asserentes Deum nequaquam rebus ipso inferioribus esse accensendum: exemtum scilicet ab omni societatis communione, nec ullius rei capacem quæ pari gradu constituatur. Sed ducto à mente principio unam deinde trinitatem servari.*

Citatur etiam *Porphyrius in Philosophiæ historia* à barbaro interprete Chronicorum Eusebii, cujus excerpta in magno opere Eusebiano leguntur: ubi nonnulla de tempore, quod inter Ilii expugnationem & primam Olympiadem interceſſit, ex eo afferuntur. Tum alio loco ejusdem sententia de Homeri & Hesiodi ætate adducitur. Et forsan ex eodem opere fuere illa quæ à Simplicio in lib. 2. Arist. de cœlo citantur, de Babyloniorum observationibus astronomicis à Callisthene in Græciam missis, ἃς τινας διηγεῖται ὁ Πορφύριος χιλίων ἐτῶν, εἶναι καὶ ἐννεακοσίων τριῶν, μέχρι τῶν χρόνων Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος σωζομένας. *Quas Porphyrius, mille nongentorum & trium annorum fuisse, & usque ad Alexandri Macedonis tempora servatas narrat.* Nisi potius ex opere aliquo Astronomico fuerint, quæ plurima, teste Suida, Porphyrius scripserat. Pauca hæc magni operis fragmenta, ut dispersas naufragio tabulas collegi, quæ specimen aliquod exhiberent eorum librorum, quos incuria mortalium & temporis injuria nobis invidit; vel potius Porphyriani nominis invidia extinxit: si tamen tam præclarum opus in rebus humanis esse desierit, quod Joannes Tzetzes ante 400. adhuc annos legit. Utinam vero integrum alicunde proferatur! cum ex primo hoc libro, licet mutilo, satis appareat, quam jacturam res literaria ejus scripti interitu fecerit: quod Cyrillus summo studio confectam

fectum fuisse affirmat. Idque eo magis, quod plurimorum insignium autorum testimonia de Socratis & Platonis vita, ac philosophandi ratione una perierunt. Porphyrius enim cum eorum vitas scriberet, à quorum temporibus longiori intervallo erat remotus, & de quibus propria fide nihil poterat affirmare, historiam suam ex aliorum autorum locis centonis instar concinnavit: qui ut tempore fuerant propinquiores, ita fidem majorem merebantur. Qua quidem in re diligentiam ejus miror & laudo: qui ne illa quidem dissimulare voluit, quæ sequiora de clarissimis hominibus, sive vera fide, sive invidia quorundam atque obtrectandi studio, prodita fuerant. Atque utinam tam facile nobis esset in cæteris Porphyrii causam tueri, quam nullo negotio hujus historiæ fides contra Socratis objectionem à calumniæ ac detrectationis crimine defenditur. Ea enim quæ malevole contra Socratem Philosophum scripta fuisse reprehendit lib. 3. cap. 23. hist. Eccles. nequaquam de suo confinxit Porphyrius, nec propria fide asseruit; sed Aristoxeni, gravissimi ac celeberrimi scriptoris autoritate. Quod videre est Theodoreti sermone XII. Græcar. affect. ubi ea leguntur, quæ Porphyrius ex dicto autore de Socratis iracundia ac libidine in tertio hujus operis libero retulerat. Taceo enim quod Socrates ipse Zopyri de se judicium proprio testimonio comprobarit.

Seorsim scriptus fuit liber, Περὶ Πλωτίνου βίου, καὶ τῆς τάξεως τῶν βιβλίων αὐτοῦ. *De vita Plotini, & ejus librorum serie.* Qui Enneadibus ipsius semper præfigitur. Illas enim emendandas sibi à præceptore relictas fuisse ipse testatur: quod in propriis libris conficiendis ac recensendis paulo negligentior esset. Nec solum Plotini scripta recognovit, sed & introductionibus atque commentariis eadem illustravit, quod ex libello ἀφορμῶν & Æneæ Gazæi loco, quem inferius apponam, manifeste apparet.

CAP. IX.

Porphyrii scripta quæ ad practicam Philosophiam spectant.

VEnio nunc ad ea quæ longe plurima in omnibus Philosophiæ partibus scripsit. Atque in genere quidem de universa Philosophia agebat liber a Suida laudatus, Περὶ τῆς Ὁμήρου φιλοσοφίας. *De Homeri Philosophia.* Quo id haud dubie probare voluit, Homerum non minus

minus philoſophum quam poetam fuiſſe. Idque fortaſſis in Longini præceptoris gratiam, quem peculiare opus de hac quæſtione edidiſſe conſtat, Suidæ teſtimonio, εἰ Φιλόσοφος Ὅμηρος. *Num Homerus philoſophus ſit* Quem non ſolum philoſophum, ſed principem philoſophorum eſſe Maximus Tyrius affirmat, diſſert. XVI. qua diſquirit, *utrum ſit ſecta Philoſophiæ ſecundum Homerum.* Ubi eleganter Homericam poeſin παναρμόνιόν τι ὄργανον appellat, quod omni vitæ generi atque inſtituto convenit. Atque unum illum omnium artium ſcientiarumque ſemina, principia, atque exempla continere affirmat. Qui & Horatio teſte, *quid ſit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non, Plenius ac melius Chryſippo ac Crantore dicit.* Ex hoc ingeniorum fonte omnes poſtea ſapientes animum irrigaſſe, rivulosque in ſuos deduxiſſe uſus teteſtatur Euſtathius, ᾐδεὶς ὅτι τὰ πὰ αὖω φιλοσοφούμενα, ὅτε μὲν φύσιν, ὅτε δὲ ἦθος, ἄλλοτε ἀλλῶς δὲ λόγους ἐξωτερικούς, ὁποίους ἄν εἴποι τις, παρῆλθε τὴν Ὁμηρικὴν σχολὴν ἀξιαγώνιστος, ἀλλὰ πάντες παρ' αὐτῷ κατέλυσαν. Unde Philoſophorum præſtantiſſimi Democritus, Zeno Cittienſis, Antiſthenes, Heraclides Ponticus, Poſidonius, Panætius, & Platonici recentiores fere omnes ſuis ſcriptis Homerum illuſtrarunt. Atque exſtant duo præclara in hoc genere opuſcula: alterum quidem Heracliti cujusdam, de Homericis allegoriis. Quod neſcio qua de cauſa Heraclidi Pontico adſcribitur, reclamantibus præter temporis rationem quinque manuſcriptis, quos in variis Bibliothecis vidi, & Euſtathio ad Homeri Iliad. α'. pag. 40. Alterum vero Procli Diadochi, quo Poetam adverſus Platonis accuſationes defendendum ſuſcepit. Quibus forte addi debet Strabonis diſſertatio principio operis Geographici. Ex hiſce enim conjicere licet, cujus generis fuerit hoc Porphyrii opus.

Laudantur ab eodem Suida Περὶ τῶν μίαν εἶναι τὴν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους αἵρεσιν, βιβλία ζ'. *De Platonis atque Ariſtotelis conſenſu, libri 7.* fuit enim Porphyrius utriusque Philoſophiæ æque peritus, ut ſupra diximus, ideoque Ariſtotelica ubique Platonicis admiſcuit. Quod & Proclus lib. 1. in Timæum, p. 18. teſtatur: ubi ait Porphyrium πειπατητικὰς ὑποδύσεις περιφέροντα λύειν τὰς Πλατωνικὰς ἀπορίας. Hoc philoſophandi genus ab Ammonio introductum fuiſſe ex Hierocle ſuperius oſtendi: cujus exemplo plerique omnes poſteriores philoſophi cœperunt ἐπαμφοτερίζειν, & Academiam cum Lyceo conjungere: explosa priorum Academicorum ſuperſtitione, qui unum Platonem nimis religioſe ſectabantur; atque ejus

dogmata adeo ab Aristotelicis differre existimabant, ut nulla ratione conciliari possent, Hosce ab utriusque Philosophi mente, & ab ipsa veritate longius aberrasse affirmat Hierocles οὐ μὴν ἐκείνους ἔρεσθαι καὶ ἀποροίας σφᾶς αὐτοὺς παραπλήσιους· οὐ γὰρ καὶ παρελήφει καὶ ἀμαθία δεδιελωμένους. Quod & Porphyrius hoc opere demonstrandum susceperat. Nam Taurus Berytius, ut ex Suida discimus, scripserat περὶ τῆς τῶν δογμάτων διαφορᾶς Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους. Et Attici Platonici liber *contra Aristotelem à Moyse & Platone dissidentem* citatur sæpius ab Eusebio, libro XV. præpar. Evang. idemque nunc in Bavarica Bibliotheca extare dicitur. Quin etiam inter Latinos Boethius, principio libri 2. de interpretatione, se Porphyrii exemplo *Aristotelis Platonisque sententias in unam quodammodo revocaturum concordiam, & in his eos non ut plerique dissentire in omnibus, sed in pleriaque quæ sunt in philosophia maxima, consentire demonstraturum promisit.* Optandumque esset ut vel ipse eam conciliationem absolvisset; vel si absolverit, ut ad nostram pervenisset ætatem: ita facilius Porphyriani operis jacturam ferremus. Sed veterem inter hos philosophos litem renovare voluit Georgius Gemistus Pletho Bessarionis præceptor, & Trapezuntius Platonis calumniator: & nuper adeo Franciscus Patricius. In quibus conciliandis veterum exemplo Picus, Foxius, Carpentarius, Mazzonius, Buratellus & alii laborarunt.

Ad moralem Philosophiam spectant laudati à Stobæo & Suida περὶ ἑαυτοῦ γνωριστικῶν, δ'. *De sui ipsius cognitione libri 4.* hanc enim sui cognitionem Pythagoræ, ac Platonis schola, ut principium atq; fundamentum totius Philosophiæ statuebat, ad purgandum à vitiis animum, & virtutibus ac veritatis cognitione excolendum. Qua de re Plato in Alcibiade priore abunde tractat, & Proclus atque Olympiodorus divinis illis commentariis, quibus eundem dialogum explicarunt. Hisce recte subjungitur ejusdem argumenti liber, Περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν, πρὸς Χρυσάοριον. *De eo quod est in nostra potestate, ad Chrysaorium.* Cujus partem non exiguam Stobæus nobis conservavit lib. 2. ἐκλογῶν. Nam ubi homo seipsum recte cognoverit, nimirum se animam esse rationalem, quæ corpore ut instrumento utitur; sciet etiam quæ propria sibi bona adsint, quæ nec alterius beneficio possidet, nec impediri ab alio queunt. Videlicet τὰ κινήματα τῆς ψυχῆς, τὰ ἔνδοθεν ἀπ' αὐτῆς καὶ τῶν αὐτῆς κρίσιν καὶ αἵρεσιν γινόμενα, ut Simplicius ait. Hoc est: *internos animi motus, qui libero ejus judicio propositoque fiunt.* Quocirca is qui propriæ perfectioni

studet,

ſtudet, animam ipſam & propria ejus bona excolat neceſſum eſt. Corpus autem ut animi inſtrumentum curet: cæteraque externa, quatenus ad inſtrumenti conſervationem faciunt: ne vel nimio neglectu uſui ſevitioque animæ ineptum reddatur: vel immodico cultu adverſus animæ imperium ſeſe extollat, atque inſtar luxuriantis equi rationis frænum excutiat. Quem in finem ſcripti fuere à Porphyrio Περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων, πρὸς Φίρμων Καστρίκιον, βιβλία δ'. *De abſtinentia ab eſu animalium, ad Firmum Caſtricium, libri IV.* Opus nunquam ſatis laudatum, quod magnum Italiæ decus Petrus Victorius in lucem protulit, & Bernard. Felicianus egregie expreſſit Latino ſermone: quo neglecto, nuper in Galliis neſcio quis ineptiſſima verſione vel delirio potius perpetuo optimum opus peſſime contaminavit: ut inter omnes malorum ſpecies, quibus iratum numen Porphyrianos manes nomenque hactenus preſſit, hanc facile principem ducam; quod in tam mali medici manus inciderit. Laudatur autem hoc opus ab Euſebio, lib. 9. de præparat. Evang. & à Theodoreto, Therapeut. ſerm. VII. & X. qui ea loca adducunt, quibus profana gentilium ſacrificia ſubvertuntur: cum Porphyrius diſertim affirmet, eos nequaquam pro diis habendos, qui ſanguinis effuſione atque animantium cæde gaudent. Qua ratio cum typica Hebræorum ſacrificia, quæ vero numini offerebantur, pariter impugnare videretur; reſpondit hac parte Porphyrio Diodorus Epiſc. Tarſenſis: cujus libri κατὰ Πορφυρίου, περὶ ζώων καὶ θυσιῶν, à Suida commemorantur.

Hiſce ob argumenti ſimilitudinem adjungendi ſunt libri aliquot *De regreſſu animæ.* Quos D. Auguſtinus lib. X. de Civit. Dei cap. 29. laudat his verbis: *Hoc fortaſſis credere recuſatis, intuentes Porphyrium in his ipſis libris, ex quibus multa poſui, quos de regreſſu animæ ſcripſit, tam crebro præcipere, omne corpus eſſe fugiendum, ut anima poſſit beata permanere cum DEO.* Capite autem 32. primum ejusdem operis librum citat: *Dicit Porphyrius in primo juxta finem de regreſſu animæ libro, nondum receptam unam quandam ſectam, quæ univerſalem viam animæ contineat liberandæ.* Græce fuerat titulus: περὶ αὐόδου τῆς ψυχῆς. Platonici enim τὴν αὔοδον, hoc eſt, aſcenſum ſive reverſionem animæ τῇ εἰς τὰ σώματα καθόδῳ opponunt. Ea autem quæ D. Auguſtinus ſe ex iis libris poſuiſſe ait, extant capp. 9. & 10. tum. 24. 26. & 28. ejusdem libri X. ubi Porphyrii ſententiam de purgatione animæ per artem theurgicam fuſe refert, & ut impiam merito exagitat: quo dæmones malos in cœlum

elatos collocaret inter Deos, & ſydera ipſa hiſce opprobriis infamaret: atque ad falſas malignorum ſpirituum poteſtates & ſuperſtitioſas purgationes; hoc eſt, ut ipſe ait, in errorem certiſſimum ſua quoque autoritate homines mitteret. Et haſce malæ curioſitatis præſtigias eum non à Platone, ſed Chaldæis magiſtris ſuis didiciſſe affirmat: ut immundiſſimorum dæmonum prædicatorem & angelum eum vocare non dubitet: quamvis, teſte eodem D. Auguſtino cap. 9. cunctanter & pudibunda quodammodo diſputatione quandam quaſi purgationem animæ per theurgiam Porphyrius promitteret; reverſionem vero ad Deum hanc artem præſtare cuiquam negaret. *Ut videas*, inquit, *cum inter vitium ſacrilegæ curioſitatis & Philoſophiæ profeſſionem ſententiis alternantibus fluctuare: Nunc enim hanc artem tanquam fallacem & in ipſa actione periculoſam, & legibus prohibitam cavendam monet: nunc autem velut ejus laudatoribus cedens, utilem dicit eſſe mundandæ parti animæ, non quidem intellectuali, qua rerum intelligibilium percipitur veritas, nullas habentium ſimilitudines corporum: ſed ſpirituali, qua corporalium rerum capiuntur imagines: hanc enim dicit per quasdam conſecrationes theurgicas, quas teletas vocant, idoneam fieri atque aptam ſuſceptioni ſpirituum & angelorum, ad videndum Deos. Ex quibus tamen theurgicis teletis fatetur intellectuali animæ nihil purgationis accedere, quod eam faciat idoneam ad videndum Deum ſuum, & perſpicienda ea quæ vere ſunt.* Unde idem Auguſtinus cap. 24. Porphyrium invidis dæmonum poteſtatibus ſubditum, de iisdem & erubuiſſe, & eas libere redarguere formidaſſe affirmat. & cap. 26. teſtatur ipſum theurgorum fallaces præſtigias utcunque habuiſſe perſpectas; ſed contra multorum Deorum cultum Deum verum non libere defendiſſe. Omitto enim alia plurima, quæ iisdem libris Porphyrio nimis quam vere impinguntur. Cæterum quæ de duplici animæ purgatione Porphyrius hoc opere tractarat, rectius poterunt intelligi, ſi quis ea adhibeat quæ ab Hierocle ad poſtremam partem Pythagorici carminis περὶ καθαρμῶν καὶ λύσεως τῆς ψυχῆς diſputantur. Ita enim Pythagoras ejusque ſectator Plato ſenſerunt: animam humanam divinæ auræ particulam, dum relicta cœleſti ſtatione ex univerſo animarum choro ad mortalem vitam & terreni corporis commercium per ætheriam regionem deſcendit, ibidem quandam corporis ſpeciem aſſumere, quo ſpiritalis ejus eſſentia tanquam vehiculo ad inferiora hæc deferatur: & elementorum regiones peragrantem varias inſuper induere tunicas, ordine ex elementis conflatas; quibus circumamicta ita demum

demum corpori se insinuet. De vehiculi illius natura variæ fuere Platonicorum sententiæ, ut ex Proclo lib. V. in Timæum pag. 311. & 320. videre est: quorum alii universi naturam animæ currum esse voluerunt; alii astrum aliquod animæ congenitum: alii mixtum quid ex cœlestibus sphæris: alii concretum aliquid ex universo æthere. Sed cum animam ad inferiora vergentem eo fine corpori immergi crederent, ut à terreno affectu purgata, ad Deum autorem & originem suam reverteretur, varias statuerunt purgationum species, quarum beneficio mortalitatis vinculis exsoluta, pura ac libera ad pristinam ἀζωΐαν rediret. Et de iis quidem quæ terreni corporis molem leviorem reddunt, quas in sobria & moderata victus ratione consistere existimabant, Porphyrius luculenter agit quatuor illis libris de abstinentia ab esu animalium: de reliquis autem duabus operæ precium est videre Hieroclem pag. 305. ubi animam rationalem mathematicis disciplinis purgari ait; de quibus in notis nonnulla dicenda erunt: solvi autem atque elevari τῇ διαλεκτικῇ τῶν ὄντων ἐποπτείᾳ, sive contemplatione eorum quæ vere sunt: quam λύσιν ἀναγωγὸν appellat. Spiritalem vero animæ partem, ut D. Augustinus Porphyrii verbis vocat; sive τὸ πνευματικὸν καὶ λεπτὸν τῆς ψυχῆς ὄχημα, & ut iidem Platonici appellant, τὸ αὐγοειδὲς τῆς ψυχῆς σῶμα, sive τὸ ψυχικὸν σῶμα, suam quoque purgationem, suamque exsolutionem habere affirmant. Et mathematicis quidem purgationibus respondere τὸν τελεστικὸν καθαρμὸν, contemplationi autem mentali, τὸν ἱερατικὸν ἀναγωγὸν. *Hæc enim*, ait, *proprie purgant perficiuntque animæ rationalis spirituale vehiculum: & separant illud à mortalitatis contagio, & ad mundorum spirituum congressus idoneum aptumque reddunt.* Sed operæ pretium erit utriusque Philosophi verba diligenter inter se contendere: cum non solum alter alteri facem alluceat, sed id quoque manifeste eorundem comparatione appareat, non unum Porphyrium eo seculo illud superstitiosæ impietatis genus probasse; quod & antiquissimis quibusq; ante natum Porphyrium, & post eum recentioribus Academicis omnibus in usu fuit: qui longe lateque terrarum orbem peragrabant, ut omnibus omnium Deorum sacris initiarentur: quod animum tot lustrationibus à mortalium rerum contagione defæcatiorem reddi, & ad DEI rerumque divinarum contemplationem magis aptum atque expeditum effici crederent. Addo etiam, Hierocli non minus quam Porphyrio perspectas fuisse Theurgicarum, sive, ut ipse vocat, sacrarum artium præstigias. Cum ita demum id purgationum genus probet, si θεοπρεπῶς,

hoc eſt, ſacro ritu, non tralatitio agyrtarum more fiant. Id vero mirari ſubit, D. Auguſtinum, quo nemo veterum Platonis doctrinam aut rectius intellexit, aut æquius de ea judicavit, illud tanquam proprium ac ſuum Porphyrio objicere, quod *omne corpus fugiendum eſſe*, dicto opere pronunciaſſet: cum ea in re nihil à Platonis ſententia diverſum affirmarit: qui in Phædone, & in VII. libro de rep. prolixa diſputatione, & luculenta antri ſubterranei ſimilitudine oſtendit, animum corpori tanquam cœco carceri incluſum, mole atque paſſionibus ejus in veritatis contemplatione quam maxime præpediri. Idcirca abducendum eum à ſenſibus, & corporis, domeſtici hoſtis, familiaritatem ſedulo ei cavendam ac fugiendam eſſe: & circa hanc fugam omne Philoſopho ſtudium operamque collocandam: quam & Plato dictis locis & Porphyrius mortem philoſophicam, ſive mortis meditationem, aut vitam ſecundum mentem, aut animæ abductionem converſionemq; vocant: ita tamen ut vinculum illud, quo natura corpus animamque colligavit, violenter abrumpendum negarint, nec animæ à mortalis vitæ ſtatione absque ſupremi imperatoris juſſu decedendum: quod Cleombrotum Ambraciotam non recte intellecta Platonis diſputatione feciſſe ajunt; quodque ſevera porticus probavit, quæ paſſim occinit, ἰῶνοικται ἡ θύρα & ad laqueos & præcipitia homines mittit. Socrates enim in Phædone multis rationibus αὐτοχειρίαν diſſuadet: Cujus ſententiam Porphyrium quoque ſecutum videmus lib. 1. de abſtin. qui cum duplicem diſceſſum animæ à corpore dixiſſet; unum quidem violentum, alterum vero qui fit πειθοῖ καὶ κατὰ λόγον, quam in Plotini vita εὔλογον ἐξαγωγὴν appellat: primum illum, cum univerſa Platonis ſchola ut impium & animæ noxium his verbis damnat: Βίᾳ μὲν τοίνυν ἑαυτὸν ὁ Φιλόσοφος οὐκ ἐξάγει. βιαζόμενον δὲ δεῖν ἧττον ἐκεῖ μένειν, ὅθεν ἀπελθεῖν βιάζεται· h. e. *Philoſophus nequaquam vi ſemetipſum è vita educet: nam qui nolens cogitur excedere, nihilominus ibi permanet, unde vi expellitur.* Sed illud aliquis objiciet, non eo nomine Porphyrium reprehendi, quod fugam à corpore ſuaſerit, ſed quod omne corpus fugiendum præceperit. Illo enim effato reſurrectionis myſterium tolli: cum Sanctorum animas unitas corpori ad beatitudinis gloriam elevatum iri Catholica fide credamus: eodemque argumento lib. 22. c. 26. D. Auguſtinus Porphyrium urget. Cui id reſponderi poſſet, Platonici Philoſophi verba nequaquam præter Platonis mentem, ac rem ipſam de qua agitur, trahenda eſſe: cumque Porphyrius, ut Platonicorum verbis utar, τὸν θνητὸν

καὶ

καὶ αἰσθητικὴν ἓξ ὑπνοειδὲς σώματος ἐμπάθειαν fugiendam præceperit animo ad Dei rerumque divinarum contemplationem contendenti, minus commode de cœlestium syderum aut beatorum glorioſis corporibus ea explicari: quandoquidem illa nullis cum animo humano vinculis conjunguntur: hæc autem depoſita mortalitatis ſarcina ſpiritualia & corruptibilia evaſere, ut officere amplius nequeant. Veruntamen ne quid temere ſanctiſſimo pariter ac ſapientiſſimo viro reprehenſum credam, Eunapii autoritate moveor; qui neſcio quod corporis humanitatisque odium Porphyrium inceſſiſſe tradit, cum Plotini ſapientiam largius imbibiſſet, quam animus atræ bilis vehementia æſtuans concoquere valeret. Verba ipſa cognoſcere operæ pretium eſt: Εἶτα, ὑπὸ τῆς μεγέθους τῶν λόγων νικώμενος, τό, τε αὐθρωπος εἶναι ἐμίσησεν, καὶ διαπλέουσις εἰς Σικελίαν ἔκειτο κατασβεννὺς καὶ ἀποκαρτερῶν, τροφῆ τε ἀ προσιέμενος, καὶ ἀνθρώπων ἀλισκόμενον πάτον. *Victus dein rationum magnitudine, concepto corporeæ molis humanitatisque odio trajecit in Siciliam: ubi jacuit ſuſpiriis, animi deliquio & inedia prope confectus; neque tamen cibum admittens, & hominum veſtigia vitans.* Tum vero inprimis me movet, quod Origenes ſuum illum errorem ex Platonica philoſophia hauſerit, quo veram carnis reſurrectionem negans, neſcio quam ſpiritualis corporis ſpeciem reſurrecturam ſomniabat. Quem etiam confirmare ſtudebat verbis D. Pauli, negantis carnem & ſanguinem poſſe regnum Dei poſſidere, 1. Cor. 15. v. 50. in quem ſenſum & alterum Apoſtoli locum trahebat 2. Cor. 5. v. 1. ubi aſſerit, nos *terreſtri domo noſtræ hujus habitationis diſſoluta habituros ædificationem ex Deo, domum non manufactam, æternam in cœlis*, ut videre eſt ex S. Methodii libro de reſurrectione apud Photium: quo hunc Origenis errorem ſolide confutat. Quocirca non eſt quod miremur hominem gentilem ad illum ſcopulum impegiſſe, ad quem Origenes ipſe jam ante fidei navem fregerat. Cæterum, quod D. Auguſtinus libr. 10. cap. 29. aſſerit Porphyrium hoc libro dixiſſe, ad Deum per virtutem intelligentiæ pervenire, paucis eſſe conceſſum: ad eundem locum, ni fallor, reſpexit Tzetzes Chil. VII. hiſt. 143. dum ait:

Ὀλίγοις ἢ οὐ μέτεστιν, ὀλίγοις ἐξ ἀνθρώπων,
Ἰαμβλιχοπορφύρῳ, Πορφυρίῳ, καὶ πᾶς σοφὸς ὡς λέγει.

Ubi voce monſtroſe compoſita Ἰαμβλιχοπορφύρῳ nunc legitur. Commemoranda etiam hoc loco *Refutatio apologiæ Diophanis Rethoris*, cujus

cujus ipse in Plotini vita meminit. Rhetor enim ille Socraticus cinædus instituta Alcibiadis defensione probare studuerat, juvenem virtutis addiscendæ gratia etiam corporis sui turpem usum docenti concedere debere. Quod perversum dogma Porphyrius Plotini jussu refutavit: ubi multa adversus nefandum vitium de animi sanctitate, atque integritate corporis, tanta vi argumentorum verborumque disseruit, ut Plotinus præ magna lætitia recitanti sæpius acclamaret Homericum illud:

Βαλλ' ὅτως· ἀικέν τι φόως ἀνθρώποισι γένηαι,
Sic ferias, & lumen eris mortalibus olim.

Ad civilem sapientiam referri debent libri X. quos Suidas recenset, Περὶ τῆς ἐξ Ὁμήρου ὠφελείας τῶν βασιλέων. *De fructu quem reges capere possint ex Homero.* Quibus perfecta boni regis institutio ex Homero continebatur. Ita enim Alexander Macedo regum maximus apud Dionem, orat. 2. de regno, pronunciat: reliquorum omnium poëtarum scripta ut convivialia, aut amatoria, vel ridicula, vel popularia, esse: solam Homeri poësin revera generosam, magnificam, & regiam. ᾧ περίπᾳ τὸν νοῦν προσέχων τῶν ἀνδρῶν μάλιστα μὲν ἄρξειν μέλλοι ἄν τῶν ὅπόσ ποτε ἄνθρώπων· Et quicunque animum ei adverterit, eum regem fore & felicissimum & optimum; cum duas potissimum virtutes maxime regias Homerus inculcet, fortitudinem & justitiam. Ideoque Homeri Iliadem τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς ἐφόδιον ubique secum circumgestasse, & noctu una cum ense pulvino supposuisse refert Plutarchus. Tum vero illud non obscure ostendit quanto in pretio Homerum habuerit, quod νάρθηκα sive scrinium inter Darii spolia pretio non postremum illius custodiæ assignarit: ut pretiosissimum humani animi opus maxime diviti opere servaretur. Sed Porphyriani operis gustum ex Dionis oratione haurire licet, unde & scribendi ἀφορμὰς eum sumpsisse arbitror.

CAP. X.

Porphyrii scripta physica, theologica, & theurgica.

REcensebo nunc quæ *ad naturalem Philosophiæ partem* spectant, tum etiam quæ ad diviniorem illam pertinent, quam alii Metaphysicam,

cam, Platonici auguſtiore nomine Theologiam dixere: de qua & ipſa phyſiologia eorum multum adjunctum habet. Quippe cum maxima ejus pars in perveſtigatione τῆς πρωτίστης ἀρχῆς, δημιουργικῆς αἰτίας conſiſtat. Unde, Proclo teſte, τὰ Φυσικὰ ὐ Φυσικῶς μόνον, ἀλλὰ καὶ θεολογικῶς pertractant. Nam ex Pythagoreorum inſtituto τὸ ὑψηλότατον, τὸ νοερὸν, τὸ ἔνθεον, τὸ ἀπὸ τ νοητῶν πάντα ἐξάπτειν, τὸ μυστικῶς τὰ πράγματα καὶ συμβολικῶς ἐνδεικνύμενον, τὸ ἀναγωγὸν ubique adhibent. Unde ob diviniorem philoſophandi rationem cæteris non immerito fama atque gloria prælatos fuiſſe præter alios SS. Patres D. Auguſtinus teſtatur lib. 8. de civit. Dei: & Proclus principio theologiæ Platonicæ; & lib. 2. in Timæum p. 105. Nam cum cæteri animo in inferioribus deſixo ad naturales & proximas cauſas omnia revocarent; illi mentis oculos ſupra omnia quæ corporis ſenſibus uſurpantur extollere auſi fuerunt: & Deum infinito intervallo mentem ipſam exſuperantem, in rebus quidem creatis, ut creatorem patremque omnium: in theologicis ut ſummum verumque ens, proprium intellectus objectum & omnis veritatis lumen. in mortalibus vero ut ſummum bonum, ſive τ ἀσπαζόμενον ſedula inquiſitione perveſtigarunt. Quod in uno illo naturæ principium cauſamque rerum omnium, tum intelligendi veritatem, & vitæ felicitatem omniumque actionum finem conſiſtere exiſtimarent. Et in hac quidem claſſe principe loco ponendi περὶ ἀρχῶν βιβλία β'. *De rerum principiis libri II.* quos Suidas commemorat, laudatque Proclus lib. 1. Theologiæ Platonicæ cap. XI. Πορφύριος ὁ ἂν μὴ τἄπον ἐν τῇ περὶ ἀρχῶν πραγματείᾳ τὸν νοῦν εἶναι μὲν αἰώνιον, ἐπὶ πολλοῖς καὶ καλοῖς ἀποδείκνυσι λόγοις· ἔχειν ὁ ὅμως ἐν ἑαυτῷ καὶ συναιώνιον ἑ νοῦ τῷ ἑνὶ συνάπτει. *Porphyrius vero poſt hunc in tractatione de principiis, mentem quidem æternam eſſe, multis præclarisque rationibus demonſtrat: habere tamen in ſe aliquid mente antiquius, quod cum ipſo uno conjungatur.* Scripſerat autem Porphyrius haud dubie ad Origenis atque Longini præceptorum ſuorum imitationem: quod utriusque libros περὶ ἀρχῶν non ſatis probari videret. Et extat de iisdem paſſim in bibliothecis magnum opus Damaſcii Philoſophi, plenum ſubtiliſſimis diſputationibus. Referendi quoque ad hanc claſſem alii ejus libri ab uno quod ſciam, Suida commemorati. Quales ſunt περὶ ὕλης, ϛ'. *De materia prima libri VI.* Niſi fortaſſis hoc opus innuat Æneas Gazæus in Theophraſto ſuo; cujus verba paulo poſt producam. Item περὶ ἀσωμάτων. *De incorporeis.* Tum etiam περὶ ψυχῆς

πρὸς Βοηθὸν, ἑ. *De anima adversus Boethum Libri V.* Sed postremum hosce præter Suidam citat Eusebius non uno loco in libris de præparatione, & Theodoretus therapeut. serm. 1. Propugnasse Porphyrium hoc opere Platonis de anima sententiam adversus Boethum Sidonium Peripateticum, Andronici Rhodii discipulum, celebrem Augustei seculi Philosophum, certius esse credo quam ut probari egeat. Idque vel unius Eusebii auctoritate manifestissime liquet. Qui cum lib. XI. præp. Evang. cap. 25. & lib. XV. cap. 9. simpliciter hos libros citet titulo τὰ πρὸς Βοηθὸν περὶ ψυχῆς· laudat eosdem lib. XIV. cap. 10. & lib. XV. cap. 13. nomine τῶν πρὸς Βοηθὸν ἀναγεγραφότων περὶ ψυχῆς. vel τὰ πρὸς Βοηθὸν διενεχθέντα τῷ Πλάτωνι ἐν τῷ περὶ τῆς ψυχῆς λόγῳ. Diversum ab hisce opus fuisse existimo Περὶ τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων. *De facultatibus animæ.* Unde Stobæus eclogarum physicarum libro 1. multa excerpsit: nec facile aliter judicaverit quisquis prolixum illum locum recte expenderit à Stobæo nobis conservatum. Refert præterea Suidas Porphyrium scripsisse: Πρὸς Ἀριστοτέλη, περὶ τοῦ εἶναι τὴν ψυχὴν ἐντελέχειαν. *Adversus Aristotelem, qui animam entelechiam esse statuit.* Et pari modo hic errant qui vertunt *ad Aristotelem*: reclamante aliquot seculorum intervallo: quod & F. Patricius in discussionibus Peripateticis jampridem monuit. Cæterum Porphyrius Aristotelicam illam entelechiam etiam in libris de anima contra Boethum impugnarat, ut ex Eusebio videre est lib. XV. præpar. Evang. cap. 9. ubi Porphyrii locum ea de re contra Aristotelem adducit. Hisce tandem addo Τὰ εἰς τὸν Τίμαιον ὑπομνήματα. *Commentaria in Timæum Platonis.* Laudantur à Macrobio lib. 2. cap. 3. in somn. Scip. *Hanc Platonicorum persuasionem Porphyrius libris suis inseruit, quibus Timæi obscuritatibus nonnihil lucis infudit.* Et à Johanne Grammatico contra Proclum de mundi æternitate, lib. VI. cap. X, Καὶ τούτῳ γε μᾶλιστα τῷ σημαινομένῳ τοῦ ῥητοῦ καὶ ὁ Πορφύριος συγκατατίθεται. λέγει γοῦν ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν εἰς τὸν Τίμαιον ὑπομνημάτων ἔτι λέξεως τάδε, &c. Unde apparet id opus in plures libros divisum fuisse. Idemque Grammaticus alia inde loca adducit dicti libri VI. cap. 15. Atque ut Porphyrius post Crantorem, Taurum, Numenium, Severum; tum vero in primis post præceptores suos Origenem & Longinum in hunc dialogum scripsit, ita post Porphyrium Jamblichus, & Syrianus: & post omnes Proclus sua in eundem librum commentaria edidit: in quibus sæpissime Porphyrii autoritate utitur. Atque id ex pluribus locis apparet,

ret, Porphyrium in hoc commentario Origenis & Longini dubitationibus potiſſimum reſpondiſſe. Et licet Proclus nonnunquam à Porphyrii expoſitione recedat; probat tamen ſæpius,& propriam opinionem ejus autoritate confirmat.

In *Theologicis* primo loco conſtituo libellum Τῶν πρὸς τὰ νοητὰ ἀφορμῶν. *Sententiarum quæ ad intelligibilia perducunt.* Vel ut Marſilius Ficinus vertit: *De occaſionibus ſive cauſis ad intelligibilia nos ducentibus.* In Manuſc. Loliniano inſcribitur Ἔφοδος εἰς τὰ νοητά. Hoc eſt, *aditus ſive acceſſus ad intelligibilia.* Illum triplo nunc auctiorem habes ex Vaticana Bibliotheca, ubi hactenus delituit. Sed ne ſic quidem integrum eſſe, arguunt ea quæ Stobæus in eclogas ſuas inde retulit, & à me primæ parti ſuo quæque loco inſeruntur. Quorum tamen pleraque in Lolini codice poſtea reperi. Eſt autem hic libellus στοιχείωσις θεολογική, ſeu prima quædam inſtitutio Theologica, brevibus aliquot aphoriſmis animum ad pleniorem rerum divinarum contemplationem excitans. Et ut Arrianus ex prolixioribus Epicteti diſſertationibus enchiridium ſuum compoſuit, κεφαλαιώδεσι καὶ ἀναγκαιοτάτοις vitæ præcepta continens: ita Porphyrius haſce ſententias ex Plotini ferme libris excerpſit, quibus non male, mea quidem ſententia, εἰσαγωγῆς loco præfigerentur. Nam quod nuperrimus interpres Gallus hoc opuſculum cum libris de abſtinentia cohærere putavit, facile ejus ἀκρισίᾳ ignoſco, qui nihil minus quam hoc ſtudiorum genus intellexit. Theologicus etiam fuit, quem Suidas primo loco recenſet, Περὶ θείων ὀνομάτων, ά. *De divinis nominibus liber I.* Item Ἡ πρὸς Ἀνεβὼ τὸν Αἰγύπτιον ἐπιστολή. *Epiſtola ad Anebonem Ægyptium:* ſive *Anebuntem* cum D. Auguſtino vocare malis: qui libro X. de Civ. Dei, cap. XI. hujus epiſtolæ argumentum prolixe recenſet. Continebat enim varias quæſtiones de dæmonum natura ac generibus: tum etiam de magicis ſacris & divinationibus atque oraculis eorundem. Quibus ſub perſonato Abammonis nomine Jamblichus integro libro de myſteriis Ægyptiorum reſpondit. Cui Procli teſtimonium præfixum eſt, ubi epiſtolæ hujus meminit. Eadem quoque ab Euſebio laudatur lib. III. præp. Evang. cap. 3. & lib. IV. cap. 10. tum lib. V. cap. 7. Item à Theodoreto lib. I. θεραπ. Cæterum Euſebius libro XIV. prædicti operis Ægyptium illum Philoſophum non Ἀνεβώ, ſed Νεκτανεβὼ vocat. Quo loco librariorum vitium irrepſiſſe puto, quibus Ægyptii regis nomen ex Platone notius erat, quam obſcuri ſacerdotis.

Referendus ad eandem classem liber Περὶ ἀγαλμάτων. *De statuis sive imaginibus Deorum:* quem Stobæus in ipso principio eclogarum physicarum citat, ut quidem illæ nunc turbato ordine vulgo habentur. Primus enim ille locus capitis περὶ θεῶν· Ζεὺς ὃν ὁ πᾶς κόσμος, &c. qui in Canteriana editione ἀδέσποτος habetur, in Manuscript. Vaticano citatur nomine Porphyrii ἐκ τῶν περὶ ἀγαλμάτων. Atque hujus loci indicio cognovi ejusdem libri principium esse, quod Eusebius adducit libro III. præpar. cap. 7. ex quo totius operis institutum perspicere licet. Promittebat enim *se divinæ sapientiæ sensus & consilia expositurum, quibus DEum, Deique potestates imaginibus sensui congruentibus indicarunt ii, qui res invisibiles visibilibus simulachris expresserunt, in eorum gratiam, qui ex statuis tanquam ex libris Deorum historias recensere didicerant.* Deinde cap. 7. eundem locum affert, quem apud Stobæum extare dixi. Et multa ex hoc ipso Porphyrii opere subjungens tandem addit: πῶς μοι ἐκ τῆς ἱερᾶς ἀναγραφῆς Πυθαγόρου, ὡς αὐ μηδὲν ἡμᾶς λάθοι τῶν ἀπορρήτων τῆς Ἑλληνικῆς ὁμοῦ καὶ Αἰγυπτιακῆς θεολογίας. Simile Euemeri Messenii opus vidit antiquitas: titulo ἱερᾶς ἀναγραφῆς, quod Eusebius lib. III. ex Diodoro Siculo, & Athenæus citant. In eo ex statuis & sacris inscriptionibus de natura Deorum tractabat theologice simul & historice. Jamblichus etiam librum περὶ ἀγαλμάτων scripserat, cujus refutationem à Joanne Philopono editam legit Photius, cod. CCXV. quam vidisse operæpretium erit, ut materiam & tractandi modum Porphyriani operis cognoscas. Cum certum sit Jamblichum præceptoris vestigia hac etiam in parte pressisse.

Ejusdem generis fuit ὁ πρὸς Νεμέριον λόγος. *Liber ad Nemertium, De divina providentia*, ni quid fallor. Id enim manifeste testari videntur ea loca quæ apud Cyrillum libro III. contra Julianum inde nobis supersunt. Sed cum multa etiam in iis de humanæ voluntatis libertate disputentur, haud temere quidquam pronuncio. Ideoque nisi lectori id tædio futurum vererer, loca singula apponerem; præsertim cum hactenus præstantissimi illi libri Græce necdum prodierint. Addo ea, quorum ipse & quidem solus, in Plotini vita meminit: & in primis poëma in Platonis natali recitatum: cui titulus erat, Ὁ ἱερὸς γάμος, *Sacrum Connubium.* In quo, ut ipse testatur, multa mystice cum enthusiasmo, & arcano modo scripta fuere. Eo carmine ajebat Plotinus Porphyrium ostendisse, *se & Poetam, & Philosophum, & sacerdotem esse.* Verum cum Hesychius, ἱερὸν γάμον Jovis & Junonis festum apud antiquos

quos fuiſſe ſcribat, non male fortaſſis quis exiſtimet, carminis ſacri materiem inde à Philoſopho deſumptam fuiſſe. Præſertim ſi cogitet, veteres Jovis nomine aerem, Junonis terram intellexiſſe, & ſub hujusmodi fabularum involucris pertractaſſe abditiſſima naturæ arcana. Niſi quis tamen ex ipſo potius Platone argumentum eum hauſiſſe velit. Cum enim ille lib. VIII. polit. Philoſophus ſuæ reip. moderatorem ἐξ ἱερῶν γάμων, hoc eſt, ex ſacris nuptiis natum velit, quid rectius Philoſophi natali celebrando conveniat, quam poëtica ac philoſophica ſacri illius connubii explicatio? ubi multa μυστικῶς καὶ θεηγερμμένως de mentis aſcenſu in Deum atque ejusdem conjunctione cum Deo explicari potuerunt. Quæ cum ardentiſſimi amoris vi concilietur, connubii & nuptiarum nomine non minus à Platonicis, quam noſtris Theologis expreſſa fuit. Cætera autem quorum ibidem meminit Porphyrius, vel ipſe ſuppreſſit, aut certe cum autore interiere: videlicet liber adverſus Plotinum, Ὅτι ἔξω τοῦ νοῦ ὑφέστηκε τὰ νοήματα. *Quod ea quæ intelliguntur extra intellectum conſiſtant.* Et ejusdem *defenſio contra Amelium*: qui & prius illud ſcriptum oppugnarat, & Apologiæ deinde reſpondit, eo argumentorum pondere, ut Porphyrius *palinodiam* ediderit, percepta & probata tandem Plotini ſententia.

Quin & alterius operis mentio ibidem exſtat, *De Ideis, adverſus Longinum*. Quo Platonis ac Plotini ſententiam adverſus dictum philoſophum defendendam ſuſcepit. Cui & Longinus ſe reſpondiſſe teſtatur, & Porphyrium refutaſſe, ὡς οὐκ ἔστι τὰ παλινῳδήσοντα. Theologicis tandem addo *magica & theurgica*. Ita enim honorabiliore nomine, ut ait D. Auguſtinus, nefariæ curioſitatis artes, ſive ut Euſebius vocat, τῷ κακοτέχνῳ γοητείᾳ fucare, ac vulgo venditare conabantur; quam eo ſeculo Platonici & Pythagorici ferme omnes exercuerunt, vel affectarunt: & in primis Plotini diſcipuli. Quorum aliquos magicarum artium curioſitate depravatos fuiſſe D. Auguſtinus affirmat, epiſt. LVI. ad Dioſcurum. Et teſtantur plerorumque vitæ ab Eunapio ſcriptæ. Idemque de Proclo Marinus refert in ejus vita: cujus pars poſterior, quæ prolixe περὶ θεουργικῶν agit, hactenus non fuit edita. Et ne quid de Apuleio & Apollonio Tyaneo dicam, ipſum Pythagoram ab Ægyptiis vanas haſce artes didiciſſe, non ſolum Porphyrius teſtatur: ſed & præſtigiis hujusmodi excelluiſſe, miracula iſta arguunt, quæ ab ipſo perpetrata præter noſtrum autorem alii plurimi nar-

rant. Quæ ſi vera ſint, nemo eum à magiæ crimine facile excuſabit. Et quamvis Porphyrius totum hoc nefandæ ſuperſtitionis genus improbaſſe videatur locis ſuperius ex D. Auguſtino prolatis : diſertis tamen verbis hujus criminis accuſatur ab Euſebio, lib. IV. præparat. cap. 6. *Inter Philoſophos*, inquit, *noſtri ſeculi hic potiſſimum dæmonibus, quos ipſe Deos vocat, familiariſſime uſus videtur, & eorum cauſam defendendam ſuſcepiſſe, atque arcana ipſorum præ ceteris majori ſtudio perveſtigaſſe.* Et alio ejuſdem libri loco ait illum, ὁ παρέργως ὁμιλήσας τῇ σοῦ πολλὴν λαθραίαν δεισιδαιμονίαν. & libro V. cap. 6. ipſum τὰ ἀῤῥητότερα τῶν ἀῤῥήτων perſcrutatum fuiſſe dicit. Unde & dæmonum amicum & patronum illum appellat. Verum hac in re non tantum ethnicæ coecitatis, ſed vindictæ divinæ exemplum nimis quam manifeſtum in Porphyrio agnoſcere videor. Qui cum divinam veritatem repudiaſſet, & ſacras literas inexhauſtum veræ ſapientiæ fontem à veritatis ſpiritu promanantem turbare & conviciis fœdare fruſtra ſtuduiſſet, non ſolum ex fabulis, quas humana libido ſibi finxit, ſed ex ſaxis aliisque vilioribus materiis numinis majeſtatem confirmare voluit. Quinimo quod multo deteſtabilius eſt, ancipites dæmonum voces, & perplexas oraculorum ambages anxie conquiſivit, ut ex ſpiſſis mendaciorum tenebris veritatis lucem eliceret. Fuit enim haud poſtremum inter ejus opera, Περὶ τῶν ἐκ λογίων Φιλοσοφίας. *De Philoſophia ex oraculis.* Quod cum alibi tum ſæpiſſime ab Euſebio libro IV. de præpar. & Theodoreto ſerm. X. therap. citatur. Ubi uterque dæmonum oracula impugnans Porphyrii potiſſimum autoritate ad ea evertenda utitur. Sed cum Euſebius lib. III. demonſt. cap. 6. tertium ejus operis librum citet, perſpicue apparet, idipſum in plures libros diſtinctum fuiſſe. Interpres autem hoc loco hallucinatur, qui de Philoſophia Selectorum vertit. Quem errorem & in Theodoreto paſſim commiſſum video. Quin etiam apud D. Auguſtinum lib. XIX. de Civitate DEI cap. 23. ejuſdem operis titulus corruptus legitur. Verba ejus hæc ſunt: *Poſtremo ipſe eſt DEus, quem doctiſſimus Philoſophorum, quamvis Chriſtianorum acerrimus inimicus, etiam per oracula quos Deos putat, Deum magnum Porphyrius confitetur. Nam in libris quos Θεολογίων Φιλοσοφίας appellat, in quibus exſequitur, atque conſcribit rerum ad Philoſophiam pertinentium velut divina reſponſa, &c.* Ita in omnibus editis legitur, niſi quod recentiores Θεολογίαν Φιλοσοφίας commodiori fortaſſis ſenſu ſcribere maluerunt. Sed in vetuſtis Manuſc. Vaticanis ſcriptum deprehendi,

hendi, *eglogion Philosophias*: quod in recentioribus aliquot in *elogion* detorqueri cœpit. Sed sine dubio ἐκ λογίων Φιλοσοφίας reponendum. Quod cum ex ipsis Augustini verbis appareat; tum vero multo maximè ex eo, quod totius hic locus ex III. libro Eusebii de demonstratione Evang. transscriptus est. Sed & apud Julium Firmicum de error. prof. rel. ἐλλογίων alicubi editum observavi. Idem vero opus ab Eusebio lib. V. præpar. cap. X. & alibi vocatur ἡ τῶ λογίων συναγωγή. *Collectio oraculorum.* Utriusque inscriptionis rationem, ut & operis universi argumentum lib. IV. dicti operis cap. 6. Eusebius refert. Οὗτος μὲν οὖν (ὁ Πορφύριος) ἐν οἷς ἐπέγραψε περὶ τῆς ἐκ λογίων Φιλοσοφίας, συναγωγὴν ἐποιήσατο χρησμῶν ὧν τε Ἀπόλλωνος, καὶ τῶν λοιπῶν θεῶντε καὶ ἀγαθῶν δαιμόνων. ὃς καὶ μάλιστα ἐκλεξάμενος αὐτῷ ἡγήσατο ἱκανὰς εἶναι, εἴς τε ἀπόδειξιν τῆς τῶν θεολογουμένων ἀρετῆς, εἴς τε προτροπὴν τῆς, ὡς αὐτὸς Φίλον ὀνομάζειν, θεοσοφίας. *Porphyrius*, inquit, *in iis quæ de Philosophia ex oraculis hausta conscripsit, plerasque tum Apollinis, tum cæterorum quoque Deorum ac bonorum dæmonum responsa collegit. Quæ potissimum seligens sufficere sibi existimabat ad theologiæ virtutem probandam, & ad theosophiam, ut ipse vocare amat, sive divinæ sapientiæ studium promovendum.*

Nec temere dixerim eodemne an diverso opere complexus fuerit Τὰ τῶν Χαλδαίων λόγια, *Chaldæorum oracula.* Cujus Æneas Sophista Christianus in Theophrasto suo meminit. Inclinat tamen animus ut credam, cum totum illud oraculorum opus diversis libris fuerit distinctum, unum aliquem seorsim Chaldæorum oracula continuisse. Æneæ verba hæc sunt: ἀγένητος δὲ ἀρχὴ ἡ ὕλη, τοῦτό σε καὶ Χαλδαῖοι διδάσκουσι, καὶ ὁ Πορφύριος· ἐπιγράφει γὰρ καθ' ὅλου τὸ βιβλίον ὃ εἰς μέσον προάγει τῶν Χαλδαίων τὰ λόγια, ἐν οἷς γενέσεως τῇ ὕλῃ ἰσχυρίζεται. Quo loco non possum assentiri interpreti, qui καθ' ὅλου libri titulum fuisse existimavit. Rectius puto sic verti: *neque materiæ generationis & principii expers, quod & Chaldæi & Porphyrius te docent. Ille enim integrum librum conscripsit, quo Chaldæorum oracula producit, quibus materiam genitam esse confirmatur.* Nisi quis credat fuisse hunc librum è sex illis περὶ ὕλης, quos superius commemoravi. Quod & sequentia Æneæ verba videntur probare: dum Porphyrium Plotini hac de re librum explicasse scribit. Et in hanc sententiam potius discedo. Hisce addenda *Refutatio libri, qui falso Zoroastri inscribitur, adversus Gnosticos*: cujus ipse in Plotini vita meminit: *Ego vero Porphyrius*, inquit, *multis argumentis ostendi librum Zoroastris nomine inscriptum adulterinum & recen-*

recentem esse & ab istius hæresis autoribus confictum : ut dogmata quæ ipsi amplectuntur veteris illius Zoroastris esse crederentur. Sed & aliorum antiquorum nominibus Gnosticos spurios suos fœtus supposuisse Porphyrius dicto loco affirmat, & SS. Patres, qui scelestas illorum & nefandas opiniones refutarunt, passim testantur. Cæterum duo hæc opera quæ recensui, theologicis forte rectius annumerari potuissent. Cum & Eusebius præfat. libri IV. præpar. fabulosam & fallacem oraculorum doctrinam ad tertium ethnicæ theologiæ genus referat, quod πλιπκὸν vocabatur. Sed & haud dubie mere magica fuere quæ Suidas Porphyrium scripsisse affirmat : Εἰς τὸν Ἰυλιανὸν τὸν Χαλδαίων Φιλόσοφον ἱστορίαν ἐν βιβλίοις δ'. *In Juliani Chaldæi Philosophi historiam libris IV.* De Juliano Chaldæo Suidas alio loco : Ἰυλιανὸς Χαλδαῖος, φιλόσοφος πατὴρ τοῦ κληθέντος Θεουργοῦ Ἰυλιανοῦ. Ἔγραψε περὶ δαιμόνων βιβλία δ'. ἀνθρώπων δὲ ὄντι φυλακτήριον περὶ ἕκαστον μόριον, ἐποῖα τὰ τελεστουργικὰ Χαλδαϊκά. *Julianus Chaldæus philosophus : pater Juliani illius, quem Theurgum vulgo vocant. Scripsit de dæmonibus libros 4. continent autem phylacteria sive amuleta pro singulis corporis humani membris : quales sunt operationes sive incantationes Chaldaicæ.* Nihil mihi hactenus lectum de hujus Juliani scriptis : ut dictu difficile sit, utrum libri de dæmonibus iidem fuerint cum historia. Quamvis idem utrobique librorum numerus id potius suadeat, ut unum idemque opus fuisse credam. De præstigiis magicis Iuliani Chaldæi extat Sozomeni testimonium histor. Eccles. lib. 1. cap. 7. ubi vi carminis magici lapidem manu divisisse dicitur. Et forte hunc Chaldæum intelligit D. Augustinus, quem sacris precibus potentias adjurasse ex Porphyrio refert lib. 10. de Civit. Dei cap. 9. Julianum juniorem sive Theurgum sub M. Antonino Imp. vixisse testatur idem Suidas : eundemque versibus θεουργικὰ τελεστικὰ λόγια, atque alia ejusdem artis secreta edidisse refert : & Romanis cœli siccitate laborantibus pluvias magica arte produxisse affirmat. Meminit ejusdem Proclus libro IV. in Timæum p. 246. Ὅθεν οἶμαι καὶ οἱ τῶν θεουργῶν ἀκροαταὶ θεὸν καὶ τοῦτον, (τὸν νοῦν) ὑμνήσαν ὡς Ἰυλιανὸς ἐν ἑβδόμῳ τῶν ζωνῶν. Meminit etiam Juliani inter celebriores magos Arnobius lib. I. *Age nunc veniat quis super igneam zonam magus interiore ab orbe Zoroastres &c. & Dardanus, Velus, Julianus & Babulus, & si quis est alius, qui principatum & nomen fertur in talibus habuisse præstigiis.* Quo in loco nimium sibi indulget quorundam criticorum audacia.

CAP.

CAP. XI.

De Porphyrii libris contra Christianos.

TOt præstantis ingenii monumenta, & eruditissima in omni artium, ac scientiarum genere scripta uno infelicissimo opere proscripsit Porphyrius. Edidit enim Κατὰ Χριστιανῶν λόγους ιε'. *Contra Christianos libros* 15. quos nemo antiquorum non citat & detestatur. In Sicilia eum fœtum hunc nefandum parturiisse supra ostendi. Scriptionis causas facile est colligere ex Tertulliano, Arnobio, Lactantio, aliisque qui contra gentes eo seculo scripserunt. Dolebant enim homines à vero Dei cultu aversi majorum suorum sacra ac religionem, quæ tot annis obtinuerat, invalescenti ubique Christianismo locum cedere: quem nullis jam legibus prohiberi, nullis suppliciorum exemplis extirpari posse videbant: sed pressum latius se diffundere, & civitates ac provincias omnes pervadere: jamque numinum suorum templa passim vel deseri, vel dirui, vel in Ecclesias transmutari. Hinc Christianos publicos hostes sacra, profana omnia convellere, καὶ τὰ ἀκίνητα κινεῖν clamabant. His publicæ calamitates velut ab irato numine immissæ tribuebantur: quod Christi adventus reliquam numinum turbam terris expulisset. Neque id solum, sed omnem humanitatis cultum eorum doctrina extingui, & spissam quandam barbariem induci asserebant. Hinc ad sacræ Scripturæ autoritatem convellendam omni conatu sese accingentes, styli simplicitatem ridebant, elevabant oracula prophetarum, historias sacras in dubium vocabant, miracula, quæ fidei firmandæ edebantur, ut dæmonum præstigias eludebant: constantiam in oppetenda morte pro Christo, obduratam existimabant animi pertinaciam, vel αὐθαδείαν. Hæc vulgi conviciis, hæc principum edictis nusquam non Christianis objiciebantur. Nec moderatiores fuere Philosophi, qui cum sapientiam hujus mundi quærerent, ut Apostolus ait, *Stultitia prædicationis offensi*, *Deum per sapientiam non cognoverunt.* Hinc Celsi, Hieroclis, Juliani, & inprimis Porphyrii cœcus erga Christianam religionem furor & θρεμαχία. Atque hujus quidem eo acrior & vehementior fuit impetus, quo majorem ingenii vim & eruditionis copiam ad infaustum hoc certamen attulit. Nam quod præclare à Platone dictum est, αἱ μεγάλαι φύσεις μεγάλας ἁμαρτίας καὶ τὰς κακίας. Præsertim animus odii & impietatis furiis

exagitatus, violentos impetus, & ut Epicteti verbis utar, μανικὰς πνοὰς exerit. De totius operis argumento difficile est distincte quid & per partes pronunciare: cum omnia S S. Patrum scripta, quæ calumniis hisce oppositerant, interierint. Ex pauculis tamen locis, quæ hinc inde ex sacro & horribili opere proferuntur ab Eusebio, Hieronymo & aliis, conjicere licet, præcipuum Porphyrii laborem in eo versatum fuisse, ut sacræ Scripturæ autoritatem, hoc est, fundamentum cui religio Christiana innitebatur, subverteret. Id cum ex cæteris locis mox producendis appareat, tum ex hisce Eusebii verbis lib. X. præp. cap. 9. *Nunc quidem confirmandæ Moysis antiquitati unum hominis cum Hebræis tum etiam nobis longe inimicissimi atque infensissimi testimonium libet adjungere: Philosophum illum æqualem nostrum intelligo, qui eo in opere quod adversus nos ex odii vi & magnitudine vulgavit, non modo nos, sed Hebræos etiam, & ipsum Moysem, cæterosque post illum Prophetas iisdem contumeliis oneravit.*

Et *primo* quidem *libro* ipsum de contrarietate sacrarum literarum egisse apparet, atque id conatum fuisse probare, non à Deo sed ab hominibus eas profectas: quod contradictiones & ἐναντιώσεις in iis occurrant, quæ scilicet à Deo summa & simplicissima veritate promanare non potuerint. Quem in finem maxime adducebat, quod Paulus ad Galatas cap. 2. scribit, se Petro in faciem restitisse: unde colligebat Apostolos, & quidem principes illorum, non publicæ omnium saluti, sed suæ quemque gloriæ privatim studuisse. Id SS. Patres non uno loco testantur. D. Hieronymus in procœmio commentar. in dictam Epist. *Quod nequaquam intelligens Batæneotes & scelestus ille Porphyrius in primo operis sui adversum nos libro Petrum à Paulo objecit esse reprehensum, quod non recto pede incederet ad Evangelizandum: volens & illi maculam erroris inurere, & huic procacitatis: & in commune fidei dogmatis accusare mendacium, dum inter se ecclesiarum principes dissident.* Similia ad ipsum locum capitis 2. repetit. Idem Epistola 89. ad D. Augustinum: *Hanc autem explanationem, quam primus Origenes in decimo Stromateon libro, ubi epistolam Pauli ad Galatas interpretatur, & cæteri deinceps interpretes sunt secuti, illâ vel maxime causa subintroducunt, ut Porphyrio respondeant blasphemanti: qui Pauli arguit procacitatem, quod principem apostolorum Petrum ausus est reprehendere, & arguere in faciem, ac ratione constringere, quod male fecerit: id est, in eo errore fuerit, in quo fuit ipse qui alium arguit delinquentem.* Et ibidem paulo post: *Ego, imo alii ante me exposuerunt causam, ostendentes honestam dispensationem; ut & Apostolorum prudentiam*

am demonstrarent, & blasphemantis Porphyrii impudentiam coercerent, qui Petrum & Paulum puerili dicit inter se pugnasse certamine: imo exarsisse Paulum in invidiam virtutum Petri, &c. similia sub finem libri 14. commentariorum in Esaiam apud eundem extant.

Libro tertio de Scripturæ interpretatione agebat: & cum ipsas Sacras literas convellere non posset, damnabat exponendi modum: præsertim Origenis allegorias. Quod perspicue apparet ex prolixo loco quem Eusebius hist. Eccles. libro 6. cap. 19. inde producit, & inprimis ex præmissis Eusebii verbis: ὁ καθ' ἡμᾶς ἐν Σικελίᾳ καταῖς Πορφύριος, συγγράμματα κατ' ἡμῶν ἐκπαιδεύθη, καὶ δι' αὐτῶν τὰς θείας γραφὰς διαβαλλειν πεπειραται, τί τι εἰς αὐτὰς ἐξηγησαμένους μνημονεύσας, μηδὲν μηδαμῶς φαῦλον ἐγκλημα τοῖς δόγμασιν ἐπιβαλεῖν δυνηθείς, ἀποτρέπει λόγων ἐπὶ τὸ λοιδορεῖν τρέπεται, καὶ οὗ ἐξηγητὰς διαβάλλει. ὧν μάλιστα τὸν Ὠριγένην, ὃν ἔφη τὴν νέαν ἡλικίαν ἐγνωκέναι φήσας, διαβάλλειν πειρᾶται. *Porphyrius*, inquit, *nostra memoria in Sicilia libros adversus nos edens, quibus divinas scripturas calumniis infectari conatus est, cum ad earum expositores venisset, nihilque in dogmatibus reprehendendum reperisset; rationum inopia ad calumniandum & interpretes perstringendum convertitur. Origenem autem omnium maxime, quem in adolescentia se cognovisse ait, traducere conatur.* Ipsa Porphyrii verba adscribere nimis longum foret: quæ indicasse sufficit. Ex eodem libro depromptum fuit testimonium illud de eruditione Origenis, quod Vincentius Lirinensis in commonitorio adducit, ut ex citato Eusebii loco videre est.

Librum quartum de historia Mosaica & Judæorum antiquitatibus tractasse cognoscimus ex loco quem idem Eusebius libro 1. præp. cap. 9. adducit: ubi de Sanchuniatonis Phœnicia historia agit: idemque libro 10. cap. 9. & à Theodoreto serm. 2. therap. repetitur. Ex cæteris deinde nihil nominatim citatum observavi. *Duodecimus* omnium celeberrimus est: quo Danielis Prophetiam fortiter oppugnavit, Hac de re operæpretium est D. Hieronymum loquentem audire in procœmio commentariorum in eum Prophetam. *Contra Prophetam Danielem*, inquit, *duodecimum librum scribit Porphyrius, nolens eum ab ipso, cujus inscriptus est nomine, esse compositum, sed à quodam qui temporibus Antiochi, qui appellatus est Epiphanes, fuerit in Judæa, & non tam Danielem ventura dixisse, quam illum narrasse præterita, denique quicquid usque ad Antiochum dixerit, verum historiam continere: si quid autem ultra opinatus sit, quia futura nescierit, esse mentitum. Cui solertissime respondemus*

Eusebius Cæsareensis episcopus tribus voluminibus, id est, octavodecimo & nonodecimo, & vicesimo. Apollinarius quoque unograndi libro, hoc est, vicesimo sexto: & ante hos ex parte Methodius. Multa deinde toto hoc commentario ex eodem libro affert, & refutat: cujus etiam in apologia adversus Rufinum, atque alibi meminit. Sed quam varia eruditione hic liber refertus fuerit, haud obscure innuit sub finem ejusdem proœmii; dum ex variis & reconditis autoribus compositum fuisse testatur. *Ad intelligendas autem extremas partes Danielis multiplex Græcorum historia necessaria est; Sutorii videlicet Callinici, Diodori, Hieronymi, Polybii, Posidonii, Claudii, Theonis, & Andronici cognomento Alypii: quos & Porphyrius esse secutum se dicit.*

Verum & *decimus tertius* liber adversus eundem prophetam scriptus fuit, teste Hieronymo in XXIV. caput Matth. commentariorum lib. IV. *De hoc loco,* inquit, *id est de abominatione desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta, stante in loco sancto, multa Porphyrius tertiodecimo operis sui volumine contra nos blasphemavit. Cui Eusebius Cæsareensis Episcopus tribus respondit voluminibus,* &c. Nec magis à sacra Evangeliorum historia sibi temperavit. Nam & hanc falsitatis eum arguisse idem Hieronymus epistola CI. ad Pammachium testatur. Idemque libro II. adversus Pelagianos, cum dixisset, Christum, postquam negarat se ad scenopegiam iturum, Joan. VII. postea tamen ascendisse, addit: *Latrat Porphyrius: inconstantiæ, ac mutationis accusat, nesciens omnia scandala ad carnem esse referenda.* Et libro quæst. Hebraic. in Genesin: *Frustra,* inquit, *Porphyrius Evangelistas, ad faciendum ignorantibus miraculum, & quod Dominus super mare ambulaverit, pro lacu Genezareth mare appellasse calumniatur.* Ad Apostolorum actus spectat illud in epist. ad Demetriadem de virginitate servanda: *denique & Apostolus Petrus nequaquam eis imprecatur mortem,* (Ananiæ scilicet & Sapphiræ) *ut stultus Porphyrius calumniatur: sed DEI judicium prophetico spiritu annunciat.* Ex eodem quoque opere hausturn existimo, quod libro adversus Vigilantium ait Porphyrium miracula ad SS. martyrum sepulturas edita dæmonum præstigias vocasse: ut & tres illas quæstiones D. Augustino propositas ab amico pagano, quibus sanctissimus Pater epistola XLIX. respondet; quam de sex quæstionibus paganorum vulgo vocant. secundam scilicet, tertiam & quartam. Quærebant enim, si Christus se salutis viam dicat, & gratiam & veritatem, & in se solo ponat animis sibi credentibus reditum, quid egerint tot seculorum homines ante Christum?

ſtum? deinde, cur Chriſtus veteris teſtamenti ſacrificia repudiari, cum DEus illa inſtituerit? tum etiam, quæ proportio ſit inter peccatum & æternum ſupplicium, cum Chriſtus dicat: *in quacunque menſura menſi fueritis, metietur vobis,* Earundem libro II. retractat. cap. 31. meminit. Verum cum D. Auguſtinus diſertim affirmet, hæc de Porphyrio contra Chriſtianos tanquam validiora decerpta fuiſſe, ſatis apparet quo loco gentiles hoſce Porphyrii libros habuerint: quippe quorum objectiones vix reſponſum admittere exiſtimarent. Et ſane δεινότητα ac ſubtilitatem δυσκατάλυτον haud obſcure fatetur D. Hieronymus hiſce verbis præfatione in Danielem: *quæ autem ex hoc propheta, imo contra hunc librum Porphyrius objiciat, teſtes ſunt Methodius, Euſebius, & Apollinaris, qui multis verſuum millibus ejus veſania reſpondentes neſcio an curioſo lectori ſatisfecerint.* Et in Apologia ad Pammachium pro libris adverſus Jovinanum: *Origenes*, inquit, *Methodius, Euſebius, Apollinaris multis verſuum millibus ſcribunt adverſus Celſum & Porphyrium. Conſiderate quibus argumentis, & quam lubricis problematibus diaboli ſpiritu contexta ſubvertant. Et quia interdum coguntur loqui, non quod ſentiant, ſed quod neceſſe eſt; dicunt adverſus ea quæ dicunt gentiles.* Atque hinc factum exiſtimo, ut cum ipſe acriori quodam veneno tela ſua tinxerit, quibus religionem Chriſtianam impetebat, quam reliqui manifeſti Eccleſiæ hoſtes, Celſus, Hierocles, Julianus atque alii, vehementius quoque odium ſibi paraverit. Quod quidem ſatis ſuperq; colligere eſt ex frequentiſſimis SS Patrum convitiis & δυσφημίαις, quibus DEI & veritatis hoſtem paſſim proſcindunt & juſtiſſime exagitant. Adeo ut mihi bene longum centonem contexere liceret, præſertim ex Euſebio, Theodoreto, & Hieronymo: quibus religio fuiſſe videtur nomen Porphyrii abſque exſecratione proponere. Ab illo enim lib. I. de præp. cap. 9. & lib. IV. cap. 6. ὁ τῆ καθ' ἡμῶν λαμπρυνόμενος δυσφημίαις καὶ ψευδηγορίαις. Item: ὁ τῶν δαιμόνων φίλος καὶ προστάτης appellatur. Libro autem X. cap 9. ὁ πάντων δυσμενέστατος καὶ πολεμιώτατος Ἑβραίων τε καὶ ἡμῶν. Nec minori elogiorum varietate à Theodoreto ornatur, ſerm. 1. ὁ τῆς ἀληθείας λυτήριος. ſerm. 2. ὁ τῆς ἀσεβείας ψευδόμαχος καὶ θεοῦ τῶν ὅλων τὴν ἀκέλαστον ἐκείνου γλῶτταν. ſerm. 3. ὁ τῆς ἀληθείας ἀπόπαλος. ſerm. 10. ὁ ἄσπονδος ἡμῶν πολέμιος, τὴν προφανῆ καὶ τῆς ἀσεβείας αἱρεσιάρχης μάχην. ſerm. 12. ὁ πάντων ἡμῖν ἔχθιστος. Ita etiam D. Hieronymus, *ſtultum, impium, blaſphemum, inſanum, impudentem, ſycophantam, calumniatorem Eccleſiæ,*

cleſiæ, nbidum adverſus Chriſtum canem paſſim vocat: ut cæteros taceam, apud quos nec pauciora, nec leviora reperias. Sed ne conviciis tantum Chriſti & veritatis hoſtem quis oppugnatum exiſtimet, prodierunt adverſus ipſum in arenam præcipui aliquot Eccleſiæ doctores, & manu conſerta calumnias veritatis gladio jugularunt. Nam ut Fl. Lucius Dexter in Chronicis ad annum Chriſti CCCX. prodidit; (ſi modo autor tot aſſumentis adulteratus ad teſtimonium citari debeat:) *Triginta circiter ſcriptores Catholici contra blaſphemias Porphyrii philoſophi ſcripſerunt, & in his nonnulli Hiſpani* ſi interpolatoribus credendum. Iſtiusmodi enim affanias larga manu adſcripſerunt, qui ſuæ nationis laudem ſeſe aucturos hac ratione ſperabant. Trium tamen clariſſimorum hominum opera potiſſimum in hoc certamine eluxit, Methodii Patarenſis, Euſebii Cæſareenſis, & Apollinaris Laodiceni. Sed nullius opus ad noſtram ætatem pervenit. Credo quod Porphyrianis libris extinctis, & recepto per univerſum orbem Chriſtianiſmo, iſtiusmodi ſcriptis Eccleſia Dei non amplius indigeret. Horum ſæpenumero meminit D. Hieronymus: præfatione in Danielem, & ſub finem cap. XII. in apologia ad Pammachium; tum potiſſimum epiſtola LXXXIV. ad Magnum Oratorem Romanum. *Scripſerunt*, inquit, *contra nos Celſus atque Porphyrius. Priori Origenes, alteri Methodius, Euſebius & Apollinaris fortiſſime reſponderunt. Quorum Origenes octo ſcripſit libros: Methodius usque ad decem millia procedit verſuum: Euſebius & Apollinaris viginti quinque & triginta volumina condiderunt.* Methodius primus omnium ad veritatis defenſionem lignum ſuſtulit, ante Diocletiani perſecutionem, ut ſupra oſtendi. Hunc *nitidi compoſitique ſermonis libros* adverſus Porphyrium confeciſſe ſcribit Hieronymus in Catal. ill. ſcript. & *diſſertiſſimum martyrem* vocat cap. 12. in Daniel. neſcio tamen utrum κατὰ μέρος ſingulis reſponderit: cum eum ex parte tantum reſpondiſſe D. Hieronymus dicto loco, & alibi teſtetur. Sane elegantiam copiamque dicendi præter Photii, hominis κεφαλαιώτατα teſtimonium, & eclogas prolixas ab eo conſervatas, abunde probat opuſculum de humani arbitrii libertate, cujus maxima pars publice extat: tum etiam convivium decem virginum, περὶ τοῦ ἀγγελομιμήτου παρθενίας liber, & homiliæ nonnullæ, quæ in Vaticana bibliotheca non ſine publico damno latitant. Euſebii quoque opus contra Porphyrium Romæ adhuc ſervari nimis temere multi credunt. Hujus tres integros libros blaſphemiis contra

Da-

Danielem Prophetam oppoſitos fuiſſe paulo ante ex D. Hieronymo vidimus. De cæteris nihil diſtincte licet affirmare. Apollinaris libros 30. contra Porphyrium idem Hieronymus epiſt. 65. *ad* Pammach. *fortiſſimos* appellat, *& egregia volumina* : & in Catal. ill. Script. *inter cætera ejus opera vel maxime probari* ait. Extat de iisdem præclarum teſtimonium Vincentii Lirinenſis : *Nam quid Apollinare præſtantius, acumine, exercitatione, doctrina? quam multas ille hæreſes multis voluminibus oppreſſit ? quot inimicos fidei confutavit errores ? indicio eſt opus illud 30. non minus librorum, nobiliſſimum & maximum, quo inſanas Porphyrii calumnias magna probationum mole confudit.* Hinc merito tantum virum in hæreſin prolapſum dolet.

De Imperatorum edictis , quibus impios hoſce Porphyrii libros ſuppreſſerunt, jam ſuperius egi. Quamvis concitatis vulgi animis promiſcue in omnia ſcripta ſævitum , quæ infauſtum Chriſtianis nomen præferebant. Et hæc, niſi fallor, cauſa eſt, cur Philoſoplicæ hiſtoriæ Malchi nomen fuerit præfixum, non ab ipſo quidem autore, verum ab iis qui communi Porphyrianorum librorum cladi hoc opus ſubtractum cupiebant : ut quaſi ſignis commutatis inquirentium oculos animumque falleret. Sed ut nullum tam noxium venenum eſt, unde non ſalubris aliqua medicina arte extrahi poſſit : ita ex peſſimis hiſce libris veritatis propugnatores ſcorpiacum confecere, quo non ipſius ſolum Porphyrii, ſed & reliquorum omnium Eccleſiæ hoſtium ictus noxios & virulentas calumnias perſanarent. Quinimo nullus omnino τῶν ἔξω plura aut fortiora tela Doctoribus Eccleſiæ ſuppeditavit , quibus multiplicem gentilium errorem facilius feliciusque jugularent. Cujus quidem rei argumenta abunde peti poſſunt ex Euſebio, lib. 3. & 4. de præpar. Theodoreto therap. ſerm. 3 7. & 10. D. Auguſtino de Civ. Dei lib. 10. aliisque Sanctorum Patrum locis quam plurimis. Ubi Porphyrii teſtimoniis perſpicue probatur, univerſam illam fabuloſam & πλάθεον gentilium Theologiam μηδὲν ἱερὸν , καὶ μηδὲν θεοπρεπὲς continere. Dæmones, quibus divinitatis honorem cœca mortalitas tribuebat, infeſtos & malignos humani generis hoſtes eſſe : oracula ab iisdem edita meras eſſe impoſturas, & credulæ hominum ſimplicitati lubricis & obſcuris verborum ambagibus illuſiſſe. Sacrificia & mactationes à vera pietate abhorrere: & craſſos ac materiales dæmones eſſe, qui hoſtiarum vaporem fœtidumque nidorem expetant : aliaque hujus generis plura, quibus ἑλληνικὴ θρησκεία à fundamentis evertitur. Unde

de veriſſime de hoc philoſopho Theodoretus ſerm. 3. græc. aff. dixit: *Videtur hoc miraculum Samſonis ænigmati perſimile: ex ore comedentis exivit cibus, & ex forti dulcedo. Hæc enim ad refellendum mendacium à mendacii patrono ſcripta ſunt: & veritatis accuſator præter animi ſententiam veritatis defenſor evaſit. Deus enim qui linguam vatis Balaam imprecari paratam benedictionem proferre coegit, is & hujus linguam rabido furore adverſus veritatem concitatam, invitam contra mendacium convertit.* Neque id ſolum; ſed noſtræ quoque religioni luculentum non uno in loco teſtimonium perhibuit, & Chriſti divinitatem, quamvis inſcius & invitus, comprobavit. Non ſecus ac dæmon ipſe in Evangeliis Chriſtum Dei filium confeſſus eſt. Tale enim illud eſt quod Euſeb. lib. 5. præpar. cap. 1. ex opere adverſus Chriſtianos, & Theodoretus in ipſo fine Therapeuticon proferunt: Chriſti adventu dæmonum poteſtates atque operationes ceſſaſſe. Tum quod libro 3. demonſtr. ex libro 3. de philoſophia ex oraculis ab eodem Euſebio, & D. Auguſt. lib. 19. cap. 23. adducitur. Ubi dæmones ipſos de Chriſti pietate, paſſione, & immortali gloria ὡφέλως reſpondiſſe teſtabatur, quem & ipſe propterea nequaquam blaſphemandum pronunciabat. Atque utinam vel dæmonum, magiſtrorum ſuorum modeſtiam homo effrænis linguæ & impotentis animi fuiſſet imitatus: nec blaſphemiarum, conviciorum, calumniarum & mendaciorum plauſtra in Chriſtum effudiſſet: rectius ſane ſi non ſaluti, ſaltem famæ ac nomini ſuo conſuluiſſet. Ut hic potiſſimum variam ac mutabilem animi inconſtantiam, & dogmatum contrarietatem ipſi exprobare liceat: quam in reliquis ſcriptis jam olim animadvertit Eunapius, & Ill. annalium ſacrorum autor ad palinodiam ſub Conſtantino M. factam argute magis quam vere pertrahit.

Cæterum quæ de opere adverſus Chriſtianos SS. Patrum teſtimoniis confirmata hactenus propoſui, id quoque manifeſte videntur evincere, quæ Lactantius lib. 5. de juſt. c. 2 de Philoſopho Chriſtianæ religionis oppugnatore ſcripſit nequaquam de Porphyrio intelligenda eſſe. Nam præter rationes ſuperius à me adductas, diverſi autoris opus fuiſſe apparet non ſolum ex diverſo librorum numero, ſed ex materia & apparatu diverſo. Cum enim Lactantius Hieroclis judicis accuratum & ſubtile ſacræ Scripturæ examen miretur, quod *ejus falſitatem arguere conatus, tanquam ſibi eſſet tota contraria, adeo multa adeo intima enumeraſſet, ut aliquando ex eadem diſciplina fuiſſe videretur*; fatetur haud

obſcure,

obscure, alterum Philosophiæ antistitem nihil simile ad Christianæ religionis oppugnationem attulisse. Quin etiam in persequendo instituto suo *ineptum, vanum, ridiculum, & pro inanitate sua contemptum* fuisse scribit. Adeo quidem ut Hieroclis φιλαλήθη argumentorum robore & vehementia, sive ut ipse ait, mordacitate ei præferre non dubitet. Quæ profecto de Porphyrii libris nullo modo accipere licet: nisi hominem dicendi peritissimum, & in disputando apprime exercitatum ἀκριβείας manifestæ convincere velis. Nemo enim non videt, quantopere hæc à reliquorum Patrum judicio discrepent. Cæteri enim omnes Hieroclem vel ignorarunt omnino, vel præ Porphyrio adeo contempserunt, ut nec nomen ejus nunc sciretur, nisi Eusebius operis particulam, qua Apollonium Christo comparabat, refutasset. Sed contemptum potius quam ignotum fuisse, ex Eusebii libro apparet, qui cætera ejus Scriptoris tanti fuisse negat, ut iis refellendis operam impenderet: quippe quæ non illius propria, sed ex aliorum scriptis, non sententiis modo, verum dictionibus quoque iisdem, ac totidem pene syllabis impudenter sublecta erant. Quibus verbis Hieroclem ea quæ de sacrarum literarum repugnantia scripserat, cum ex aliis Christianismi oppugnatoribus, tum præcipue ex Porphyrio suffuratum fuisse manifeste indicat. Et dum alibi iis responsum oppositum iri scribit, ad Porphyrii refutationem, quam animo jam moliebatur, haud dubie lectorem rejicit. Hunc enim divina oracula assidua lectione trivisse, & in iisdem subvertendis vehementer exercuisse ingenium, præter superiora SS. Patrum loca, testatur Theodoretus therap. serm. 7. ubi de sacrificiis lege divina constitutis agit. Τούτοις ἀκριβῶς ἐντυχὼν ὁ Πορφύριος, μάλα γε διεπονήσατο τὸν καθ' ἡμῶν συγγράφων πόνον· ἀλλότριον δὲ τῆς εὐσεβείας καὶ αὐτὸς ἀπεφαίνετο τὸ θύειν. *Hæc*, inquit, *cum diligenter Porphyrius perlegisset, (plurimum namque temporis in iis contrivit, dum suum adversus nos opus procuderet:) ipse etiam sacrificia à pietate aliena esse pronunciavit.* Sed ut simiæ humanos gestus imitantur, naturam tamen suam cum humana non permutant: ita Porphyrium è sacris literis quædam pro lubitu sublegentem veritatem imitando utcunque expressisse, ipsam vero minime perdidicisse ait. Ἀλλὰ μεμίμηκε πίθηκος, μᾶλλον δὲ κολοιὸς ἀλλοτρίοις πτίλοις καλλωπίζομενος.

Hæc de Porphyrii vita & scriptis ad antiquitatis illustrationem hactenus differuisse sufficiat,

CAPUT XXVIII.

DE JAMBLICHO Chalcidenſi.

Jamblichi ætas. 1. *Alius junior hoc nomine, ad quem Juliani & Libanii Epiſtolæ.* 2. *Jamblichi liber de Myſteriis Ægyptiorum.* 3. *De vita Pythagorica liber.* 4. *Index ſcriptorum in illo libro laudatorum.* 5. *Hortationes ad Philoſophiam.* 6. *Index ſcriptorum in Protreptico Jamblichi allegatorum.* 7. *Liber ineditus περὶ κοινῆς μαθηματικῆς.* 8. *Commentarius in Nicomachi Geraſeni Arithmeticæ.* 9. *Index ſcriptorum in illo Commentario allegatorum.* 10. *Theologumena Arithmeticæ & Jamblichi Scripta deperdita.* 11. *Alii Jamblichi.* 12.

I.

DE JAMBLICHO nolim in præſenti recoquere ea, quæ ad vitam ejus ſcriptam ab Eunapio pridem annotavi. Patria ei fuit Chalcis, Cœles Syriæ civitas, cujus cives Chalcidenos appellatos (non ut à Chalcide Euboeæ Chalcidenſes) Stephanus auctor eſt. Nihilominus χαλκιδέα vocant non modo inſcriptiones librorum ejus, ſed etiam Euſtathius ad Iliad. β'. verſ. 537. & Julianus Imp. Orat. IV. p. 146. Genus duxit fortaſſis à Jamblicho itidem Syro *a*) Babyloniorum ſcriptore, qui ſub Trajano atque deinceps usque ad Antoninos vixit. Noſter longe junior, hunc enim Conſtantini M. ætate claruiſſe haud dubium eſt. Præceptor ei Anatolius primum, deinde Porphyrius *b*) de quo jam dictum, & quo *moribus atque ingenio melior* fuiſſe videtur Ludovici Vivi commentario ad S. Auguſtini VIII. 12. de civitate DEI, ubi Jamblichum una cum Plotino & Porphyrio *nobilioribus Platonicis* præſul Hipponenſis annumerat. Atque Cardi-

a) De hoc dicturus ſum infra, libro VI ubi de ſcriptoribus Eroticis.
b) Eunapius in Jamblichi vita, ſub init.

Cardinali Beſſarioni etiam Jamblichus hic *eorum qui Platonem ſequuntur decus* audit, libro ſecundo contra calumniatorem Platonis capite IX. Quin ipſo Platone *tempore fuit non re inferior*, judice Juliano. *c*) Sed in ſcriptis ſuis ita Platonem ſectari ſe innuit, ut alios etiam Philoſophos conſuleret, Pythagoricos maxime, neque Græcorum modo ſapientes, ſed quoque Ægyptios & Chaldæos & alios quoscunque, atque ex cunctis excerpens quæ ipſi placebant pulchrum corpus efformaret doctrinæ admirandæ & ſingularis, ſive ut ejusdem Juliani de altero Jamblicho *d*) verbis utar, tanquam in lyræ variis è ſonis concentu ad perfectam Muſicam conjungeret. Verſatus eſt ad extremum usque in Syria, quotannis ſolitus in thermas Gadarenas *e*) excurrere. Incertum enim num tandem Alexandriam conceſſerit, ibique *f*) poſt Alypium obierit. Hoc certe conſtat, regnante adhuc Conſtantino M. atque ut videtur ante A. C 333. è vita diſceſſiſſe, nam poſt Jamblichi mortem Sopater ejus diſcipulus in Conſtantini M. le aulam contulit teſte Eunapio in Ædeſio p. 34.

II. Quod itaque Zonaras & Cedrenus Jamblicho huic tribuunt oraculum proditarum (circa A. C. 371.) per Alectryomantiam primarum literarum nominis Θεοδ. quo appellaretur is qui Valenti eſſet ſucceſſurus, nec temporis ratio fert, & Ammiani Marcellini, *g*) Socratis aliorumque ſilentio refellitur. Similiter patet Juliani Imp. (A. C. 331. demum atque adeo vix ante Jamblichi mortem nati) Epiſtolas, haudquaquam poſſe eſſe datas ad noſtrum Jamblichum

c) Julianus Orat. IV. p. 146.

d) Julianus Epiſtola XXXIV. ad Jamblichum: Καίτοι σύγε ὁ Πίνδαρον μόνον, καὶ τὸν Δημόκριτον ἢ Ὀρφέα τὸν παλαιότατον, ἀλλὰ καὶ ξύμπαν ὁμοῦ τὸ Ἑλληνικὸν ὅσον εἰς ἄκρον Φιλοσοφίας ἐλθεῖν μνημονεύεται καθάπερ ἐκ λύρας ποικίλων φθόγγων ἐναρμονίῳ συγκάσει, πρὸς τὸ ἐντελὲς δὴ μουσικῆς πέρας ἔχεις. Epiſtola XL. idem Julianus Jamblichum illum vocat παντὸς Ἑλληνικοῦ Σωτῆρα, aitque malle ſe Epiſtolam Jamblichi unam quam Lydium aurum poſſidere.

e) Eunapius p. 26.

f) Ita licet interpretari verba Eunapii p. 31.

g) Ammian. lib. XXIX. c. 1. Socrates IV. 19. Sozom. VI. 31. Tripartita VII. 35. Nicеph. Hiſt Eccleſ. XI. 45. oraculum illud memorantes; de Jamblicho & divinatione per Gallum ne γρυ. Cæterum de Alectryomantia illa exſtat ſingularis libellus Jo. Prætorii Lipſ 1681. 4. quam tangunt etiam Athanaſ. Kircherus T. 2. Oedipi Ægypt. parte 2. p 472. ſeq. & Jul. Cæſar. Bullengerus III. 40. de divinatione.

chum, ſed ad alterum juniorem itidem Syrum & doctum Apameæ *h)* commorantem, niſi (quod nolim) cum clariſſimo Dodvvello *i)* prorſus ſuppoſitas illas Juliano Epiſtolas, & ab Sophiſta quodam, Chronologia inconſulta effictas dicere velimus: Sopatrum vero Epiſtola XL. memoratum diverſum eſſe oportere à Sopatro quem interfici juſſit Conſtantinus, & idem Iulianus Epiſt. XXVII. Ἰαμβλίχῳ δ' ἡσυχάτῳ θρέμμα vocat, & jam mortuum innuit. Quod porro Julianum nonnulli putant à Jamblicho Chalcidenſi Philoſophicis diſciplinis imbutum eſſe, veterum fide dignorum teſtium ſuffragio deſtituitur, neque apud Nazianzenum reperias quod Tennulius pag. 62. ad Commentarium in Nicomachi Geraſeni Arithmeticam affirmat, Julianum Jamblichi Chalcidenſis diſcipulum à Nazianzeno appellari. Locus autem Juliani Orat. IV. p. 146. noſtrum ſane Jamblichum ſpectat, ſed non obſcure teſtatur ex ſcriptis illius, non viva inſtitutione Julianum profeciſſe. Verba hæc ſunt: Οἶδα μὲν δὴ καὶ Πλάτωνα τὸν μέγαν, καὶ μετ' ἐκεῖνον ἄνδρα τῶν ὑστέρων μέν, ὅτι μέντοι φύσει κατὰ δεύτερον. Τὸν Χαλκιδέα φημὶ τὸν Ἰάμβλιχον, ὃς ἡμᾶς πάντα ἄλλα πρὸς τὴν φιλοσοφίαν, καὶ δὴ καὶ τοῦτο ΔΙΑ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ἐμύησεν. Ille vero junior ad quem extant Juliani Epiſtolæ, idem eſt ad quem etiam Libanius Epiſtolas ſcripſit, quarum unam è MSto Codice Barocciano, cujus apographum Rev. amicus noſter D. Gotfridus Olearius mecum communicavit cum verſione mea ſubjiciam. Ἰαμβλίχῳ. Οὐδὲν δεινὸν εἰ δὲ καὶ ἐς ἡμᾶς ἦρξας βασιλικώτερον· ὥσπερ γὰρ ὑμῖν τοῖς φιλοσόφοις τὸ ῥῆμα μᾶλλον, ἢ τῷ ἐν τῷ ἐπὶ δίδοτον. Γράμματα δὲ παρ' ἡμῖν εἰ μὴ πολλὰ λαμβάνοις, μὴ θαυμάσῃς, τὰ γὰρ σὰ ἀδεῶς ἔπι μοι προσέρχεται. Τὸν δὲ αἰτίαν εἰδὼς οὐκ ἐρῶ, εἰ μὲν γὰρ κατηγόρουν, εἶπον ἄν, ἀπολογουμένῳ δὲ ἀρκεῖ κἀκεῖνο. Τὸν δὲ ἔρωτά σου τὸν πρὸς τὴν ἀγρόν, διότι μὲν οὐκ ἐρῶ σε, μεμφομαι· διότι δέ σε πρὸς θορύβων ἔξω, μάλ' ἐπαινῶ. Ἔοικε δὲ ἄρα ἀνδρα φιλόμουσον τὰ Μουσῶν μιμεῖσθαι. Τῶν Μουσῶν δὲ ἴσως ἄρα οὐ ὄρει τὰ αὐτῶν πρέπειν καθ' ἡσυχίαν πολλοῦ, εἰ δ' ἐν ἀγορᾷ τε ἄσματα ὕφαινον, ἴσως ἂν καὶ ἐξεκρούσθησαν, νυνὶ δ' ἐν ὄρει μὲν ἦσαν, ἐν ἐρημίᾳ δ' ἀδαμοῦς, ὥσπερ καὶ σύ. Αἱ μὲν γὰρ ἀλλήλας εἶχον, σὺ δὲ ὧν ἥψαντο ἐκεῖναι, τὸν Πυθαγόραν, τὸν Πλάτωνα, τὸν Ἀριστοτέλη, ΤΟΝ ΟΜΩΝΥΜΟΝ ΘΕΙΟΝ. Πῶς δ' ἂν εἴη ἐρημία, ὃ χορὸς τοιούτων ἔσχηκεν; *Jamblicho S. Non adeo grave eſt, ſi nobis imperes, qui magis Rex es: hoc enim nominis Philoſophis vobis majore jure competit, quam cui apud Poëtam tribuitur. Si vero*

h) Hunc Apameenſem Jamblichum à Chalcidenſi diſtinguit etiam Tillemontius T. IV. Hiſt. Imperatorum p. 481. 926.

i) H. Dodwellus diſſ. de ætate Pythagoræ p. 187.

vero literæ tibi à nobis non multæ redduntur, noli mirari, ex tuis enim nullus ad me accedit. Causam licet norim, non dico, dicerem si accusarem, sed excusanti jam hoc sufficit. Interim quod te non video, tuum rusticæ vitæ amorem reprehendo, eundem laudo vehementer quod turbis te & sollicitudine liberat. Nimirum virum Musas amantem Musarum exemplo insistere fas erat. Musæ enim consueverunt in monte sua multo otio & quiete agere, quæ si in foro texere cantus instituissent forte fuissent protrusæ & explosæ, itaque in monte instituerunt canere, nec tamen propterea in solitudine versantur, perinde ut nec tu. Nam illæ mutuo se tenent, tu vero Musis contactos Pythagoram, Platonem, Aristotelem, & cognominem tibi patruum tuum. Quomodo autem ibi solitudo fuerit, ubi ejusmodi existit chorus? Hic luce clarius est per τὸν ὁμώνυμον Θεῖον, cognominem Jamblicho, ad quem scribit Libanius, Philosophum celebratissimum Chalcidensem intelligi, Epistolam vero ipsam dirigi à Libanio ad Jamblichum quendam juniorem, Philosophiæ & ipsum strenue deditum, qui θεῖος hoc est patrui sui & Pythagoræ & Platonis & Aristotelis dogmata diligenter meditatus est, iisque solitudinis suæ tædium dispunxit. Incertum est idemne cum hoc juniore Jamblichus Himerii F. Sopatri ἀδελφιδοῦς quem juvenem Aristæneto commendat Libanius alia Epistola quam edidit Lambecius lib. VI. de Bibl. Vindob. p. 254.

III. Exstat liber qui vulgo inscribitur *de Mysteriis Ægyptiorum*, Chaldæorum, Assyriorum: sive responsio ad Porphyrii Epistolam ad Anebonem Prophetam (de qua supra cap. 27. §. 2. num. 3. dictum est) & solutiones dubitationum de Diis & dæmonibus horumque cultu & commercio, atque adeo Theurgia sive animæ cum DEO conjunctione ex mente Ægyptiorum, Chaldæorum & Græcorum Philosophorum, scriptæ à Jamblicho *k*) sub nomine Abammonis Magistri. Ἀβάμμωνος διδασκάλου πρὸς τὴν Πορφυρίου πρὸς Ἀνεβὼ Ἐπιστολὴν ἀποκρίσεις καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ἀπορημάτων λύσεις. In egregio hoc opere, quod *compendium Theurgiæ gentilis* B. Morhofius *l*) appellat, passim etiam, illustri

k) Hoc primus subodoratus est Proclus, cum Jamblichus ipse latere voluisset. Ita enim scholion Codicibus MSS. hujus libri præfixum: Ἰσέον ὅτι ὁ φιλόσοφος Πρόκλος ὑπομνηματίζων τὰς τοῦ μεγάλου Πλωτίνου Ἐννεάδας, λέγει ὅτι ὁ ἀντιγράφων εἰς τὴν προκειμένην τοῦ Πορφυρίου ἐπιστολὴν ὁ θεσπέσιός ἐστιν Ἰαμβλιχος. καὶ διὰ τὸ τῆς ὑποθέσεως οἰκεῖον καὶ ἀκόλουθον, ὑποκρίνεται πρόσωπον Αἰγυπτίου τινὸς Ἀβάμμωνος. ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς λέξεως κομματικὸν (al. σημαντικὸν) καὶ ἀφορισικὸν, καὶ τὸ τῶν ἐννοιῶν πραγματικὸν καὶ γλαφυρὸν καὶ ἐνθεν μαρτυρεῖ τὸν Πρόκλον καλῶς κρίναντα καὶ ἱερώσαντα.

l) Lib. 1. Polyhist. p. 89. 93.

Huetio *m*) judice *micant lucidissimæ veritatis scintillæ & strictura quædam Christianismi. Postquam enim fulgere cœpit CHRISTI Philosophia, jam inde Ethnicam philosophiam lucis suæ radiis late perfudit. Id cum in Porphyrii, Procli aliorumque scriptionibus perspicias, tum maxime in hoc Jamblichi libro.* Fateor tamen ut Theologiæ naturalis insignita quædam magnoque numero, ita Christianismi proprie dicti vestigia me reperire in illo nulla potuisse. Prodiit hic liber, nequaquam integer tamen, sed tantum ampliora & selecta ex illo excerpta, latine *Marsilio Ficino* interprete, Venet. 1483. & deinde sæpius *n*) una cum Hermetis Pœmandro, & Asclepio, Epistola Porphyrii, excerptis ex Proclo in Alcibiadem, Psello de Dæmonibus &c. Librum integrum latine vertit *Nicolaus Scutellius* Tridentinus, Ord. Eremitarum S. Augustini Theologus, sed admodum infeliciter, & Petavii judicio (p. 275. ad Julianum) tam imperite & absurde, nulla ut periodus veram sententiam exprimat. Prodiit Romæ 1556. 4. adjunctis amplis excerptis per eundem Scutellium latine redditis non modo ex vita Pythagoræ à Jamblicho scripta & protrepticis ejus orationibus, sed etiam ex libro tertio de communi Mathematica disciplina, qui Græce nondum adspexit lucem. Denique liber de Mysteriis bene editus est à Viro doctissimo *Thoma Gako o*) Græce quidem ex MSto Codice Isaaci Vossii, collatis variis lectionibus Codicum Bibl. Regiæ Parisiensis, & Basileensis Sebastiani Feschii, latine vero ex nova & accurata ipsius Galei versione, additis notis perquam eruditis. Oxoniæ è theatro Sheldoniano 1678 fol. Hic p. 239. suspicatur Scutellium plura aliquando in suis exemplaribus reperisse, quam ipse in suis.

IV. *De Vita Pythagorica*, περὶ τοῦ Πυθαγορικοῦ βίου liber sive primus λόγων περὶ τῆς Πυθαγορείου αἱρέσεως, ut hoc opus inscribitur in Codice Cæsareo, & Regio Paris. quem titulum etiam eidem tribuit verba quædam è sect. 111. allegans vetus Christianus Scholiastes Hermogenis περὶ ἰδεῶν p. 383. Hunc librum è Bibl. Cardinalis Antonii Perrenoti Granvellani primus Græce in lucem edidit *Johannes Arcerius Theodoretus* sive Theodori F. Frisius, addita versione sua & notis, Franekeræ 1598. apud Ægidium Radæum 4. Sed Codice admodum mendoso

m) Demonstrat. Evangel. p. 23.

n) Vide editiones à me memoratas supra lib. 1. cap. 7. §. 4.

o) In Vincentii Placcii de Græcis hujus ætatis Consilio de studio Philosophiæ Practicæ p. 56. Jamblichi editor perperam vocatur Theophilus Galeus.

mendoso usus vir optimus, in interpretando etiam sæpius lapsus est, ut Reinesio in var. lect. p. 416. Rich. Montacutio T. 1. Originum Eccles. p. 167. Marco Meibomio & aliis viris doctis pridem animadversum. Loca quædam haud infeliciter emendavit Theodorus Canterus è Vaticano Codice & eruditus Anonymus, cujus castigationes notis suis Arcerius subjunxit: Desiderius item Heraldus Animadversionum libro in Jamblichum de vita Pythagoræ, subjecto ejus adversariis Paris. 1599. 8. Marcus Meibomius ad Nicomachi Geraseni Musicam p. 46. seq. Conr. Rittershusius notis ad Malchum sive Porphyrium de Pythagoræ Vita: Jo. Scheferus libro de natura Philosophiæ Pythagoricæ, Ægidius Menagius ad Diogenem Laërtium & Vir Amplissimus Gisbertus Cuperus in Variarum observationum libris. Meliorem versionem adornavit atque paullo ante obitum prælis subjecit Illustris Vir *Ulricus Obrechtus*, Argentorati A. 1700. 8. Pauca vero hujus translationis latinæ exempla sine Auctoris nomine & loci notatione excusa cum essent, & Lucæ Holstenii atque Thomæ Galei conatibus, qui libri hujus editionem receperant, cum intercessissent fata, præclaram operam præstitit harum litterarum studiosis eruditissimus Vir *Ludolphus Kusterus*, qui ope MSti Codicis Regii Parisiensis, & emendationibus usus Viri docti (Josephi Scaligeri ut creditur) quas marginibus Codicis sui qui jam Berolini est inter Ezech. Spanhemii, Illustris viri, libros Nic. Rigaltius adscripserat, plurimis mendis Jamblichum liberavit (cujus rei jam specimen ediderat notis ad Suidam in Ἰάμβλιχος) notisque illustravit doctissimis, atque ita castigatum à se & expolitum cum Obrechti versione edidit Amstelodami A. 1707. 4. subjecta Vita Pythagoræ duplici, una scripta à Porphyrio (quem sequi Jamblichus amat) cum Lucæ Holstenii versione ac notis, notisque Rittershusii: altera composita ab Anonymo & ex Photii Bibl. Cod. CXLIX. deprompta, quam idem Holstenius latine transtulit. Ex antiqua versione latina Iamblichi non adeo cæteroqui præclara, quæ ex Holstenii beneficio extat manu exarata in Bibl. Iohannea hujus Civitatis Hamburgensis, nomina quædam Pythagoricorum & Pythagoricarum emendavi supra lib. 2. cap. 13.

V. In-

V. Index Auctorum à Jamblicho in Vita Pythagoræ laudatorum, depromtus ex editione Clariſſ. Kuſteri.

Androcydes ἐν τῷ περὶ Πυθαγορικῶν συμβόλων ſect. 145.
Anonymus quidam Poëta Samius. 5.
Apollonius. 254.
Archytas. 160.
Ariſtoteles ἐν τοῖς περὶ Πυθαγορικῆς Φιλοσοφίας. 31.
Ariſtoxenus. 251. ἐν τῷ περὶ Πυθαγορικοῦ βίου. 233.
Empedoclis verſus de Pythagora. 67.
Heraclitus. 173.
Hippobotus. 189.
Hippodamantis, Poëtæ Salaminii verſus duo, 82.
Homerus, 245. 255. 260. Ejus verſus de Euphorbo. 63.
Iamblichus librum ſuum de Muſica laudat ſect. 120. Itemque de ſymbolis ſect. 186.
Linus, 139.
Lyſidis Epiſtola ad Hipparchum, 35.
Metrodorus Thyrſi, patris Epicharmi 241.
Neanthes, 189.
Nicomachus, 251.
Plato, 70. 167. ἐν τῇ πολιτείᾳ, 131.
Pythagoræ λόγοι ἱεροί, 146.

VI. *Hortationes* p) *ad Philoſophiam* ſive Πυθαγορείων ὑπομνημάτων λόγοι δεύτεροι, περιέχων τὸν προτρεπτικὸν λόγον εἰς Φιλοσοφίαν. Commentariorum Pythagoricorum *liber ſecundus*, ab eodem Arcerio editus

p) M. Tullii Hortenſium ad exemplum Protreptici ſcriptum notat Trebellius Pollio in Salonino Galieno c. 2. ejusque ſe lectione ad Philoſophiæ ſtudium ſuccenſum ſcribit. S. Auguſtinus proœm. de Vita beata & lib. 1. de Ordine c. 10. Antiſthenem ἐν προτρεπτικῷ laudat Pollux VI. ſect. 98. & X. ſect 68. *Hortationem ad Philoſophiam* ſcripſerat etiam Auguſtus Imp. teſte Suetonio c. 85. Extat & Auſonii Protrepticon ad Nepotem, Idyll. IV. & Statii ad Criſpinum lib. V. ſilv. 2. Clementis Alexandrini προτρεπτικὸς λόγος πρὸς Ἕλληνας. &c. Jamblichi προτρεπτικοὶ λόγοι ſubinde à Stobæo in Florilegio laudantur.

editus & latine versus, non sane magis feliciter. Neque valde probanda est interpretatio vetus quæ in Bibl. Iohannea hujus urbis MSta extat. Meliorem editionem versione nova & notis illustratam castigatamque ad lectiones Codicis Parisiensis Regii & Spanhemiani expectamus vulgandam proxime à Clarissimo Viro *Tiberio Hemsterhusio*, cui lampada hanc, (nam & ipse fateor, in expoliendo hoc libro post Nobilissimum Virum Dietericum de Dobbler, Hamburgensem nonnihil temporis & studii posueram) cessi haud invitus. Majorem hujus libri partem ex variis Platonis locis consutam esse constat. Cæterum caput ultimum quo undequadraginta Symbola Pythagorica exponit Jamblichus, respicitur ab ipso in vita Pythag. sect. 186. ὡς ἐν τοῖς περὶ συμβόλων διηχθήσεται. A repetitionibus non abhorret hic scriptor, nam & in vita Pythagoræ eadem q) sæpe bis leguntur, & in protreptico repetuntur aliquando quæ iisdem verbis priore libro dixerat.

VII. Index Auctorum in Protreptico Jamblichi laudatorum.

Anaxagoræ sive Hermotimi dictum, νοῦς ἡμῶν ὁ θεός. p. 53. aliud ejus dictum, conditum se esse ut cœlum & astra intueretur, p. 57.
Archytas ἐν τῷ περὶ σοφίας p. 12. seq. usque ad 21.
Ex Aristotele petitus locus p. 53.
Aurea carmina p. 6. seq.
Euripides p. 101.
Heracliti dictum θυμῷ μάχεσθαι χαλεπὸν, ὃ, τι γὰρ ἂν χρῄζῃ γίγνεσθαι, ψυχῆς ὠνέεται, *arduum est iræ repugnare, quæ enim cupit fieri, vitæ pretio emit.* Ita reddendus ille locus p. 140.
Hermotimus, vide Anaxagoras.
Homerus p. 96. 112.
Μυθολογῶν τις κομψὸς ἀνὴρ ἴσως Σικελικός τις ἢ Ἰταλικός p. 101.
Pindarus p. 85.
Ex Platone p. 22. ad p. 129.

q) Confer si placet sect. 68. & 188. 225. sect. 69. & 229. sect. 71. & 94. sect. 72. 74. & 89. sect. 86. & 137. sect 101. & 230. sect. 133. & 177 sect. 139 140. & 148. Protreptic. p. 26. edit. Arcerii & p. 44, Protreptic. p. 130. seq. & Vita Pythag. p. 103. (sect. 104.) &c.

Proverb. πολλοὶ μὲν ναρθηκοφόροι p. 77.
Pythagoras p. 57.
Thales p. 85.

VIII. Liber *tertius* Commentariorum Pythagoricorum eſt περὶ κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης *De Mathematica communi diſciplina*, & hactenus ineditus delitescit, exceptis fragmentis quæ tum ex hoc tum ex dúobus ſuperioribus libris excerpſit & ex verſione ſua latine edidit *Nicolaus Scutellius* ad calcem libri de Myſteriis Ægyptiorum Rom. 1556. 4. Græce MS. extat in variis Bibliothecis, ut Vaticana, Medicea, Cælarea, Regia Pariſienſi, Bodlejana. Incipit: ἡ μὲν περίστασις τῆς παρούσης ἐπισκέψεως τῷ κοινῷ βλέπειν τὰ μαθημάτων θεωρίαν παραδείξαι &c. Latinæ verſiones antiquæ ex dono Lucæ Holſtenii V. C. ſervantur duæ MStæ in Bibl. Iohannea hujus Urbis Hamburgenſis. Uni integræ & in XXXV. capita diſtinctæ quæ ex Codice Bibl. Vaticanæ deſcripta eſt, ac ſecundum & quartum librum etiam complectitur hanc cenſuram Holſtenius adſcripſit: *Verſio puerilis, inepta, falſa, quæ Jamblichi mentem ne per nebulam quidem perſpexit, cujus auctor Græcæ & Latinæ linguæ æque ac Philoſophiæ & Mathematicarum diſciplinarum imperitus fuit, unde hoc opus merito ad βιβλιοπυρείας æternas tenebras fuit damnatum.* Altera nihilo melior excerptorum è libro primo & libri ſecundi atque tertii ſed quibusdam Archytæ, Brontini &c. quos Iamblichus laudat locis truncata incipit: *Propoſitio præſentis conſiderationis* &c. Græce & Latine edere hunc librum conſtituerant Thomas Galeus & Samuel Tennulius, Viri Clariſſimi. Ante hos idem facere recepit Holſtenius p. 4. ad Porphyrium qui p. 5. etiam & in Porphyrii Vita cap. 7. uberiores in vitam Pythagoræ à Jamblicho ſcriptam & omnium notas Jamblichi monumentorum editionem juſſit à ſe exſpectare. At nunc ſpes eſt id quod viros hoſce præſtantiſſimos exequi fatum non permiſit, abunde ac brevi penſatum iri erudita clariſſimorum Virorum Kuſteri vel Hemſterhuſii induſtria.

IX. *Liber quartus* ſive *Commentarius in inſtitutiones Arithmeticas Nicomachi Geraſeni*, de quo dixi ſupra cap. XXII. §. 3. Titulus eſt: περὶ τῆς Νικομάχου ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς, ἥτις περιέχει τὰ ἁπλῶς μαθηματικῆς διδασκαλικῶς οὖσαι ἀρχικὰς λόγους, λόγῳ τέταρτῳ.

X. Index

X. Index Scriptorum in commentario Jamblichi ad Nicomachi Arithmet. allegatorum.

Archytas p. 9. 141. 159. 163. Tarentinus p. 168.
Ariſtæus Crotoniates, Pythagoreus, p. 168.
Οἱ Χρυσίππειοι p. 12.
Eratoſthenes p. 163.
Euclides notatur p. 26. 31. 34. 105. τῷ τρίτῳ τ Ἀριθμητικῶν. p. 32.
Eudoxus Pythagoreus, p. 11. 142.
Euphranor Pythagoricus p. 163.
Jamblichus Commentarium in Muſicam εἰσαγωγὴν promittit p. 73. (adde 77.) 172. 176. λόγον περὶ Γεωμετρικῆς p. 141. 176. Iſagogen Sphæricam, ibid. aliud opus de numeris p. 167. Δέκα γὰρ τ πασῶν ἡμῖν ἀναφανισῶν &c. *Decem igitur medietatibus ita declaratis non vulgaris hinc laus denarii exſurgit capientis omnium entium rationes, unde à veteribus dictus πᾶν καὶ ὅλον καὶ ἀρχανός, ὡς ἐν τῷ περὶ αὐτῆς (δεκάδ.) λόγῳ παραδώσομεθα δείξαι, ὅταν καὶ τ ἄλλων ἀπὸ μονάδ. μέχρις αὐτῆς ἀριθμῶν ἑκάστ ἐπανθήματα ὑφὰς ἐξῆς μὴ τιθέντες εἰσαγωγὴν δεικνύσομεν.* Et p. 176. Καὶ ὅσα γὰ ἄλλα ἐπανθεῖ τοῖς ἀπὸ μονάδ. μέχρι δεκάδ. ἀριθμοῖς κ τ Φυσικὸν λόγον καὶ τὸν ἠθικὸν καὶ ἔτι περὶς τύπους τὸν Θεολογικὸν καταπαίξαντες συμφιλολογήσομεν. ἵνα ἀπ' αὐτῶν ὑμᾶς ἐτέρα σοι λοιπὸν καὶ ῥᾴση τ ἐξῆς τριῶν εἰσαγωγῶν Μουσικῆς λέγω καὶ Γεωμετρικῆς καὶ Σφαιρικῆς ἡ ἐπιδόσις γένηται.
Οἱ περὶ Ἵππασον, ἀκουσματικοί. p. 11.
Hippaſus p. 142. 159. 163.
Nicomachus Pythagoreus p. 176. in Ἀριθμητικὴ τέχνη omnia ſcripſit κ γνώμωνι δ Πυθαγόρου, p. 3.
Philolaus p. 7. 11. 25. 109.
Plato p. 9. 111. 117. 147. 154. 163. à Timæo dialogum cognominem mutuatus, p. 148.
ἐν τῇ Πολιτείᾳ p. 116. ἐν Τιμαίῳ p. 168.
Pythagoras, p. 5. 11. 47. 171.
Pythagorici. p. 14 20. 47. 48. 87. 103. 105. 115. 124. 148. 155. 168. 170. eorum induſtria & accuratio in Mathematicis diſciplinis pag. 102.

Τεμνωνίδης Pythagoricus, p. 163. al. leg. Myonides.
Thales p. 10.
Thymaridas. p. 11. 36. 88. 91. 95.
Timæus Locrus p. 168. ἐν τῷ περὶ Φύσεως κόσμου p. 148.
Timon ὁ τοῦ σίλλας ποιήσας. p. 148.

XI. Scripta Jamblichi deperdita.

De Physicis, Ethicis & Divinis quæ in numerorum doctrina observantur, Φυσικὰ, ἠθικὰ καὶ Θεολογούμενα Ἀριθμητικῆς. liber *quintus*, *sextus*, & *septimus* collectionis Pythagoricorum dogmatum. Ex his postremus sive septimus de Theologumenis Arithmeticæ videtur adhuc supereſſe, ut cap. XXII. notavi. Ille ipse nempe qui cum versione & notis infra à me exhibebitur. Librum quintum allegat Syrianus in Metaphysica Aristot. p. 90. librum septimum p. 83. b.

Εἰσαγωγὴ Μουσική, sive περὶ Μουσικῆς τῶν Πυθαγορείων, liber *octavus*. *Institutiones Musicæ* ad mentem Pythagoreorum. Vita Pythag. sect. 120. & ad Nicomachi Aritheticam p. 73. 77. 172. 176.

Εἰσαγωγὴ Γεωμετρική. Liber *nonus*. *Institutiones Geometricæ*, ad eorundem Pythagoreorum mentem. id p. 141. 176.

Εἰσαγωγὴ Σφαιρική. Liber *decimus*, *Institutiones Sphericæ* ad mentem Pythagoreorum. id. p. 176.

His decem libris universum opus Jamblichi περὶ Πυθαγορείου αἱρέσεως sive collectionis Pythagoricorum dogmatum, ut Syrianus p. 57. b. in Aristotelis Metaphysica appellat, absolvebatur, facitque Jamblichus horum omnium mentionem in extremo Commentarii ad Nicomachi Arithmeticen. Tituli etiam omnes (excepto postremo) servati sunt in Codice Mediceo, ut cap. XXII. §. 7. jam monui. Commentarios *Simplicii* in tres Jamblichi de Pythagorica secta libros Romæ servari in Bibliotheca Vaticana jam olim scripsit Gesnerus in Bibl. Meminit etiam Petrus Johannes Nunnesius de conficiendo curriculo Philosophico cap. 2. p. 24. Verum nemo fuit hactenus qui in lucem proferret. Opus vero ipsum Jamblichi memoravit etiam S. Hieronymus libro III. in Rufinum p. 469. edit. Joh. Marcianæi: *Cujus enim sunt illa χρυσᾶ Πυθαγόλματα? nonne Pythagoræ*

thagoræ, in quibus omnia ejus breviter dogmata continentur, & in quæ latissimo opere Philosophus commentatus est Jamblichus, imitatus ex parte Modestum virum eloquentissimum, & Archippum ac Lysidem Pythagoræ auditores.

περὶ ἀγαλμάτων sic de divinitate imaginum liber, quem confutavit Joh. Philoponus, teste Photio quem vide Codice CCXV. Porphyrium quoque de hoc argumento scripsisse constat, quem Jamblichus libenter solitus est imitari.

Alypii Vita, de qua Eunapius.

Ad *Aristotelis* varia, ut *in Categorias* Simplic. Dexippus & Boëth. *in 1. Analytic.* Philoponus p. 8. b. οἱ ὑ ἀκριβέστεροι τ ἐξηγητῶν, ὡς ὁ θεῖος Ἰάμβλιχος &c,

Epistolæ ad Agrippam, Anatolium, Aphaleum, Aretem, Dexippum, Dyscolum, Macedonium, Olympium, Sopatrum &c. Fragmenta harum vide apud Stobæum.

περὶ Θεῶν, è quo opere non pauca mutuatus Julianus Oratione IV.

περὶ κρίσεως ἀρίστου λόγου. Schol. Hermogenis p. 378.

Ad *Platonis* varia, ut *in Parmenidem*. Syrianus p. 29. b. in Aristotelis Metaphys.

in Timæum, Proclus in Timæum, passim.

in Phædonem, Olympiodorus MS.

περὶ τ πλειοπάνης Χαλδαϊκῆς Φιλοσοφίας, librum XXVII. allegat Damascius MS. περὶ ἀρχῶν. Vide & Thomam Galeum ad lib. de Mysteriis p. 202. 244. Marinum vita Procli cap. 26. & Ammonium ad lib. de interpretatione p. 59. ubi ὑφηγήσιν oraculorum à Jamblicho suppeditatam laudat.

Μονόβιβλος ὅτι οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων εἰς ἄλογα οὐδὲ ἀπὸ ζώων ἀλόγων εἰς ἀνθρώπους αἱ μετενσωματώσεις γίνονται, ἀλλ' ἀπὸ ζώων εἰς ζῶα, καὶ ἀπὸ ἀνθρώπων εἰς ἀνθρώπους. Nemesius cap. 2. de anima p. 85. Respicit Æneas Gazæus Jamblichum allegans pag. 16. Theophrasti sui.

περὶ ψυχῆς. Priscianus Lydus ad Theophrastum de sensu p. 276. & Stobæus qui magna ejus fragmenta servavit. Hujus operis pars περὶ ἀποκαταστάσεως à Damascio citatur.

Non omittendum quod *Athanasius* recens scriptor ac Rhetor Byzantinus qui A. 1641. opus suum Græce & Latine Parisiis in 4. editum inscripsit Petro Segnierio Galliæ Cancellario, & Achilli Harlæo Maclovienſium Episcopo, libros duos quibus titulus: Ἀθανασίλης ἑαυτὸν περὶ τ ἀθανασίας τ ψυχῆς ἀφηγεῖται, *Aristote-*

les propriam de animæ immortalitate mentem expĕcans, teſtatur maximam partem ex Jamblicho ſe collegiſſe. Iisdem ſubjicitur μέθοδος ἡ διαπληκτίζουσα τὰ λογικά. *Methodus quæ ratione prædita inter ſe certant.* Deinde σωστικὴ μέθοδος ἡ τῶν νικᾶν ἀληθῶς αἱρεῖ τὸ μαχόμενον ἢ ἡ τὰ μέσα πρὸς μάχην καὶ νικᾶν διορίσασα, καθάπερ ἐκ τῶν Φιλοσόφων Ἀδράστου καὶ Μοδεράτου καθ' Ἀριστοτέλην ἐθαυμάσθη καὶ μέγας ἐξηγήσατο Ἰάμβλιχος. *Brevis methodus obtinendæ victoriæ aut parandorum ad pugnam & victoriam mediorum, ut ex Philoſophis Adraſto & Moderato ſecundum Ariſtotelem, admirandus & magnus expoſuit Jamblichus.* Denique τρυφὴ ψυχῆς, ἢ κῆπος ἐκ τοῦ μεγάλου Ἰαμβλίχου πονημάτων Φυτεύθεις. *Deliciæ animæ, ſive hortus* (de anima & virtutibus ac vitiis) *ex magni Jamblichi ſcriptis conſitus.*

XII. Plures Jamblichi.

Præter hunc noſtrum Conſtantini M. temporibus defunctum, alii etiam fuere hoc nomine, antiquiores quidem duo Iamblichus *pater* Sampſicerami F. Phylarchus Arabum & *filius* qui in regno Emeſenorum patri per Antonium perempto ſucceſſit atque ab Auguſto reſtitutus eſt. Vide Henrici Noris diſſ. 2. de Epochis Syro Macedonum §. 3. p. 93. ſeq. 3) Babylonicorum ſcriptor, Trajani jam ætate clarus, de quo infra libro VI. inter ſcriptores Eroticos. Deinde juniores 4) Iamblichus ad quem Iuliani Imp. & Libanii Epiſtolæ, de quo ſupra §. 2. 5) Diverſus ab hoc, ut videtur, & paulo junior Iamblichus Himerii F. cujus itidem in Libanii Epiſtolis mentio. 6) Iamblichus Medicus CPolitanus, in quem Leontii Epigramma lib. IV. Anthologiæ c. 13. Etiam Iamblichum Procli διδάσκαλον memorat Zonaras T. 3. p. 28. ſed hoc intelligendum videtur de Chalcidenſi, qui non voce quidem (tempora enim repugnant) ſed ſcriptis ſuis Proclum erudiit. Atque de hoc etiam capies quod apud Marinum in vita Procli c. 32. in ſomnio Numen ipſi viſum eſt dicere: Τί δαί, Ἰαμβλίχου σὺ ἀκήκοας λέγοντος δύο, καὶ ὑμνοῦντος Μαχάονά τε καὶ Ποδαλείριον;

A nomine Iamblichi etiam non longe alludit ימלך 1. Paral. IV. 34.

CAPUT

CAPUT XXIX.

ANATOLII fragmentum inſigne, hactenus ineditum, περὶ συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν, una cum apoſpaſmatio ejusdem argumenti ſub DEMOCRITI nomine, quod itidem nunc primum vulgatur: ambo verſione atque notis illuſtrata à CL. V. D. JO. RENDTORFIO, Hamburgenſi.

ANatolii nomen, quem Jamblichi Magiſtrum * fuiſſe ex Eunapio obſervavi, me monet, ut hoc loco cum venia, ut confido, Lectoris inſeram fragmentum quod ad manus mihi eſt non contemnendum de mirabilibus quibusdam ſympathiis & anthipathiis, quas amicitias & odia rerum, ſive conjunctionem & repugnantiam naturæ Ciceronis & Plinii verbis dicere poſſumus. Nactus illud ſum beneficio Conſultiſſimi & Ampliſſimi Viri D. GODFR. CHRISTIANI GOEZII, Senatoris Lipſienſis, & Bibliothecæ Senatoriæ poſt Magnificum Grævium præfecti digniſſimi, qui pro ſingulari ſua in me benevolentia & illud & alterum ejusdem argumenti ſub *Democriti* nomine, quod itidem infra ſubjecturus ſum, in Italiæ quadam Bibliotheca à ſe deſcriptum, liberaliter mecum communicavit. Utrumque exhibeo tibi perſpicua illuſtratum latina verſione & notis eruditis præclari Viri D. IOANNIS RENDTORFII, Hamburgenſis, audeoque ſpondere nec injucundam nec pœnitendam fore lectionem brevium horumce monumentorum, quibus nonnulla etiam alibi vix obvia continentur.

ANATO-

* Ab hoc Jamblichi Magiſtro cui Porphyrius quæſtiones Homericas inſcripſit. diſtinguendus eſt non modo Anatolius Epiſcopus Laodicenus, ſed etiam ille ad quem Libanii Epiſtolæ, ut de aliis jam Anatoliis dicere omittam, de quibus infra cap. ult.

ΑΝΑΤΟΛΙΟΥ περὶ τῶν κατὰ ἀντιπάθειαν καὶ συμπάθειαν.

Ἐπιστήμης ζῆλ τὸ Φιλομαθὲς, καὶ εἰς πάντα Φιλότιμον, κρατίστε Σέξτε, ἐπιτήδευσε συναγαγεῖν, καὶ γεγράψαι σοι βιβλίον συμπαθειῶν, οὐχ ὥσπερ οἱ πρότερον συγγεγραφότες πολλὰ ἄπιστα καὶ μηδ' ὅλως ἀληθῆ ἐγκόμια, ἀλλ' ὀλίγα, καὶ πάντα ἡμῖν διὰ πείρας ἐλήλυθότα, ἵνα ἐκ τούτου ἐπιγνῷς τὴν πολυπειρίαν τὴν ἐμὴν καὶ σπουδὴν τὴν εἰς σέ. Περισσὸν δέ μοι δοκεῖ, ἀνδρὶ πάσῃ παιδείᾳ κεκοσμημένῳ Φιλοσόφους καὶ ποιητὰς καὶ μάντεις εἰς μαρτυρίαν παρέλκειν, ὅτι τὰ μέγιστα τῶν θεραπευμάτων ἐφῳδαῖς καὶ περιάπτοις καὶ περιχρίσεσι καὶ ἀντιπάθειαν θεραπεύεται. Ἀρξώμεθα δή, ἀφ' ὧν τὰ ζῶα νοσοῦντα ἑαυτὰ θεραπεύουσιν. Κύνες νοσοῦντες χλωρὸν ἄγρωστιν ἐσθίουσι, καὶ ἐμοῦσι χολήν. Σῦες νοσοῦντες καρκίνους ποταμίους ἐσθίουσιν. Ἔλαφος νοσοῦσα ἔχιον ἐσθίει. Λέων νοσῶν, πίθηκον ἐσθίει. Ταῦροι νοσοῦντα σκύλακα κυνὸς ἐσθίει. Λύκος νοσῶν γλῆ ἐσθίει. Πάνθηρ νοσῶν αἷμα κυνὸς πίνει. Τίγρις

Anatolii (a) fragmentum de iis quæ antipathia & ſympathia (b) fiunt.

SCiens tuam diſcendi cupiditatem & ad omnia inflammatum ſtudium, præſtantiſſime Sexte, componere librum de ſympathiis & antipathiis, & ad te ſcribere conatus ſum: non quidem eo modo, quo auctores nos antecedentes inſcribendo uſi ſunt, multa incredibilia & à veritate remota exhibentes, ſed pauca & omnia experimento nobis probata tradam, ut variam meam experientiam & ſtudium erga te meum cognoſcas.

Supervacuum vero mihi videtur, viro omni diſciplina ornato ſcribens, philoſophos & poëtas ut & vates longa ſerie adducere teſtes, c) ſummas morborum curationes carminibus (d) amuletis (e) & unctionibus (f) ratione antipathiæ (g) inſtitui.

Incipiamus ergo ab iis quibus ſibi animalia ægrota medentur. (h) Canes ægrotantes (i) gramen viride (k) comedunt & bilem evomunt. Sues morbo laborantes cancros fluviatiles manducant. (l)

Cervus æger echinum (m) mandit. Leo ægrotans ſimiam exuvias canis (o) edit. Lupus (q) hauſtu ſanguinis canini morbo

(n) devorat. Hyæna ægrota æger terra (p) veſcitur. Pardus

bo ſuo medetur. Tigris (*r*) ægra excrementum humanum vorat. Camelus (*s*) morbo laborans, folia roboris viridia (*t*) comedit, ac bilem nigram evomit. Simia ægra hauſtu propriæ ſuæ urinæ ſibi medetur. Ichneumon (*u*) aſpidum eſu (*x*) auxilium adverſæ valetudinis ſibi affert. Urſus æger formicas (*y*) devorat. Capra (ſilveſtris) ſagitta percuſſa (*z*) paſtu dictamni telum ejicit. Aquila ægrotans teſtudinem (*aa*) mandit. Corvus æger cyperi radices (*bb*) edit. Ardea morbo laborans, cancro (*cc*) veſcitur. Cyginus æger ranas (*dd*) devorat. Pardalis ægrotans ſanguinem capræ ſilveſtris (*ee*) potat. Felis (*ff*) ægra muſcas devorat. Tragelaphus (*gg*) ægrotans virides oleæ ramos manducat. Ibis ægra (*hh*) pota aqua ſalſa vomit &, ut non ægrotet, efficit. Angues viſu obſcurato feniculum (*ii*) edunt - - - - - (*kk*) ægri ſcammoniam ſive tithymalum.

Cornix ægrotans excremento humano veſcitur. Galeriſta (*ll*) ægrota gramen mandit, & ſimiliter nido ſuo gramen imponit. Milvus (*mm*) rhamnum imponit. Vulpes ſcillæ (*nn*) folia luſtris imponunt, lupi ne noceant. Paiumbi lauri (*oo*) folia nido imponunt, & pullos ſuos (à faſcino) cuſtodiunt. Accipiter (*pp*) circus cæcutiens ſummitates ſilveſtris

γρ. νοσεῦσα ὅλον ἀνθρωπείαν ἐσθίει. Κάμηλ. νοσοῦσα, δρυὸς φύλλα χλωρὰ ἐσθίει, καὶ ἐμεῖ χολὴν μέλαναν. Πίθηκ. νοσῶν τὸ ἴδιον οὖρον πίνει. Ἰχνεύμων νοσῶν ἀσπίδας ἐσθίει. Ἄρκτ. νοσεῦσα μυρμήδονας ἐσθίει. Ἀϊξ τοξευθεῖσα, δίκταμνον ἐσθίει καὶ τὸ βέλ. ἐκβάλλει. Ἀετὸς νοσῶν, χελώνην ἐσθίει. Κόραξ νοσῶν κυπείρου ῥίζας ἐσθίει. Ἐρωδιὸς νοσῶν καρκῖνον ἐσθίει. Κύκν. νοσῶν βατράχους ἐσθίει. Πάρδαλις νοσῶν αἰγὸς ἀγρίας αἷμα πίνει. Αἴλουρ. νοσῶν μυίας ἐσθίει. Τραγέλαφ. νοσῶν ἐλαίας κλάδους χλωρὰς ἐσθίει. Ἶβις νοσοῦσα, ὕδωρ ἁλικὸν πίνει, καὶ ἐμεῖ, καὶ ὑ νοσεῖ. Ὄφεις ἀμβλυωπήσαντες μάραθρον ἐσθίουσιν. - - - ες νοσοῦντες σκαμωνίαν ἢ τιθύμαλον. Κορώνη νοσοῦσα ἀνθρωπείαν ἐσθίει κόπρον. Κερυδαλὶς νοσῶν ἄγρωστιν ἐσθίει, καὶ ἡ νοσοῦσα αὖθ' ὁμοίως τὴν ἄγρωστιν ἐκπίπτουσιν. Ἰκτὶς. ᾧ ῥάμνον ἐκπίπτει. Ἀλώπηξ σκίλλας φύλλον ἐκπίπτει τοῖς φωλεοῖς διὰ τοὺς λύκους. Φάσσαι δάφνης φύλλα τῇ νοσούσῃ πτέρναι, καὶ διαφυλάττουσι τοὺς νεοσσούς. Ἱέραξ κίρκ. ἀμβλυωπῶν, ἀγρίας θείδακ. τὰ ἄκρα ἐσθίει, καὶ τῷ ὀπῷ αὐτῆς τοὺς

Pp lactucæ

τοῦ ὀφθαλμοὺς ἀδηκτρίβει. Γὺψ ἀμβλυωπῶν χολῇ αἰθρώπου αἰάρῥηξας τοῦ ὀφθαλμοὺς αἰκτρίβει. Ἀκρίδες νοσοῦσαι ἐλαίας φύλλα ἐσθίουζι. Περιστερὰ νοσοῦσα ἀστερίσκον ἐσθίει καὶ πτύμαλον κίρκος ὃ ὄνιν ἱέρακα. Κορώνη ἢ περιστερῶνα ἤτοι ἱερὰν βοτάνην. Τρυγόνες ἶριν τραγαλεῶτιν. Πέλαργος ὀστοῦν χελώνης καὶ πλατάνου φύλλα ἐπιθέασι διὰ τὰς νυκτερίδας. Ἱέρακες ἄγνον ἰδέασι. Ἔποπες ἀδίαντον ἰδέαζι. Στρουθοὶ ἕρπυλλον ἰδέαζι. κύκνοι μελίσσας. Μυγαλὶς - - - - - - - Ἀσκαλαβώτης διὰ τοῦ κολιοῦ. Ἔλαφος δρυὸς - - - - Γλαῦκες νυκτερίδος καρδίαν, ἵνα μὴ μύρμηκες τὰ ὠὰ ἢ τοὺς νεοττοὺς αὐτῶν ἀφανίζωζι, διὰ τρώγλην δὲ μυρμήκων ἐὰν θῇς νυκτερίδος καρδίαν, οἱ μύρμηκες οὐ προσπελάσουσι ἀλλὰ θανοῦνται. Δράκων δρακόντιον βοτάνην νυκτερίδος - - - - - - - Ἀσκαλαβώτης κέντρον σκορπίου, Σπῖνοι μυρίκην, σφῆκας φοβούμενοι. Περιστερὰ περιστερῶνα ὀρθήν. Χελιδόνες ἐλάφου τρίχας, καὶ σέλινον, καὶ σίλφιον, ὄφεις φοβούμεναι. Ἀετὸς λίθον ἔγκυον τὸν ἀετίτην λεγόμενον. Κίχλα μυρσίνην. Ἄρκτος λίθον μέλανα ἐγκε-

lactucæ (*qq*) edit, & ſucco ipſius oculos affricat. Vultur obſcurata oculorum acie bilem humanam dirumpit, & ea oculos confricando inungit. Locuſtæ ægræ oleæ folia (*rr*) mandunt. Columba ægra aſteriſcum (*ss*) & tithymalum circus. Cornix verbenacam ſupinam, (*tt*) quam & hieram botanen (ſacram herbam) vocant. Turtures iridem aſtragalitem. (*vv*) Ciconiæ oſtreſtudinis & platani folia (*xx*) imponunt ob veſpertiliones. Accipitres viticem. Upupæ adiantum, (*yy*) paſſeres ſerpillum imponunt.

Cygni apes. (*zz*) Mus araneus - - - - propter graculos. Cervus quercina folia. Noctua (*aaa*) cor veſpertilionis ne formicæ ova aut pullos eorum extinguant: ſi enim formicarum cavernæ cor veſpertilonis appoſueris, formicæ non accedent, ſed morientur. Draco herbam dracontium. (*bbb*) Stellio aculeum ſcorpii. (*ccc*) Spini (*ddd*) myricen (tamariſcum) veſpas formidantes. Columbæ verbenacam rectam. Hirundines corvi pilos (*eee*) & apium ut & ſilphium, (*fff*) anguium metu. Aquila lapidem prægnantem qui aëtites (*ggg*) dicitur: Turdus myrtum. (*hhh*)

Urſa lapidem nigrum inuſtum, ut excitet amorem; ſi vero

ro eum non invenerit, intentis oculis ursum aspiciens, benevole acquiescit. Hirundinem si excœcaveris, chelidonia (*iii*) herba oculos ejus affricando, eos naturalem in statum reduces. Cor vespertilionis si formicarum lustro apposueris, efficies ut neque ingredi neque egredi queant. Tradunt autem formicas sabbato cessare & feriari. (*kkk*) Gallinæ domesticæ sese lustrant, (*lll*) si cooperiantur * amoris ergo, in sublime jaciunt. Halcyones quando fetificant, placidum est mare septem diebus. Adamas sanguine hirci solvitur. Cranium felis si oleo rosato inunxeris, ipsam interficies. Solvitur autem, si rutæ succum affuderis. Si crescente luna sedum è terra eruveris, & cum stanno in focum absconderis, non potest in eo accendi ignis. Salamandrum ignis non comburet. (*mmm*) Leo foliis ilicis insistens, obstupescit. Leonis adipi neque mures neque muscæ appropinquant. Si leonis adipe vas aliquod inunxeris, neque bos neque equus in illud salit. Leo gallum timet præsertim album. Gallinacei (*nnn*) pinguedine si homo se inunxerit, avertet à se impetum leonis jam conceptum. Pelecanus (*ooo*) abhorret cadaver, rotam vertentem, & ignem lucentem. Canis

ἐγκεκαυμένον ἀφ' ἡδονίαν, ἐὰν ᾖ μὴ ἔνυδρη, ἄρκτῳ ἐνατενίζουσα ἀδοκεῖ. Χελιδόνια ἐὰν πηρώσῃς, χελιδόνιον βοτάνῃ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς θεραπεύσεται, καθίστησιν αὐτοὺς πάλιν εἰς τὴν ἑαυτῶν φύσιν. Κορδίαν νυκτερίδος ἐὰν φωλεῷ μυρμήκων θῇς, ὅτε εἰσίασιν, ὅτε ἐξίασι. Φασὶ δὲ αὐτοὺς τὸ σάββατον ἡσυχάζειν καὶ σχολὴν ἄγειν. Ὄρνεις κατοικίδια καθαίρουσιν ἑαυτὰς ἐὰν καλυφθῇ εἰς τὸ ἀδοκήτως ἐπάνωθεν αὐτῶν βάλλουσι. Ἀλκυόνων ὄντων γαλήνη ἐστὶ ἡμέρας ἑπτὰ γίνεται ἐν τῇ θαλάσσῃ. Ἀδάμαντα λύει αἷμα τράγου θερμόν. Αἰλούρου τὸ κρανίον ἐὰν ῥοδίνῳ χρίσῃς, ἑαυτὸν ἀφανίσεις, λύζις δ' αὐτοῦ ἐὰν πηγάνου χυλὸν ὑπερβρέξῃς. Ἀείζωον ἐὰν ἐν αὐξηθείσῃ σελήνῃ ἄρῃς ἐκ τῆς γῆς, καὶ μὴ μολίβδῳ κρύψῃς εἰς ἑστίαν, πῦρ εἰς αὐτὴν οὐκ ἀναφθήσεται. Σαλαμάνδραν πῦρ οὐ καίει. Λέων ὑπερβὰς πίνου φύλλοις λευκοῖς, ναρκᾷ. Λέοντος στέαρ ὅτε μέλες ὅτε μύγαι φεύγουσι. Λεοντείῳ στέατι εἴ τι ἂν σκεύους ἐπιχρίσῃς, οὐθ' ἵππος οὔτε βοῦς ἐν αὐτῷ πηδᾷ. Λέων ἀλέκτορα φοβεῖται μάλιστα λευκόν. Στέατι ἀλεκτρύονος εἰ χρίσεται ἄνθρωπος, ἀποστρέφει τὸ ὁρμᾶν ὁ λέων ἢν ἔχει πρὸς αὐτόν. Πελεκᾶνος νεκρὸν ἀποστρέφεται, καὶ τροχὸν στρεφόμενον καὶ πῦρ

καιόμενον. Κύων νεφρὸν * ἀλώπεκος ξηρὸν ὀζφραινόμενος, κυλίεται ὡς ὀρχούμενος, καὶ ἐκτρέφομενος. ὁ δὲ Λακωνικὸς τὸ πάσχει τοῦτο. Κύων μαίνεται καὶ ἀποθνήσκει ὑαίνης σέατι χρισθείς, λύζις ἦ, εἰ ἀσφοδέλῳ χυλὸν χρίζῃς. Κύων κοιμᾶται εἰ ἀμυγδαλῇ πικρᾷ μετ' ἐλαίου καταλείξῃ ἢ καὶ ἀλείφῃ. Κροκοδείλους τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ ἀνάγειν ἀζφοδέλου ῥίζαι. Καρκίνῳ πολύπους ἐὰν ὠλεκτάνιον εἰς τὰς χηλὰς ἐπιθῇ, εὐθέως ἀνιεὶς ἀποβάλλει. Ἰκτὶν δὲ παραπορεύεται ὅπου φύλλα ῥόδου ἐπιθῇς. Ἵππος καρκᾷ ἐπιβὰς ἴχνη λύκου πρόσφατα. Ἵππος ἔχοντι ἀνθρώπῳ ἱππομανὲς ἀκολουθήσει ὡς μαινόμενος. Ἐλέφαντος σέαρ ἐὰν ἀλείψῃ, ἀδέη σοι τὰ θηρίων παρασελεύσεται, ἀλλάψαυστον γάρ ἐστιν. Κάστορες διεκομμένοι ὑπὸ ἀφθόρου γυναικὸς, τοὺς ἰδίους διδύμους ἀποτίμνυσι. Χελιδόνων νεοττοὺς τὰ κεφαλῆς λίθους καταπίοντες ἔπηξαν (leg. ἔμπαλιν) ἐν χερσὶν ἀνθρώπων ἑαυτοὺς ἰδόντες. Μάγνης λίθος ἕλκει σίδηρον. Λύκος ἀκινητεῖ, ζκίλλης αὐτῷ παρασυνελθούσης. Στρύχνον βοτάνην ἵππος οὐκ αἴρει. Λύκου δέρμα παρόβατον οὐχ ὑπερβαίνει. πτερὰ ἴβεως, πάντες ὄφεις δεδοίκασι. Λέων δὲ γεύεται ἑτέρου παραβόντος εἰς

* Forte νεκρὸν. pellem.

nis vulpis renem aridum odore percipiens, volutatur quaſi ſaltans & invertit ſe, Laconicus(*ppp*) autem id malum non patitur. Canis inſanit & moritur, adipe hyænæ inunctus: Solvitur vero id impedimentum, ſi ſucco aſphodeli eum inunxeris. Canis moritur ſi amygdala amara cum oleo lamberit, vel eo inunctus fuerit. Aſphodeli radices crocodilos in Ægypto educunt. Cancri forcipibus (*qqq*) ſi polypi cirros (*rrr*) impoſueris, ſtatim eos abjiciet. Milvus non accedet ubi folia roſæ appoſueris. Equus torpet ſi veſtigia lupi recentia ſupergreditur. Equus hominem hippomanes habentem ſequitur ut rabie percitus. Elephanti adipe (*sss*) ſi te inunxeris, à ferarum incurſu tutus eris; nam eſt remedium non fallax. Caſtores, ſi eos femina non corrupta perſequitur, teſtes ſibi abſcindunt. Hirundinum pulli (*ttt*) lapides capitis deglutientes, eos evomunt, in manibus hominum quando vident ſe eſſe. Magnes lapis trahit ferrum. Lupus immobilis fit, ſcilla dum ipſi appropinquat. Solanum herbam hyæna non tollit, pellem lupi ovis non transgreditur. Ibis (*vvv*) pennas ſerpentes omnes timent. Leo non guſtat cibum quem aliud animal præguſtave-

ſtaverit. Scarabæi moriuntur unguento perfuſi. (*xxx*) Gallinaceus non incedit fimo aquilæ nutritus. Galli aculeos ſi cera circumliniveris, morietur. Locuſtæ congregantur ſimul ſi garum (*yyy*) circa veſperam offuderis.

εἰς ἔρωσιν. Καὶ θαροὶ θνήσκουσι μύρῳ χριθέντες. Ἀλέκτωρ δ' βαδίσει ἀετοῦ κόπρον ψωμισθείς. Ἀλέκτορα καὶ κέντρα ἐὰν κηρῷ περιπάσῃς, τεθνήξεται. Ἀκρίδες συνέρχονται ὁμοῦ ὅπου ἂν γάρον ἀφ' ἑσπέρας ῥάνῃς.

NOTÆ
D. JO. RENDTORFII.

(*a*) *Pro* Νεπουαλίῳ, *nomine nihili, quod in apographo deprehendi (nam Codicem ipſum MS. è quo hoc fragmentum deſcriptum eſt, inſpicere nobis non licuit) reſtitui* Ἀνατολίῳ *exigua litterarum differentia:* Anatolium *intelligo illum, qui de re ruſtica & phyſica ſcripſerit, cujusque in Geoponicis ſæpe fit mentio. Vide V. 10. p. 115. (edit. Cantabr. 1704.) X. 8. pag. 248. XI. 20. p. 315. XII. 7. p. 328. XIII. 17. p. 373. XIV. 21. p. 392. & XVIII. 17. p. 458. namque ex illo afferuntur, congruunt cum noſtri auctoris, propria ſua experimenta jactantis, paradoxis & portentoſis remediis. Hunc malim eſſe auctorem hujus fragmenti, quam* Apuleium, *quem hic latere poſſet facile alicui in mentem venire, & quidem non incommode: nam minore etiam mutatione ex* Νεπουαλίῳ *ſit* Ἀπυληίῳ, *illum nempe, quem Palladius laudat, & cujus fragmenta Geoponicorum auctor citat. Vide XII. 8. p. 328. XIII. 5. p. 360. ſive ille ſit Apulejus philoſophus Platonicus ex Madaura Africæ civitate oriundus, cujus libri philoſophici adhuc extant, vulgoque ſunt noti: ipſum enim & Phyſices quæſtiones tractaſſe & medicinalia ſcripſiſſe, ex Veterum Grammaticorum, qui titulos & fragmenta exhibent, teſtimoniis liquet. Nam horum ut & aliorum librorum, quæ jamdiu perierunt, nobis hominum vel negligentia vel improbitas nihil fere præter nomen reliquit. Sive alter fuerit Apuleius Celſus, Centuripinus, medicus inſignis, qui ſub Auguſto vel Tiberio Cæſare vixiſſe fertur. Sive alius ab his diverſus, non perinde, ut duo illi celebres, notus.*

(*b*) *Hæc verba*, antipathia & ſympath a, *in verſione retinere malui, utpote omnibus nota, quam verbis Latinis obſcurioribus interpretari.* Conſenſionem & diſſenſionem, concordiam naturæ & repugnantiam, *Latine vertere licet. Antipathiam Solinus C. 52. p. 59.* naturæ occultam diſſenſionem *vocat. Plinius* repugnantiam, *Sympathiam vero* concordiam. *N. H. XXI. 13. p. 14. (edit. Pariſ. cum Not. Harduini) XXII. 23. p. 212.* nulla ſatis cuſtodita in mixturis concordia naturæ ac repugnantia, *XXIX. 4.* illa concordia rerum aut repugnantia medicinæ gignuntur. *XXXII. 2. p 840.* quod ad repugantiam rerum attinet quam Græci antipathiam vocant, nihil eſt usquam venenatius, quam in mari paſtinaca, utpote cum radio ejus arbores necari dixerimus. Hanc tamen perſequitur galeos. *Antipathiam retinet XX. 4. p. 14. Sympathiam his explicat verbis XX. in init. T. IV. p. 3.* Pax ſimul in hisaut bellum naturæ dicetur, odia, amicitiæque rerum ſurdarum ac ſenſu carentium: &, quo magis miremur, omnia ea hominum cauſa, quod Græci ſympathiam appellavere: quibus cuncta conſtant, ignes aquis reſtinguentibus, aquas ſole devorante, luna pariente, altero alterius injuria deficiente ſidere. *Ubi Pintianus, quaſi mutilus eſſet hic locus, antipathiam addi oportere exiſtimavit: ſed ſine ulla neceſſitate, ut recte oſtendit Harduinus in Not.*

(*c*) *Antiquorum teſtimonia ad præterita confirmanda valent, ut & ad futura. Hinc & nobiles poëtæ ut & alii ſcriptores illuſtres, qui manifeſto aliquid dixerint, ad confirmationem rei de qua agitur, ſæpe adducuntur, & non male, ut teſtis eſt Ariſtoteles Rhetoric. I. 15. (al. 32.) T. II. p. 308.* λέγω δ', παλαιὰς μὲν τὰς τῶν ποιητῶν, καὶ ὅσων ἄλλων γνωρίμων εἰσὶ κρίσεις φανεραί. *Qui & varia addit exempla: Athenienſes, qui in controverſia de Salamine Homerum teſtem adhibuerunt. Tenedios, qui Periandrum adverſus Sigeenſes: ut & Cleophontem adverſus Critiam, qui uſus eſt elegiacis verſibus Solonis. Poëtarum ſententias habere & habuiſſe interdum quaſi teſtimonii auctoritatem, & multos populos Homeri teſtimonio ſtetiſſe, cum de finibus ambigeretur, breviter & pulchre probat vir Græce & Latine doctiſſimus Anton. Muretus, in Not. ad L. c. Ariſt. p. 206. Valent ergo & valebunt antiquorum ſcriptorum illuſtrium teſtimonia, ſed cum ratione & judicio adhibenda. Nam ut olim poëtarum & aliorum auctorum teſtimoniis perverſe uſi ſunt multi, aut nefaria lectione pervertendo, aut malitioſa interpretatione corrumpendo; ſic & noſtra ætate*

non

non deſunt veterum teſtimoniorum auctoritate maligne qui utantur & turpiter abutantur plurimi. Extra oleas vagantur, qui quod per ſe clarum eſt, argumentis docere & teſtibus confirmare ſtudent, quique res omnibus notas longis veterum teſtimonis probare malint, quam breviter & curſim attingere. Hi dum in rebus apertiſſimis nimium longi ſunt, tædium operoſe adducunt, & faſtidium lectoribus ſine fructu laboris pariunt. His non abſimiles ſunt, qui ſine ullo diſcrimine veros & caſtos, ſuppoſititios & ineptos auctores habent; ex quibus ſine judicio & modo verba infarciunt, & bona malis accumulant. Qui vitia interpretum tanquam auctorum verba producunt, & ut teſtimonia priſcorum adducunt; quod ſane eſt putidum. Non veteres teſtes exhibet, qui ſuppoſita eis, vel ex ignorantia vel improbitate ut genuina admittit: ut & qui vitioſas interpretationes ipſis antiquis ſcriptoribus attribuit, lectorem non erudit, ſed falſa pro veris obtrudit. Omnem autem impudentiam ſuperat, veterum auctorum verba quidem producere, ſed ex partium ſtudio & animi perverſitate, invitis auctoribus in ſuam ſententiam cogere; & quæ ſibi contraria, manifeſto crimine propitia facere, & in ſuam voluntatem trahere. Quod vitium quamvis admodum frequens, eſt omnino turpiſſimum, & ab omni probitate ac honeſtate longiſſime remotum. Hoc veteribus tribuere, quod illis vel animo conceptum vel ore pronunciatum unquam fuiſſe, nunquam oſtendi poteſt; eſt venerandam antiquitatem injurioſe tractare, lectores lapides & ſtipites exiſtimare, ipſorum ſtupiditate velle abuti, & impudentiſſime eis imponere. Ab his & ſimilibus vitiis alieni ſunt viri ſolide docti, probi & omnigena diſciplina eruditi, qui ita in veterum monumentis evolvendis ſtudia inſtituunt, ut ex iis colligant quæ mentem amœnitate paſcant, & optimis monitis ad virtutem & prudentiam inſtruant. Horum ſtudium eſt, antiquorum ſcripta Græca & Latina diligenter evolvere, accurate ſuo momento ponderare, genuina à ſuppoſititiis diſcernere, difficultatem & corruptionem, quæ ſæpe in iis occurrit, tollere, non inferre; nunquam invitis auctoribus verba eorum adducere, ſed emendata & illuſtrata publicæ luci exponere; & ſic de genere humano bene mereri: non teſtimonia accumulare, ſed ſelecta & ad rem facientia excerpere, ſine omni depravatione, ex ipſorum auctorum mente, non peſſimo partium ſtudio, illuſtrationis non oſtentationis gratia.

(d) *Carminibus vel incantatione angues rumpi, morſus viperæ ſanari, morbos curari, vulnera conglutinari, exiſtimabant veteres: qui & ſecuritatem itinerum & morborum amolitionem carmine repetito aucupari ſunt ſoliti.*

Plinius

Plinius N. H. XXVIII. 2. T. 4. p. 561. prolixe de incantamentis carminum agens, inter alia de vi carminum & hæc profert: Dixit Homerus, profluvium ſanguinis vulnerato femine Ulyſſem inhibuiſſe carmine: (*Homerus Od. Γ. v. 457. filios Autolyci Ulyſſis humerum ſanaſſe & ſanguinem inhibuiſſe affirmat:* ἐπαοιδῇ δ' αἷμα μελαινὸν ἔεργεν. Carmine vero ſanguinem nigrum inhibuerunt. *Plin. de carmine ab ipſo Ulyſſe pronunciato id intellexit: an ex varia & diverſa lectione, an vero minus accurata conſideratione id provenerit, incertum.*) Theophraſtus Iſchiadicos ſanari. Cato prodidit luxatis membris carmen auxiliari, M. Varro podagris. Cæſarem dictatorem poſt unum ancipitem vehiculi caſum, ferunt ſemper, ut primum conſedisſet, id quod plerosque nunc facere ſcimus, carmine ter repetito ſecuritatem itinerum aucupari ſolitum. *In fine hujus capitis addit hæc verba obſervatione non indigna:* Carmina quædam exſtant contra grandines, contraque morborum genera, contraque ambuſta, quædam etiam experta: ſed prodendo obſtat ingens verecundia, in tanta animorum varietate. Quapropter de his, ut libitum cuique fuerit, opinetur. *Et L. XVII. C. 28. p. 422.* verba carmininis, *inquit*, inſerere, non equidem auſim, quanquam à Catone prodita. *Ælianus Animal l. 54. præter πόματα καὶ χρίσματα, remedia quæ potione aſſumuntur vel illitu adhibentur contra viperæ & ſerpentium morſus, prædicat & incantationes,* καὶ ἐπῳδαὶ ἢ ἐπαοιδαί τίνων ἐξχερσάνται ἰοί. quæ etiam impactum nonnullis venenum mitigaverunt. *De his pluribus egit vir multæ & diffuſæ lectionis Sam. Bochartus, Hieroz. III. 6. Part. II. Joſephi opinio de Saulis furore incantatione mitigato meretur hic addi. Nempe vult ipſe, cacodæmones Saulem variis affectibus vexaſſe, cumque medicorum operam fruſtra implorasſet, tandem ad incantationem, cujus vis in hymnis & carminibus exiſtimabatur inesſe, confugiſſe, ea adhibita levamen inveniſſe. Davidis enim hymnis & cithara dæmones ad tempus fuiſſe pulſos, morbum, anguſtia ceſſante, mitigatum, & Sauli levamen procuratum. Sive id Joſephus ex propria ſententia, ſive ex opinione ſui ævi dixerit, non conſtat. Verba quæ leguntur Antiquit. VI. 4. hic adſcribere placet:* Τὸν Σαῦλον ἢ ταραχὴ κατεῖχε παθῶν δεινῶν καὶ δαιμόνια φαντάσματα αὐτῷ καὶ φαντασίας ἐπιφέρουσα, ὡς τοὺς ἰατροὺς ἄλλως μὲν αὐτῷ θεραπείαν μὴ ἐπινοεῖν, εἰ δέ τις ἔστιν ἐξάδειν δυνάμενος, καὶ ψάλλειν ἐπὶ κιθάρᾳ, τοῦτον ἐκέλευσαν ζητήσαντες ὅταν αὐτῷ ταραχθεὶς τὰ δαιμόνια καὶ παραπέσοι, πιεῖν ὑπὲρ κεφαλῆς ἐκείνου ψάλλειν,

ψάλλειν, καὶ οὐ ὕμνους ἐπιλέγειν. *Et paulo poſt:* ἐξῆλθεν γὰρ ἀπ' αὐτοῦ τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν τοῦ δαιμονίου παραχρῆμα ἐπὶ τὸν ἄνδρα τοῦτον, μένων ἰατρὸς ἦν, λέγων τε οὐ ὕμνους, καὶ ψάλλων ἐν τῇ κιθάρᾳ καὶ πιὼν ἑαυτὸν γενέσθαι τὸν Σαύλον.

(e) περίαπτα, *quæ &* φυλακτήρια *&* Φυλακτήρια, *dicuntur quæcunque ut arceantur morbi, pericula & omnes noxæ, alicui corporis parti, præſertim collo alligantur, unde cum Budæo* amuleta *interpretatus ſum, qua voce utitur Plin. N. H. XXIX. 4. p. 692. de veſpertilione*, ſi ter circumlatus domui vivus per feneſtram inverſo capite infigatur, amuletum eſſe, *& XXVIII. 4. p. 569.* inter amuleta eſſe. *Græca nomina habes apud Dioſcor. V. 159. p. 388. de lapide ſelenite:* καὶ αἱ τὰ φυλακτήρια ἢ φυλάκτρια ἀπ' αὐτοῦ αἱ γυναῖκες χρῶνται. Eum etiam mulieres ſibi pro amuleto alligant. *& cap. 160. de jaſpide:* λέγονται ἢ πάντες εἶναι φυλακτήρια περίαπτα καὶ ὠκυτόκια, μηρῷ περιαπτόμενα. Omnes pro amuletis geſtari, ac femoribus adalligatæ, partum accelerare traduntur. *Alii* ligaturas *reddunt,* καταδέσεις *Plato uſurpat eo ſenſu XI. de Legib. &* καταδεσμὸς *Artemidor. I. 79. ut obſervat elegantiſſimus veterum interpres Henr. Valeſius, in Harpocrat. Lex p. 43. quo nomine Orpheum denotaſſe faſcinum, maligni & invidi oculi defixionem, obſervat Janus Vitius Comment. ad Grat. Cyneg. p. 266. nempe* ligaturæ καταδέσεως, *præter amuleta, ritus magicos & ſuperſtitioſos, ſacra & auxilia magica denotant, uti* obligamentum magicum *pro nefario & magico ritu dixit Oroſius IV. 13. Superſtitionem ethnicorum in amuletis ſuperſtitioſis adhibendis, imitati ſunt & nonnulli Chriſtiani, quos SS. Patres ſermonibus ſuis corrigere, & in Conciliis canonibus coërcere conati ſunt. Concilium Laodic. Can. 36. Tom. I. Cod. Canonum à Beveregio edit. p. 469. à ſacerdotio arcet* incantatores, ut & eos qui phylacteria, animarum ipſarum vincula quæ ſunt, faciunt; *eos autem qui talia amuleta ferunt, ejici ex eccleſia jubet.* Ὅτι δεῖ ἱερατικὸς, ἢ κληρικὸς μάγους ἢ ἐπαοιδὸς, εἶναι, ἢ μαθηματικὸς, ἢ ἀστρολόγους, ἢ πιεῖν τὰ λεγόμενα φυλακτήρια, ἃ πολλοὶ δεσμωτήρια τῶν ψυχῶν αὐτῶν. οὗτοι ἢ Φερεκύδης, μίσπεσθαι ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἐκέλευσεν. *Quæ Alexius Ariſtenus, ſive quisquis epitomes illius auctor, p. 471. contractius his verbis exhibet:* οὐκ ἔστι μάγος, ἢ ἐπαοιδὸς, ἢ μαθηματικὸς, ἢ ἀστρόλογος, ἢ περιάπτης, ὁ ἱερατείαν ἐπαγγελόμενος. *S. Auguſtin. Tract. VII. in Joann. Tom. III. part. II. edit. Benedict. p. 251.* Usque adeo, fratres mei, ut illi ipſi qui ſeducunt per ligaturas, per præcantationes, per machina-

menta inimici, miſceant præcantationibus ſuis nomen Chriſti. *Et L. II. de doctr. Chriſtiana, C. 20. T. 3. P. I p. 24.* ad hoc genus (*ſuperſtitioſum*) pertinent omnes etiam ligaturæ, atque remedia, quæ medicorum quoque diſciplina condemnat, ſive in præcantationibus, ſive in quibusdam rebus ſuſpendendis, atque illigandis, vel etiam aptandis. (*ut egregie reſtituerunt Monachi Benedictini, pro ſaltandis, quod editiones male exhibent*) quodammodo, non ad temperationem corporum, ſed ad quasdam ſignificationes aut occultas, aut etiam manifeſtas. *Remedia ſacrilega appellat Lib. de catechizandis rudibus, C. 25, Tom. VI. p. 213.* Multos, *inquit*, viſurus es ebrioſos, avaros, fraudatores, aleatores, adulteros, fornicatores, remedia ſacrilega ſibi alligantes. Non enim neſcis multos qui appellantur Chriſtiani, hæc omnia mala operari, quæ breviter commemoravi. *Cum his ſacrilegis & ſuperſtitioſis ligaturis non confundenda ſunt remedia naturalia, quæ amuleta dicuntur, quæ corpori alligata curant, qualia in medicorum libris leguntur & commendantur quam plura. Vide Miſcellanea Curioſa Medico-Phyſica Academ. naturæ curioſorum, ann. 1671. p. 101. Obſerv. 53. ubi habetur amuletum contra hæmorrhagias tam narium quam uteri, & Obſerv. 195. p. 296. extat aliud miræ virtutis quod prædicatur in hæmorrhoidum dolore. Dioſcor. IV. 132. de hippogloſſo:* Δοκεῖ δὲ ἡ κόμη φυλακτήριον εἶναι χρήσιμον κεφαλαλγοῦσι. Coma caput dolentibus amuletum utile creditur. *Talia remedia ſine ſuperſtitione adhiberi poſſe, nullum eſt dubium, vimque ſuam exercere exterius adhibita, eodem modo ac ſi intus eſſent aſſumpta, certum eſt. Purgantia pedibus vel manibus illita, alvum ſolvere, quis neſcit? Violæ capiti impoſitæ proprium urinæ odorem conferunt, ut Sim. Sethi de alimentorum facultatibus, Lib. I. c. 4. Ia de violis, p. 42. perlibet.* Τῇ δὲ κεφαλῇ χλωρὸν ἐπιπλαστέον, μεταδιδοῦσι τῷ ὕρῳ φυλλάδος τὴν οἰκείαν ὀσμήν. *Qua ratione id fiat, inquirit Martin. Bogdanus in Not. ad Sethi ſyntagma, pag. 157. Neque mos ille geſtandi Evangelia vituperandus, niſi ab iis qui omnia, etiam recte facta, quæ non ipſi faciunt, vituperant & ſuperſtitioſos ex ingenio ſuo incompoſito pios temere judicant. Non eſt vituperatione dignum geſtare Evangelia, dummodo in deſcribendo & geſtando abſit ſuperſtitio, ac unice in ſummo Numine, à quo omnia bona & ad quem omnia dirigenda, fiducia ſit poſita. Memorat S. Chryſoſtomus moris ſui temporis ut pueri & mulieres evangelia collo ſuſpenderent, magnam in ſui tutelam. Homil. 72. in Matth. T. 2. Oper. edit.*

edit. Eton. p. 453. Φυλακτήρια ἐκάλουν, ὡς πολλαὶ καὶ τῶν γυναικῶν Εὐαγγέλια τῶν τραχήλων ἐξαρτῶσι ἔχουσι. Phylacteria vocabant, sicuti multæ mulieres modo faciunt, quæ evangelia de collo suspendunt. & *Homil. 19. ad populum Antiochenum:* Οὐχ ὁρᾷς, πῶς αἱ γυναῖκες καὶ τὰ μικρὰ παιδία αὐτῶν Φυλακτήριον μεγάλης Εὐαγγελίας ἐξαρτῶσι τῶν τραχήλων, καὶ παιδαγωγοῦ χρείαν ἔχουσιν, ὅπου περ αὐτὰ ἀκούειν, οὐ τὰ παραγγέλματα τῶν Εὐαγγελίων καὶ τοὺς νόμους ἐγγράφειν σε τῇ διανοίᾳ. *Neque id damnat Chrysost. sed quod perfectius & rectius imo summe necessarium est, commendat; inscribere nempe menti Evangelii leges & præcepta. Non enim in pronunciando sacra verba, aut gestando Evangelia, sed faciendo voluntatem Dei vera sanctitas, juxta Novi Fœderis effata, (Matth. VII. 21. Jacob Epist. I. 22. 25.) est constituenda.*

(f) *Non tantum palæstritas certaturos ungebant aliptæ, sed & ægrotos unguentis ungebant & cumbant medici, qui & inde* iatraliptæ *sunt dicti. Prodicum Selymbriæ natum iatralipticen instituisse, tradit Plin. N. H. XXIX. 1. iatraliptæ sui meminit Plin. Jun. X. Epist. 22. & Ep. 4. se gravissima valetudine vexatum iatralipten assumsisse scribit. Fuit ergo aliptice ut in Gymnastica sic & medica arte, cujus olim pars habebantur, usu frequentissima: hinc & iatraliptice, quasi medicina unguentaria appellata. Veteres non solum ad firmam corporis constitutionem, viresque acquirendas aliptas adhibebant, sed & ut sanitatem deperditam redderent, vires recuperarent. Et quidem recte & facile hoc modo morborum curationes instituebant: quandoquidem sæpe atroces dolores una & altera unctione tolli, morbisque gravissimis ægros levari, certum est. Sed duo, ut iatraliptice sit salutifera, veniunt observanda. (1) Quod Plin. N. H. XXIIX. 4. p. 575. de fricatione recte dixerit,* fricari cum ratione, *hic locum habet, ungi cum ratione. Non enim quovis in dolore aut morbo, neque omni tempore corpora sunt ungenda, sed cum ratione & judicio, quando & quomodo fieri debeat, unctio est instituenda. (2) Ut ipsa unguenta ad medendum sint apposita. Varie enim peccatur compositione unguentorum, (quo nomine & aquas, ut vulgo in officinis vocant, compositas, balsamos, essentias & tincturas comprehendo) circumferuntur, varia noxia non salutaria remedia: quæ si quisquam absque ratione adhibet, vulnera exacerbabit, dolores & morborum vires augebit, ac facili negotio perniciem hominibus afferet, ut tristis experientia sæpe nos edocet. Si quis eleganti ingenio ac polito judicio præditus, Græce & Latine præclare doctus, & physicæ scientiæ apprime peritus, ut & in veterum monumen-*

tis bene verſatus ; quicquid de hac re in priſcorum libris occurrit, cum recentiorum unguentis & experimentis conferret, errores in unguentorum compoſitione corrigeret, noxia ac innoxia diſcerneret, unguenta ſelecta ratione & experientia probata publico bono exponeret, regulasque agrotos rite ungendi, & unctione morbos ac dolores tollendi traderet; hic non tantum de Republ. Litteraria, ſed & de hominum genere bene mereri exiſtimandus eſſet. Sed opus eſt magno labore, exacta diligentia & impigra experientia, ut ſyſtema prodeat ſcientia ac eruditione accuratum & utilitate probatum.

(g) *Videtur deeſſe*, ſympathia, *ſubintelligi omnino debet, ſi non exciderit. Plin. XXIX. 4.* Illa concordia rerum, aut repugnantia medicinæ gignuntur: velut cimicum animalis fœdiſſimi & dictu quoque faſtidiendi natura, contra ſerpentium morſus & præcipue aſpidum valere dicitur.

(h) *Animalia noſſe quæ ſint ſalutaria ipſis, ac in morbis ſibi mederi certum eſt. Unde* Φάρμακον αὐτοδίδακτον *Oppianus vocat remedium quod cervus adhibet inſui medelam,* Κυνηγ. *II. v. 287. & v. 284* αὐτὰρ ὁ γνώσκων θεόθεν τόπερ ἔλλαχε δῶρον, at ipſe ſciens, quod divinitus adeptus eſt, donum. *De omnibus animalibus præter hominem Plin. id pronunciavit, pudendumque exclamat, L. XXVII. p. 504 imo varia remedia ab animalibus reperta uſui futura & homini, recenſet, VIII. 27. p. 179. T. 2. Vide & Ciceron. N. D. II. 50.* Norunt & beſtiæ remedia ſua, *inquit S. Ambroſ. Hexaem VI. 4. p. 123. T. 1. præſtantiſſ. edit. Benedict & pulchre addit:* Ergo feræ norunt expetere ea quæ ſibi proſint, tu ignoras ô homo remedia tua? *ignorant homines vitia, quæ ſola mala & ut improba Siren vitanda, fugere, virtutem voluntate atque propoſito colere, eamq; ut Lactantii verbis Inſtit. 1. 20. utar, comprehendere animo & tenere. Et Cod. Hex. cap. p. 120.* Feræ ſolo, *inquit*, norunt odore noxia & profutura diſcernere: nullo prævio, nullo præguſtatore carpitur herba, nec lædit. Melior enim magiſtra veritatis natura eſt. *Plutarch. Quæſt. Nat. q. 26. T. 3. edit. Steph. p. 1693. qua ratione id fiat, ut animalia ſuis morbis remedia quærant, tractat. Craſin ſequi appetitum putat, ac animalia non letaliter ægrotali modo affici, ut appetitu ferantur ad ea quæ ipſis ſint ſalutaria, exiſtimat.* Græca ita ſe habent: Διὰ τὸ τὰ μὲν χρήσεσι τοῖς ὄρεξεως, τοῖς δὲ χρήσεις τῆς πάθης ἕπεσθαι. πιθανὸν οὖν ἔσι καὶ τὰ μὴ παντελῶς ἐλεθρίοις μηδὲ ἀκαρεπτικοῖς ὠφελίμοις τοιαῦτα νοσήμασι, παντὶ τῷ διάθεσιν καὶ κρᾶσιν ἔχειν, ὑφ' ἧς ἔσι

ὅτι τὰ σωζόντα φέρεται καὶ ἄγει τὴν ἀρέσκειαν ἕκαστον αὐτῶν. *Varia hic essent notanda, veraque à falsis discernenda, quod breviter & in transcursu fieri non potest. Ex consideratione animalium, ut & aliarum rerum naturalium, quarum ratione animum debemus excolere, vitia fugere, virtutem exercere, Deum qui omnia sapienter fecit & suo quidque ordine disposuit, pie venerari & colere, pulchre docet S. Chrysost. Homil. XII. ad Pop. Antioch. qui non obiter legendus. Pauca delibare placet:* ἀπὸ μὲν τούτων καὶ τῶν τοιούτων ζώων μάνθανε καταρθοῦν ἀρετήν. ἀπὸ δὲ τῶν ἐναντίων παθῶν φεύγειν κακίαν. ὥσπερ φιλόκαλον ἡ μελίττα, ὅτως ἐλεύθερον ἡ ἀσπίς. ----- τὸν ἀλόγων ἐπελθὼν τὸν βίον, εἶτα χρήσιμον πρὸς ἐκείνων, λάμβανε. καὶ ἅπερ ἔχουσιν ἑκάστη φύσει πλεονεκτήματα, ταῦτά σου διὰ τῆς προαιρέσεως κατόρθωσον. καὶ δὴ καὶ ταύτῃ διὰ τοῦ θεοῦ τετίμησαι, ὅτι τὰ φυσικὰ αὐτῶν πλεονεκτήματα ἐκ προαιρέσεώς σοι παρεῖχε καθορθοῦν, ἵνα καὶ βραβεῖα λάβῃς: ἐκείνοις γὰρ οὐκ ἀπὸ προαιρέσεως καὶ λόγου τὰ κατορθώματα, ἀλλ' ἀπὸ φύσεως μόνης. ----- θαύμασον οὖν αὐτῶν τὴν ποικιλίαν καὶ ἐκπλάγηθι, καὶ διὰ τοῦτο τὸν δημιουργὸν θεὸν, ὅτι ἅπερ ζῶα πάντα δῆλα ἐποίησεν, ὅτε πάντα ἀφῆκεν ἄδηλα. Ab his (*turture, hirundine*) & à similibus animalibus discе virtutem rectе exеxcere: à contrariis vero vitium fugiendi disciplinam accipe. Sicut enim laboriosa (*vel, boni amans*) apis, sic perniciosa aspis. - - brutorum genus percurrens, (*sicut apis*) si quid inest utile, ab illis sume, & quas habent à natura prærogativas, (πλεονεκτήματα *h. l. & alibi in bonam partem accipere licet, pro eminentibus proprietatibus, eximiis dotibus, prærogativis aut privilegiis, uti ex Philone & Zosimo rectе probat Fronto Ducæus in Not. ad h. l.*) has tu voluntate & proposito rectе fac & bene exprime: per hoc enim à Deo honoratus es, quod naturales brutorum prærogativas proposito & voluntate tibi rite exequi concessit, ut præmia consequaris. Illis enim non ex electione & ratione rectе facta, sed à sola natura. - - admirare rerum, (*herbarum, animalium*) varietatem, & obstupesce etiam propter hoc ipsarum creatorem, optimumque opificem Deum, quoniam nec omnia tibi nota fecit, nec omnia incognita.

(*l*) *Canes variis morbis laborare solent, tribus præsertim,* κυνάγχῃ, λύσσῃ, παλάχῃ, *angina, quæ & σωνάγχη appellatur, quia fauces maxime suum ac canum obsidet & angit, Virgil. Georg. III. v. 496.* Hinc canibus blandis rabies venit, & quatit ægros Tussis anhela sues, ac fau-

cibus angit obesis: *rabie, podagra. Ælian. Anim. IV. 40. quibus lumbricorum vexationem addit, VIII. 9. ex Aristot. qui idem tradit, H. A. VIII. 22. & IX. 6. Pollux, Onomastic. V. 8. p. 505, noviss. edit. Vide Vlitium ad Grat. Cyn. p. 254. ubi Pollucem ex Aristot. emendat, quam bene, nunc non placet excutere. Canum tum morbos tum remedia luculenter describit Gratius Cyneg. v. 345. seqq.*

(k) *Nodosum gramen, Belgice* Knoopgras *apud veteres pro gramine proprie dicto seu agrosti habitum, & adversus calculum & vesicæ morbos commendatum quoque fuisse, censet Rob. Dodonæus Histor. stirp. Pempt. IV. L. 4 C. I. ubi de variis graminibus breviter & lucide tractat. Gramen est quod* caninum *vocant Galli,* chien-dent. *ut observat Clusius, rar. plant. Hist. VI. 38. p. CCXVII. quodque apud Lobelium in observat. est depictum, qui* caninum medicatum *appellat, ut notat Harduin. ad Plin. XXIV. p. 364. describit Dioscor. IV. 30.* Canariam *videtur appellare Plin. XXV. p. 406.* Invenerunt, *inquit,* canariam, quæ fastidium deducunt eamque in nostro conspectu mandunt. Sed ita ut nunquam intelligatur quæ sit: etenim depasta cernitur. *Harduin. in N. ad h. l. gramen legitimum à Clusio Loc. cit. descriptum intelligit, quod in insula Chio nunc quoque ἀχυώδη dici similimumque gramini esse, ex Anguillara observat. Aristot. H. A. VIII. 5.* καθάπερ καὶ αἱ κυῶες ὅταν κάμνωσιν, ἐσθίουσι (πόας, *quæ vox præcedit*) ἀνεμοῦσι, καὶ καθαίρουσι. Quomodo canes herbis comestis evomunt, atque ita purgantur. *Plutarch. Quæst. Nat. q. 26.* αἱ κυῶες ἐσθίουσι πίαν, καὶ χολῶ, ἐξεμῶσιν. *& lib.* Πόσῳ τὸ ζῴων, *p. 1793.* Κυῶες δὲ πίᾳ τινὶ καθαίροντες ἑαυτοὺς χολερῶσας. *Notandum hic venit* πίαν *generaliter quidem omnem herbam dici à radice foliata non ramosa, quæ caule semen fert; Theophrastum tamen certa genera graminum* πόας *nominasse, Dodon. L. c. erudite observat. Ælian. VIII. 9. H. A.* Κύων ὑπὸ πλήθους ὀχλούμενος, οἶδε πίαν ἐν αἰμαζιαῖς φυομένην, ἥντερ ἂν γλυκαίνωσιν ἐμεῖ πᾶν τὸ λυποῦν, μετὰ φλέγματος καὶ χολῆς. Canis quum redundantia vexatur, herbam in sepibus nascentem novit: qua comesa, omne id quod illi noxium est, cum pituita & bile evomit. *Hoc quoque, addit Ælian. non ignorat canis, fraxini fructum, quo ceu dulci alimento se ingurgitant sues & saginantur, dolorem coxendicis sibi inferre, eo tamen abstinet ac sibimet imperat.* ἄνθρωποι δὲ τὰ πιθέντων ἄκοντας ἐσθίειν, ἡττῶνται πολλάκις πάνυ ἀκρατῶς. Homines vero à cibis qui & nolentes invitant, sæpe superantur, ac servientes gulæ iis immoderate abutun-

utuntur. *Juſte & rectè Ælianus paucis his verbis intemperantiam hominum reprehendit, quod & Plutarchus Lib. τὰ ἄλογα λόγῳ χρ. p. 1824. pluribus præclare fecit. Sic & Poëtarum princeps de bobus agens, luxuriam communem vitiorum matrem breviter perſtringit, Georg. III. v. 526.*

\- - - - atqui non Maſſica Bacchi
Munera, non illis epulæ nocuere repoſta.

Ubi Servius dicit, Maronem pr tranſitum tangere illa quæ dicunt Phyſici, morbos venire ex cibi & potus, nimietate vel mutatione. Eraſiſtratus luculenter dixit, τὰς νόσους fieri ἀφὰ πλήθους τροφῆς, καὶ ἀπεψίαν καὶ φθορὰν, τὴν δ' ὀλιγοφαγίαν εἶναι ὑγίειαν. Spatioſius autem & uberius Gratius Cynegetico de canibus agens, inde anſam arripit ſpecioſe & ſpatioſe digrediendi: quam digreſſionem non ſolum pulcram ſed elegantiſſimam & Maronis æmulo dignam cenſet Janus Vitius in Comment. p. 233. Gratius à canum cura ad luxuriam hominum ita tranſit: Cyneg v. 308. ſeqq.

Nec luxus alios avidæque impendia vitæ
Noſcant. hæc magno redit indulgentia damno.
Nec mirum: humanos, non & magis altera ſenſus
Tollit, nec ratio vitiis adeuntibus obſtat.
Hæc illa eſt, Pharios quæ fregit noxia reges.
Dum ſervata cavis potant Mareotica gemmis,
Nardiferumque metunt Gangem, vitiisque miniſtrant.
Sic & Achæmonio cecidiſti, Lydia, Cyro.
Atqui dives eras fluvialibus aurea venis.
Scilicet ad ſummum ne quid reſtaret habendum.
Tu quoque luxuriæ fictas dum colligis arteis,
Et ſequeris demens alienam, Græcia, culpam.
O quantum & quoties decoris fruſtrata paterni!
At qualis noſtris, quam ſimplex menſa Camillis?
Qui tibi cultus erat poſt tot, Serrane, triumphos?
Ergo illi ex habitu, virtutisque indole priſcæ,
Impoſuere orti Romam caput, actaque ab illis
Ad cœlum virtus, ſummosque tetendit honores.

Et ut Græcum non ignobilem poëram addam: Oppianus, Halieut: II. v. 217. ſeqq. de piſce, qui ἡμερίκωπος, νυκτερὶς & χελιδὼν appellatur, eſtque admodum vorax & iners, ſcribens, occaſionem ſibi ſumit homines admonendi

nenda de vitandi in cibo & potu intemperantia, (concionem plane auream vocat Conr. Rittershusius in Comment. p. 234.) his elegantibus verbis;

Κλῦτι γονὴ μερόπων. οἷον τέλος ἀφραδίῃσι
λαιμάργοις, ὅσσον ἄλγος ἀδηφαγίῃσιν ἑπηδεῖ.
τῷ τις ἀεργίλιν δυσερπέα τῆλε διώκει.
Καὶ χεραδὶς καὶ χεῖρες, ἔχει δέ τι μέτρον ἐδωδῆς.
Μηδ' ὅτε παντοίῃσι νέον πορσύνεται δαπέδοις.
Πολλοὶ γὰρ τοῖσι καὶ ἐν ἀνδράσιν, οἵσι λέλυνται
Ἡνίαι, μαστὶ ἢ πάντας ὑπερωπῶσι κάλωες.
Ἀλλά τις εἰσορόων φάσθω τέλος Ἡμεροκοίτου.

Audi genus hominum, qualis exitus homines ſtultos
Gulæ deditos, qualis dolor ad ſatietatem cibum capientes ſequatur.
Quo circa quis inertiam moleſtam procul ejiciat foras
Corde & manu: teneatque aliquam menſuram cibi:
Neque menſis dapibus onuſtis animum oblectet.
Multi enim ſunt tales & inter homines, quibus ſolutæ ſunt
Habenæ; ventrique omnes indulgent funes:
Sed aliquis intuens fugiat exitum noctuæ.

Ut ad Æliani magnam & juſtam exprobrationem redeam, multum in hac parte nocentiores quam canes eſſe homines, nemo eſt qui neget. Hi enim inexplebiles cibo & potu, innumeris modis gulæ litant, ac ſine delectu & modo ſæpius noxia ſibi avide devorant: quinimo ut plus capiant, varia irritamenta inſano labore & magno impendio excogitant, utque devorata concoquant, medicorum opem ſollicitiſſime, ſed ſæpe fruſtra, implorant: & injurias morborum ac acerbiſſimos dolores ſpontaneo crimine ſibi gignunt, vitamque morte amariorem parant. Hinc enim vultui pallor, genæ pendulæ, oculorum ulcera, tremulæ manus, pedes vacillantes, virium imbecillitas, faſtidium & nauſea, perpetuus corporis langnor & dolor, ingenium hebetatum, aſſiduæ & indomitæ libidines, furens ira, inquies nocturna, nervorum ac totius hominis ſolutio. Nulla juſtiore pœna, quippe cum iis quibus immenſa vivendi cupido, inexſaturabilis ſimul inſit edendi & bibendi, & quod inde neceſſario ſequitur, miſere vivendi & infeliciter moriendi,

endi, libido. Recte Ambroſ. Hexaem. VI. 4. 123. medicamentum quæris, & jejunium fugis, quali majus aliud remedium reperire poſſis.

(*l*) Ἐσθίουσι, manducant, *quod toties hic repetitur, ſubintellecto*, ad recipiendam ſanitatem, *ut Solin. C. 26. loquitur, aut ſimile quid, id eſt, eſu aut potu hujus vel illius rei ſibi auxiliantur in morbis ſuis, vel, ſibi medentur. Unde idem eſt ac ſi hoc vel illo modo id exprimas, dummodo animalia ſibi hac ratione mederi & morbos ſues, ſi vera dixerit auctor noſter, cunare intelligas. Sues in capitis doloribus cancrorum fluviatilium eſu mederi ſibi, tradit Plutarch. Quæſt. Nat. q. 26.* αἱ δ' ὗες ἐπὶ τοῦ πταμίους καρκίνους φέροντας, βοηθοῦντας δ' ἐσθίουσας πρὸς κεφαλαλγίαν. *Edera apros in morbis ſibi mederi, & cancros veſcendo, maxime mari ejectos, Plin. N. H. VIII. 27. p. 180. affirmat. Ælian. Var. Hiſt. l. 7. ſues agreſtes narrat, quum hyoſcyamum comederint, ac eo ipſo morbum contraxerint, ad aquas pervenire, & ibi collectos cancros prompte devorare, ac ſic morbi remedium invenire.*

(*m*) *Pro* ἐχῖνον, *legendum* καρκῖνον *nullus dubito. Sic ſcribere debuit, an ita ſcripſerit, quis pro certo dixerit: Critici male gerunt ſuas partes, qui omnes errores veterum in Libris extantes Librariis ſemper, & ſæpe ſine ulla ratione, adſcribunt, quum ipſi auctores, non amanuenſes interdum aberraverint. Cervos (*ἡ ἔλαφος *de cervo & cerva dici notum eſt) à phalangio aut ſerpente percuſſos, cancrorum eſu ſibi mederi, tradunt veteres. Ariſtot. H. A. IX. 5.* ὅταν δὲ δηχθῶσιν αἱ ἔλαφοι ὑπὸ φαλαγγίου ἢ τινος τοιούτου, τοὺς καρκίνους συλλέγουσαι ἐσθίουσι. *Quæ Plin. VIII. 27. ſic vertit:* Iidem (*cervi*) percuſſi à phalangio, quod eſt aranei genus, aut aliquo ſimili, cancros edendo ſibi medentur. *Oppian. Κυν. II. v. 285. ſeqq. de cervo ſerpentum artus dilacerante & remedium noxæ inveniente ſic canit:*

Παίτη μαιόμενον δυοφερὸν πταμεῖο ῥέεθρον.
Κεῖθεν καρκινάδας ἢ φίλαις γνύεσσι δαμάσσας
Φάρμακον ἀυτοδίδακτον ἔχει πλυτήμονος ἄτης.

Paſſim inquirit obſcurum fluvii gurgitem:
Et inde cancros (*irreptos*) gratis malis mandens,
Remedium quod à ſemet-ipſo didicit, habet damnoſæ noxæ.

Mich. Glycas Annal. Part. 1. p. 76. Cervos serpentes è latebris suis extrahere & devorare, veneni autem metu cancris vesci, eaque mutione nihil detrimenti accipere, tradit. Cervis si gustent hederam silvestrem, morsus phalangii nihil afferre damni scribit Ælian. Var. Hist. l. 8.

(n) *Leonem simiæ esu sibi mederi tradit Ælian. V. H. l. 9.* λέοντα ἢν νοσοῦντα τὸ μὲν ἄλλων ἁδὲν ὀνίνησι. Φάρμακον δὲ ὀυναίατο τὸ νόσου βρωθεὶς πίθηκος. *Et Hist. Anim. V. 39. narrat Leonem quum nimium se compleverit cibo, aut quiete & inedia se exonerare, aut simiam si nactus fuerit, illius carnibus alvum exinanire.* ὅταν ἢ ὑπερπλησθῇ, κενοῖ ἑαυτὸν ἡσυχίᾳ καὶ ἀσιτίᾳ. ἢ ἂν πάλιν πιθήκου τυχὼν καὶ τούτου φαγών, κενοῦται τὴν γαστέρα τῇ ἐκείνου λαπάξει σαρξίν. *& XV. 17. delphinum comparat leoni, quod ambo senectute tabescentes & quum alias ægrotent, idem remedium adhibeant: & hic quidem terrestri simia, ille sibi medetur marina.* ἀλλά γέ τοι καὶ τίκτουσι πρεσβύτεροι εἰς γῆρας καὶ ἄλλως νοσήσαντες, ὁ μὲν τὸ χερσαῖον πίθηκον ἔχει φάρμακον. ὁ δὲ αἱματίζηται τὸ συμφυῆ. *Phile de delphino agens, leonem simiæ carnibus revirescere scribit, & Ælianum sic exprimit; p. 128.*

Λέων μὲν ἂν πίθηκον εἰ γηρῶν φάγοι,
πρὸς ἓξ Γαλήνου δεξιὸν τὴν φύσιν.
καὶ νῦν δ' αἰηβᾷ, καὶ σφριγᾷ τῷ φαρμάκῳ.
Καμὼν δὲ λαφὶς ἐξορίζεται νέσον,
ὅταν φάγοι πίθηκον ἰχθὺν ἀφθόνως.

Gregorius Bersmannus metro latinè sic vertit:

Leo senescens simiam si devoret,
Non hac Galeni malit auxilium sibi,
Ætate pollens & vigore, hoc pharmaco.
Delphinus ægrotans marinæ simiæ
Pastu, medetur sanitati perditæ.

Gustatum sanguinem (nempe simiarum, quod proxime antecedit) Leoni remedio esse, affirmat Plin. VIII. 16. p. 160. quo ægritudinem fastidii curat. S. Ambros. Hex. VI. 4. p. 123. Leo æger simiam quærit, ut devoret, quo possit sanari. *Horus II. 72. de Leone:* ἐὰν πυρέξῃ φαγὼν πίθηκον ὑγιαίνει. febre correptus, si simiam devoravit, convalescit. *Hinc videtur desumtum illud quod recentiorum in Libris legitur, Leonem quartana laborare, & simiæ esu se curare.*

(o) *De*

(o) *De hyænæ cum cane inimicitia, res est nota, & veterum variis narrationibus celebrata. Ejus umbra canes obmutescere facit, ait Ælian. de anim. III. 7. & Solin. c. 27. p. 37. ipsam hyænam falsis singultibus sollicitatos canes sic devorare, affirmat. Phile, p. 100.* ὕαινα ὃ τηκεδὼ (*pro quo* τίκτουσα *in margine Libri quo usus sum, inveni, ex MS. ut puto, exaratum*) τὰς κυνὰς δόλῳ,

Θηρατικῶν πόδ' (τῶν θηρατικῶν, *ex cod. Libr.*) ἑπὰν σαρκίων.

Astutia canes hyæna irretiens,
Mox pascit horum carnibus jejunia.

Unde non est mirum, hyænam sibi ægrotæ, ratione antipathiæ ex auctoris nostri sententia, canis exuviis mederi; sed de eo remedio altum apud Plin. & Solin. est silentium.

(p) *Lupum in fame, non vero morbo, terra vesci, ait Plin. VIII. 22. p. 173. & Solin. c. 2. p. 11.* vescuntur in fame terram. *Certam terram, Aristot. H. A. VIII. 5. ex aliorum relatu:* οὗ λύκους φασὶν, ὅταν πεινῶσιν, ἐσθίειν πηλὸν.

(q) *Panther & pardalis,* πάνθηρ καὶ πάρδαλις, *Græcis sunt voces utrique sexui promiscue communes: Latinis pardi sunt mares, variæ vocantur feminæ.* Παρδάλεις & πανθήρας *diversa esse animalium genera, sunt qui acriter contendunt, Allatius Not. ad Eustath. Hex. p. 158. & 173. Rittershus. in Comment. ad Oppiani* Κυν. *II. pag. 82. qui pro certo idem affirmat, & ex Oppian.* Κυν. *III. v. 63. ut ex Xenophont. in Cyneg. probari putat, quorum uterque de his separatim agit. Nollem addidisset vir eruditus:* quod notandum contra quorundam imperitiam, qui hæc confundunt. *Bochartus, Hieroz. III. 8. Part. I. p. 800. utrumque nomen idem genus denotare affirmat, idemque animal vel ex sexu, vel ex mole corporis, vel ex variis maculis* & πανθὴρ & πάρδαλις *dici, operose ascendit. Difficile est certi aliquid pronunciare de rebus nunquam visis, solum modo nobis ex variorum, inter se discordantium auctorum Libris, sæpe non accurate descriptis, tenuiter notis. Hinc malim* ἐπέχειν, *quam incerta pro certis tradere &* θαρρεῖν. *Veteres, sed non omnes, ut diversa animalia distinxisse nullus dubito, sed quam recte, nescio. Plinii verba sunt, VIII. 17. p. 164.* Nunc variis (*sic leg. non parias, ut variæ exhibent edit.*) & pardos qui mares sunt, appellant in eo omni genere, creberrimo in Africa, Syriaque. Quidam ab iis pantheras candore solo discernunt: nec adhuc aliam differentiam inveni.

(v) *Ichneumon. Murem Pharaonis ſive murem Ægyptium Ægyptios vocare, varii tradunt auctores: forma ſimilem eſſe ictidi dicunt qui ex Ægypto allatum viderunt. V. Allatium ad Euſtath. Hex. p. 104. Harduin. ad Plin. VIII. 24. p. 175. qui citat* Bellon. *Obſ. II. 22.*

(x) *De internecino aſpidis cum ichneumone bello, V. Ariſt. H. A. IX. 6. Ælian. H Anim. III. 22. & VI. 38. ubi ichneumon aſpidis ova dicitur abolere,* ἀφανίζειν. *Plut.* Πότερα τ ζώων, *Plin. VIII. 24. Phile, p. 144 Strabo, XVII. p. 812. ubi narrat ichneumones aſpides capite aut cauda arreptas in flumen trahere & necare.* τὰς ἀσπίδας μὴ ἢ τ κεφαλῆς ἢ τ οὐρᾶς λαβόμενοι, καταπωσιν εἰς τὸν ποταμὸν, καὶ διαφθείρουσι. *V. & Salmas. in Solin. p. 316.*

(y) Μυρμηδών, *formicarum congeriem notat ut & formicam, idem quod* μύρμηξ *& μύρμηξ, & ſic h. l. formicas ſignificat. Urſas formicarum eſu in morbo ſibi mederi, uno ore tradunt, quos de hac re legi, veteres: ſed quo in morbo, nam non una ſed multiplici ægritudinum ſpecie laborare ſolent, id remedium adhibeant, non conſentiunt auctores. Urſum, fructus arborum, legumina & mel, cancros & formicas edere, unde & παμφάγον nominant, ſcribit Ariſtot. H. A. VIII. 5. p. 555. morbo laborantem formicarum eſu corroborari, Sext. Empiric. Pyrrh. Hypot. L. I. p. 12.* ἡ δ' ἄρκτος εἰ ἀῤῥωστίᾳ τινὶ περιπέσῃ, τούτους (μύρμηκας) καταλιχνωμένη ῥώννυται. *Nimiam repletionem hoc modo curare, vult Ælian. H. Anim. VI. 3.* ὅταν δὲ αὖ πάλιν ἢ πεπληρωμένον, μυρμήκων ἐσθίει, καὶ κενοῦται ἐξαῦτις. *Et Plut. Quæſt. Nat. q. 26. p. 1693* τὸν δ' ἄρκτον λέγουσιν ἀσπαιρόμενον ὑπὸ μύρμηκας ἀναλαμβάνειν τῇ γλώττῃ, καὶ καταπίνουσαν ἀπαλλάττεσθαι. *noxam ex mandragoræ eſu incaute devoratæ hoc remedio urſos advertere, affirmat Solin. C 26.* Cum guſtavere mandragoræ mala, moriuntur: ſed eunt obviam, ne malum in perniciem convaleſcat, & formicas devorant ad recipiendam ſanitatem. *Sic & Plin. VIII. 27. & quidem paucioribus verbis:* urſi cum mandrogoræ mala guſtavere, formicas lambunt. *Et L. XXIX. C. 6. p. 711. urſos ægros hoc cibo ſanari, ait Ambroſ. Hex. VI. 4. p. 123.* Urſus æger formicas devorat. *Novit præterea urſus multiplici remedio naturali inſtinctu comparato ſanitatem ſibi reſtituere. Alvum duram & ſiccam aro curat, Ariſtot. H. A. IX. 6. Ælian. de anim. VI. 3. Vulnera & ictus foliis verbaſci ſanat, ut S. Baſil. Hom. IX Hex. Euſtath. Hex. pag. 35. Glycas Annal. P. I. pag. 68. obſervant. S. Ambroſ. Hex. VI. 4. p. 119. eleganter id ſic exprimit:* Quid

quod etiam medendi induſtriam non prætermiſit? Siquidem gravi affecta *(urſa)* cæde, & conſauciata vulneribus mederi ſibi novit herbæ cui nomen eſt φλόμος, ut Græci appellant, ulcera ſubjiciens ſua; ut ſolo curentur attactu. *Oculi eorum quum hebetantur, favos expetunt & comedunt. Plin. VIII. 36. p 195. Rabie urſos aliquando jactari, ex Euſtathio Rudio tradit Aldrovandus, L. 1. de Quadrup. digit. p. 127. remedium vero non indicat.*

(z) *Feras capras telo ictas paſtu id ejicere, tradit Ariſtot. H. A. IX. 6. & Auctor Mirab. auſcult. circa init.* Αἱ ἐν Κρήτῃ αἶγες, ὅταν τοξεύθῶσι, ζητοῦσιν, ὡς ἔοικε, φ διαπαυσον τὸ ἐκεῖ φυόμενον. ὅταν γὰρ φάγωσιν, ἀφὺς ἐκβάλλουσι τὰ τοξεύματα. *Plut. Lib. περὶ ἀλόγων λογ. χε. p. 1825.* Τὰς Κρητικὰς αἶγας &c. *In Scholiis Arateis, (non unius eſſe Theonis, ſed & aliorum, recte obſervat illuſtris Grotius in Not. p. 24. nam & ſæpe idem iteratur, & contrariæ ſententiæ ſæpe inſeruntur,) ad Phænomen. verſ. 33.* Δίκτῳ ἐν Λιβύῃ, *pag. 8. & 9. edit. Oxon. narratur Zenodotum Mallotem* δίκτυν *pro* δικτάμνῳ, *per ſyncopen nempe, dictum putaſſe; herbamque eſſe partui facilitando aptam, ideoque ea coronatam Ilithyam (Dianam) fingere Euphorionem, ac capris amiciſſimam. Verba Scholiaſtæ hæc ſunt:* Ζηνόδοτος δὲ ὁ Μαλλώτης, δίκτυν ἤκουσε τὸ καλούμενον δίκταμνον, καὶ διὰ τοῦτο καὶ Λιβύῃ τῦτο εἰρῆσθαι. δοκεῖ δὲ πρὸς εὐτοκίαν συμβάλλεσθαι, διὸ καὶ τὴν Εἰλείθυιαν τούτῳ στέφεσι. καί πε ἐπ' αὐτοῖς Εὐφορίων φησὶ, Στεψαμένη θαλερῇσι σωλιθετο δικτάμνοισι. καὶ ταῖς ἀίξι δὲ πρόσφιλής ἡ βοτάνη. βέλεα γὰρ τρωθεῖσαι ἐρύσσασιν ἀυτὴν, καὶ ἀποβάλλεσι τὰ βέλη. *Cicero N. D. II. 50. p. 1230.* Capras in Creta feras, cum eſſent confixæ venenatis (*venantium ſunt qui legant*) ſagittis, herbam quærere quæ dictamnus vocaretur; quam cum guſtaviſſent, ſagittas excidere dicunt è corpore. *Ambroſ. Hex. VI. 4. p. 123.* Caprea vulnerata dictamnum petit, & de vulnere excludit ſagittas. *Cervorum id eſſe inventum, affirmat Plin. VIII. 27.* dictamnum herbam extrahendis ſagittis, cervi monſtravere, percuſſi eo telo, paſtuque ejus herbæ ejecto. *Et Solinus C. 19. p. 29.* dictamnum ipſi prodiderunt, dum ex eo paſti excutiunt accepta tela. Herbam quoque quam cynaren vocant, contra noxia edunt gramina. *Utrique non inepte id tribuit Apulejus de Virt. herb. C. 62. §. 3.* Si caprea vel cervus in venatione telo percuſſus fuerit, quum pervenerit ad herbam dictamnum, & ea paſcitur, mox telum excutitur è plaga & ſanatur, paſcendo dictamnum. *Nam ſunt ambo congeneres, &*

inter

inter ſe & forma tum moribus valde ſimiles, ut ad Plin. T. II. p. 180. recte obſervat Harduin.

(aa) *Aquilam terreſtrem teſtudinem ſaxis allidere, è teſtis vero contritis carnem eximere & comedere, narrat Ælian. H. Anim. VII. 16.*

(bb) *Cyperi radices oblongas, cyperida vocari, magnique in medicina uſus eſſe, ait Plin. N. H. XXI. 18. ex quo κυπείδας cyperi radices interpretatus ſum, Galen. VII. Simplic. T. I. p. 95. edit. Græc. Baſil.* κυπέρου χρήσιμοι μάλιστ' εἰσὶν αἱ ῥίζαι. *Radices cyperi eſſe ſubnigras, cohærentes, oblongis oleis ſimiles, aut rotundas, aliquando etiam longas, galangæ modo; quo fit ut hoc genus à nonnullis appelletur ſilveſtris galanga; ſcribit Matthiolus in L. I. Dioſcor. p. 24. Cyperus juncus eſt anguloſus: junci trianguli meminit Plin. quadrati Celſus III. 21. p. 163.* nam & reperitur cyperus quandoq; quadrangulari caule. *De corvorum morbo Plin. X. 12.* ægreſcunt ſexagenis diebus, ſiti maxime, antequam fici coquantur. Cornix ab eo tempore corripitur morbo. *Ea tempeſtate, quando ficus matureſcunt, corvos ſiti laborare, & alii affirmant auctores. Eratoſthenes in lib. qui vocatur* κατασερισμοί, *p. 14. edit. Oxon. una cum Arat. impr.* τοῦτον τὸν χρόνον διψᾷν. *ubi mythologicam hujus ſitis rationem affert, quam & Ælian. de animal. I. 47. exhibet. Ovidius Faſt. II. de hac re ita canit:*

At tibi dum lactens hærebit in arbore ficus,
De nullo gelidæ fonte bibantur aquæ.

Naturalem Ælianus profert H. Anim. II. 31. (non. l. c. 47. ut falſo legitur annotat. in Aſteriſm. Eratoſth. Oxon. edit. p. 30.) his verbis: Ἴσασι δὲ καὶ ἱέρακες ἀοχλάμενοι ῥύσιν γαστρὸς, καὶ διὰ ταῦτα ἑαυτοῖς ὑγρᾶς τροφῆς ἀγάθους φυλάττεσθαι. Æſtivo tempore quod alvi profluvio ſe laborare ſciat, idcirco ab humidis alimentis ſe continet. *Mich. Glycas P. I. Annal. p. 59. ex interpret. Leunclavii:* Æſtivo tempore corvi quodam morbo laborant. Is morbus ventris eſt profluvium. quamobrem fluvii, fontes, ſtagna, per æſtatem nulli ſunt corvis uſui: ne per humorem ventris illa fluxio magis etiam augeatur. *Multa remedia ex anſere ut & corvis, morbis obnoxiis deſumi, non immerito miratur Plin. XXIX. 3. in fine.* Nam anſer, *inquit* corvusque ab æſtate in autumnum morbo conflictari dicuntur. *& L. VIII. 27.* Corvus, *inquit*, occiſo chamæle-

mæleone, qui etiam victori nocet, lauro infectum virus exſtinguit.

(cc) *Ardeam, ut faſcinum avertat, cancrum nido ſuo imponere, narrat Ælian. de anim. I. 35.* καρκῖνον ἢ ὁ ἐρωδιός. *Zoroaſtr. Geopon. XV. 1. p. 399.* Ardeam *eſſe* ερώδιον, *certum pronunciat Salmaſ. in Solin. p. 41. ſed convenientia Græcæ ac Latinæ vocis id non probat. Ciceronem ut & Avienum* ἐρώδιον fulicem *interpretari, obſervat Grotius Not. ad fragment. Arat. pag. 82.*

(dd) *Cygnos ranas devorantes, affectione quadam ſibi moleſta ſeſe liberare, ſcribit Mich. Glycas P. I. Annal. p. 69.*

(ee) *Pardalis cruorem caprę ſibi ſalutarem exiſtimat. Glyc. loc. cit. Ambroſ. Hex. VI. 4. p. 123.* Leopardus, *inquit,* capreæ agreſtis ſanguinem bibit, & vim langoris evitat. Omnis fera ægra canis hauſto curatur ſanguine.

(ff) αἴλυρος, *catus, felis.* ὥσθ' ὑπὸ τὸ ἀιόλλειν καὶ κινεῖν τὸν ὀφθαλμὸν, *Callimach. Hymn. in Cererem, v. 111. p. 170. edit. Ultraject. cum Varior. Not. gen. femin.* τὸν αἴλυρον *dixit, ubi ſchol.* τὸν ἰδιωτικῶς λεγόμενον κάτοπον. *Græcam vocem retinet Gellius XX. 8. p. 881. edit. noviſſ.* ælurorum oculi ad easdem vices lunæ aut ampliores fiunt, aut minores. *Plut.* πότερα τῶν ζώων, *p. 1767.* ὡς γαλαῖ καὶ αἴλυροι. *Significat* αἴλυρος *& piſcem, quem* Silurum *vocant, de quo Dioſcor. II. 19. Athen. VII. 9. p. 287.*

(gg) *Tragelaphus non eſt animal fictum, ſed à viris fide dignis ſæpe viſum. Vidit & Salmaſius Lutetiæ, qui tragelaphum Exercit. in Solin p. 162. ſic deſcribit :* Cornua plane cervina gerebat, mentum promiſſa hirtum barba, & villoſos armos, velociſſimi in primo curſu impetus, ſed cito deficientis, hircum Barbariæ cum nominabant qui circumferebant.

(hh) *Ibes clyſtere, roſtri aduncitate utentes, non vomitu, alvos purgare tradunt Plut.* Πότ. τῶν ζ. *p. 1793.* τὸν ἶβιν ὑποκλυσμὸν ἄλμῃ καθαιρομένης Αἰγύπτιοι σωιδεῖν καὶ μιμήσασθαι λέγουσιν. *Plin. VIII. 27.* Simile quiddam & volucris in eadem Ægypto monſtravit, quæ vocatur ibis. roſtri aduncitate per eam partem ſe perluens, qua reddi ciborum onera maxime ſalubre eſt. *Cicero N. D. II. 50.* vomitione canes, purgante autem alvos ibes Ægyptiæ curant. *Ægyptios ibes non homines hujus arti, magiſtros agnoſcere & prædicare, ait Ælian. de anim. II. 35. Vide & Philen, p. 43.*

(ii) Mά-

(ii) Μάραθρον *est feniculum*, Fenchel / *& Græcum & Latinum nomen promiscue adhibet Plin. qui XX. 23.* feniculum, *ait*, nobilitavere serpentes gustatu, senectam exuendo, oculorum aciem ejus succo reficiendo. *& VIII. 27.* anguis hiberno situ membrana corporis obducta, feniculi succo impedimentum illud exuit, nitidusq; vernat -- Idem hiberna latebra visu obscurato, (*hebetes oculos natura habere, notat C. 23. ejusd. libr.*) marathro herbæ sese affricans, oculos inungit ac refovet: si vero squamæ obtorpuere, spinis juniperi se scabit. *Feniculo ergo, ex Plin. sententia, serpentes & senectam exuunt, & hebetes oculos curant & refovent. At Aristot. quem vide H. Anim. VIII. 17 observat serpentes senectam exuentes, ab oculis incipere: ita ut obcæcari videantur rem non intelligentibus.*

(kk) *Ex relicta syllaba ες difficile est veram & genuinam eruere lectionem. Varia hinc possint cogitari nomina in ες desinentia.* ὄρθυγες, *coturnices, quibus Plin. X. 23. pag. 415. veneni semen gratissimum esse cibum, affirmat: sive id velis cum Galen. Ther. ad Pison. interpretari de helleboro, sive cum Sext. Empir. I. Pyrrh. hyp. p. 12. de cicuta, sive ex aliorum opinione de napello vel aconito; quo vesci impune coturnices sunt qui perhibent.* Ψάρες *sturni, quam vocem hic aliquis forsan reponeret, & non male convenire existimaret. Sturnos cicuta vesci, uti coturnices vemtro, ait Alex. Aphrodis. Probl. præf. & scribunt S. Basil. & Eustath. Hex. p. 9. Sed* ἄρνες *præ aliis placet, & ex hac conjectura vertere licet*: agni ægrotantes scammoniam aut tithymalum mandunt. ἄρνες, *agnos, nostrum auctore scripsisse & scammoniam edere dixisse, non affirmo sed probabiliter puto. Glycas Annal. P. I. pag. 69.* hirci scammoniam cruditatis remedium esse sciunt.

(ll) *Pro* ὀλυδαλὶς *quod erat in Apogmpho, emendo* κορυδαλὶς, *& verissimam esse lectionem nullus dubito. Galeritam gramen imponere nido testatur Zoroaster Geopon. XV. 1. p. 399. & Ælian. de anim. I. 35.* πεποβάλλε ἢ καὶ κόρυδος ἀγρωστιν. *Phile qui fere Ælianum Jambicis versibus expressit, de upupa id narrat, p. 74.* ἀγρωστιν ἔπψ, Φύλλα δρυὸς κόρυδος. gramen upupa, galerita frondes querneas. *Sed parvi refert, non enim semper accurate incedit, sed aliquando ab Ælianimente, quam non recte percepit, discedit. Ex Ælianiverbis l. 22. de animal.* νάρκη γὰρ τὸν σκορπιον καταλαμβάνει, *perperam lectis & intellectis, Phile, pag. 74. rem falsissimam proposuit, torpedinem infensum putare scorpium; νάρκη apud Ælian. non est torpedo piscis, ut Phile intellexit, sed*

corpor, qui scorpionem stellione viso invadit. Praterea hanc avem gramine valde delectari notum est. Est autem κορυδαλὶς, (*scribitur & κορυδαλὸς, κορυδαλλὶς & κόρυδ*ος) *avis vulgo vota & ob delicias mensæ expetita. German.* eine Lerche/ *à κόρυς*, Galea *dicta, nempe ab apice quem in capite gestat, ut Latine galerita & cassita,* (*quod nomen extat apud Gellium, II. 29. p. 200.*) *à galea vel galero & casside ob eandem rationem nomen invenit. Vocatur & alauda, sed hoc vocabulum, quamvis vulgo magis notum, est Gallicum, ut testatur Plin. N. H. XI. 37. p. 536.* parvæ avi, quæ ab illo (*apice*) galerita appellatæ quondam, postea Gallico vocabulo etiam Legioni nomen dederat alaudæ. *& Greg. Turonens. L. IV. Hist. Franc. C. 31. p. 172. novissim. edit.* in Ecclesia Arverna, *inquit*, dum matutinæ celebrarentur vigiliæ, in quadam festivitate, avis corydalus, quam alaudam vocamus ingressa, omnia luminaria quæ lucebant, alis superpositis in tanta velocitate exstinxit, ut putares ea in unius hominis manu posita, aqua fuisse submersa. *Coli vitium efficacissime sanari ave galerita cibo assumta, veterum fuit opinio. v. Plin. XXX. p. 744. Galen. de Ther. ad Pison. C. 9. p. 461. circa fin. T. 2.* ὁ δὲ κορύδαλ[ος] ὀπῖός τε ὠφελέει, ἀτμιδούσιος δὲ καὶ κωλικὰς πολλάκις ὠφέλησεν. *& XI. Simplic. p. 149.* ὁ μὲν γὰρ κόρυδ[ος] τὸ πλεῖστον ζῶον, τοῦτο τὸ μικρὸν, ὃ καὶ κῆ πὶς ὁδὰς πολλάκις ἁλίσκεται, ἐψόμενον δὲ τὸ ζῶον δὴ καὶ κωλικὰς ὠφελεῖ. χρὴ δὲ σωεχῶς καὶ πολλάκις ἐσθίειν· αὐτὸ μὲν δὴ ζῶον ἔχει δὲ ὅπι τὸ κεφαλῆς τοῦτο τὸ ζῶον, ὥσπερ τινὰ λόφον ἐκ τῶν τριχῶν· αὐθυῆ. *Dioscor. II. 59.* κορυδαλλὲς - - ὀπὸς κωλικὰς ὠφελεῖ.

(*mm*) Milvi & ipsi hibernis mensibus latent, non tamen ante hirundines abeuntes. Traduntur autem & à solstitiis affici podagra, *Plin. X. 10. Milvum avem* guttosam *esse*, & podagram pati, ideoq; timidam esse aliquando latere, *scribit* (*uti citat ad Plin. Harduin.*) *Albertus Magn. qui & addit:* circa solstitia latet frequentius, quia tunc magis est podagricus. Ἰκτῖνες ῥάμνον, *milvos rhamnum, nidis imponere ut avertant fascinum, ait Ælian. de anim. I. 35. at Phile, p. 74.* ἰκλ[ος] θρύον, *ulvam milvus.*

(*nn*) *Vulpes scillam*, (*veteres squillam pro scilla scripsisse, ex Pallad. Mart. de ficu*, divisa squillæ bulbo, *Ambros. & aliis constat*) *lustris suis circumponere, ut lupos fugent, qui scillæ contactu convelluntur, tradit Zoroaster Geop XV. 1. p. 398. Aliter Ælian. anim. I. 36. ubi narrat, lupum, si vel calcet, vel propius tantum accedat ad folia scillæ, obtorpescere: ideoque vulpes cubilibus luporum ea injicere.* πατῶν δὲ καὶ ὁ λύκ[ος], εἰ καὶ μόνον προσπελάσῃ πεπ-

λοις

λοις σκίλλης, (ναρκᾶ, *quod præcedit*) ταῦτά τοι καὶ ἀλώπεκες εἰς τὰς ὕλας τ̃ λύκων ἐμβάλλουσι, καὶ εἰκότως. Λέγω δὲ τ̃ ἐξ αὐτῶν βοσκημάτων ἔχθιστα αὐτοῖς. *Anatolius in Geopon. XVIII. 17. p. 458.* λύκοι ᾖ, θρέμμασιν οὐκ ἐπελεύσονται, εἰ σκίλλαν τῷ ὁδηγῷ καλουμένῳ προσάψῃς. Lupi pecora non invadent, si scillam ei, qui dux gregis appellatur, alligaveris. *Mich. Glycas P. I. Annal. p. 84.* Lupus scillam, plantæ speciem vitat. id cum vulpecula norit, apud hanc plantam dormiens cubat, si forte suas extra latebras degit: ne à lupis devoretur. *Solas Ambros. quo argumento vel quo auctore id scripserit non constat, turturi id tribuit.* Turtur, *inquit*, nido suo, ne pullos suos incurset lupus, squillæ folia superiacit. Novit enim quod hujusmodi folia lupi fugere consuerint. *De scilla V. Theophrast. H. Plant. VII. 12.*

(oo) Φάτναι δάφνῃσι, *Geop. XV. 1. p. 399. palumbos ut fascinum avertant laurinos ramos tenues avellere, & in tutelam pullorum nidis suis imponere, scribit Ælian. de anim. l. 35. his verbis:* ἀκούω δὲ βασκανίας ἀμυντήριον τὰς φάτνας, δάφνης κλωνία δοτεραγάσας λεπτά. εἶτα μὲν ἐκ ἑαυτῶν καλιαῖς ἐνθήναι, τ̃ νεοττίων φειδοῖ. *Phile, p. 74.* αἰθίσεται ᾗ πρὸς τὸ βάσκανον πάθος, δάφνῃ φαγούζα φάτνα, κίρκος πικείδα. *Palumbos, gnaculos, merulas, perdices, lauri folio annuum fastidium purgare, scribit Plin. VIII. 27. neque enim tentanda est lectio, & fascinum reponendum. Nam de languore annuo & nausea, non de fascino, ipsi est sermo. Morbum repellere eo remedio palumbos, tradit Horus Hierogl. II. 43.* ἐκείνη γὰρ ὅτι ἀῤῥωστῇ, φύλλον θλίψῃσι δάφνης εἰς τὴν ῥοσιὰν ἑαυτῆς καὶ ὑγιαίνει.

(pp) Ἱρηξ κίρκος, accipiter circus, *Homerus, Od. N. V. 86. dixit. Circus accipitris genus est, falco, Gallice*, un faucon. *Aristot. H. A. IX. 36. p. 576. decem accipitrum genera commemorat, quorum nomina hæc sunt:* Τελόρχης, αἰσάλων, κίρκος, ἀστερίας, Φασσοφίλος, πέρνης, λιὸς, πέρκος, πανζίας, Φρυνολόχος: buteo, æsalo, circus, asterias, palumbarius, pernes, lævis, percus, spizias, rubetarius. *Plin. X. 8. sedecim genera inveniri observat.* Distinctio generum ex aviditate. Alii non nisi ex terra rapiunt avem: alii nonnisi circa arbores volitantem: alii sedentem in sublimi, aliqui volantem in aperto. Itaque & columbæ novere ex iis pericula, visoque considunt, vel subvolant, contra naturam ejus auxiliantes sibi. *De differentiis accipitrum V. Budæum in Annot. ad Pandect. p. 162. Du Cange in Gloss.*

V. falco, quos laudat Harduin. ad Loc. cit. Plin. ut & Bochart. Hieroz. II. 19. P. II. p. 266.

(qq) *Plin. XX. 7. p. 26. varia lactucæ sponte nascentis genera enumerans, & hæc profert:* Ex his rotunda folia & brevia habentem sunt qui hieraciam vocent, quoniam accipitres scalpendo eam, succoque oculos tingendo, obscuritatem, cum sensere, discutiant. *De succo addit:* sanat omnia oculorum vitia. *Apulejus C. 30.* Græcis thridax agria dicitur, aliis hieracion --- Italis lactuca silvestris. *& cit. I.* dicunt aquilam cum in altum volare voluerit, perspicere rerum naturas, lactucæ silvaticæ folium evellere, & succo ejus sibi oculos tingere, & maximam inde claritudinem accipere, *Glycas Annal. P. I. p. 69.* accipiter volucris succum lactucarum, quarum folia sunt amara, caligantium oculorum scit esse remedium. *Geopon. X. I. p. 399.* κίρκοι ἀγρίαν θριδακίνην. *Ælian. de anim. I. 35.* πικρίδα habet, *ut & Phile, ubi cichorium silvestre, & intybum reddunt; tueri autem se hac herba accipitrem à fascino tradunt. At II. 43. Ælian. nostro consentit, ait enim accipitres oculis laborantes lactucam silvestrem evellere, ejusque succo oculis instillato obscuritatem discutere.*

(rr) *De cervo Ambros. Hex. VI. 4. p. 123.* cervus oleæ ramusculos mandit.

(ss) *Asteriscus herba est, quæ* ἀστὴρ Ἀττικὸς *Galen. & Dioscor. IV. 10. dicitur: ab aliis* Βασβώνιον, *à nonnullis*, asterion, asteriscon & hyophthalmon: *à Latinis* aster atticus, bubonium & inguinalis *apellatur. Apulejus C. 60. German.* Meyerkraut/ Bruchkraut/ Schartenkraut/ Sternkraut. *A stella nomen habet ob stellatum verticem, foliis per ambitum stellæ modo dispositis.* ἔχει δὲ φύλλα ἀστέρι ὅμοια, *inquit Dioscor. Asteris Attici duæ sunt species, una purpurei, alia lutei floris. V. Dodon. Hist. stirp. Pempt. II. L. 3. Cap. 24. p. 265. qui de purpur. floris specie hæc habet:* flores in summo virgularum emicant, forma vero florum chamæmeli, medio lutei, sed orbiculato ambitu cæruleo purpurei. *Ita is sit amellus flos, quem tam accurate descripsit Virgil. Georg IV. v. 271. seqq. non constat. affirmat Matthiolus in Dioscor. p. 731. negat Junius: pro, onit non decidit, recte & tute incedens, Dodonæus. Incertissima sunt, quæ de hac re & multis aliis similibus affirmantur, & non recte agunt qui de incertis & dubiis præcipitanter & confidenter tanquam ex tripode pronunciant, in dissentientes aperte & acriter invehentes & convitia immeritis turpiter ingerentes. Quod sane non solum est supervacaneum, verum etiam illiberale per se atque indecorum, lectoribus non consen-*

consentaneum, & ab officio viri probi disciplinis & scientiis eruditi longe remotum. Est & alia herba à stella nomen adepta, stellaria *vulgo vocitata, vulnerariis emplastris & remediis valde utilis: extrinsecus enim vulnera conglutinare, intrinsecus vero viscerum vitia & sinuosa ulcera maxime curare, perhibetur.*

(tt) *Zoraſt. Geop. XV. l. p. 399.* κορῶναι περιστερῶνα τὸν ὄπιον. cornices verbenacam ſupinam; *ſubintellige nido imponunt. Pro quo Ælian. de anim. l. 35.* ἐριστερῶνα, *quod eſt idem nomen paulo mutatum.*

(uu) *Sic & Phile, p. 74. at Ælian. L. c.* τὸν τῆς ἴριδος καρπὸν. *quod vertunt:* iridis fructum. *Semen potius videtur intelligendum. Semen rotundum habere iridem affirmat Matthiol. in Dioſcor. p. 19. ideoque non audiendi, qui iridem nullum ferre ſemen contendunt.* Iris ſtragaleotis *ſive* aſtragalitis, *cujus meminit & Galen. l.* περὶ κράσεως, *T. II. p. 159 ubi legitur:* ἰριδος ἀστραγάλου, *eſt ſpecies iridis, & ſic videtur dici, quod veluti aſtragali ſive talli, parvæ, nodoſæ, duraque hujus iridis ſint radiculæ. v. Dodon. Pempt. 3. L. III. C. 3 p. 246. German.* Viol-Wurtz.

(xx) *Zoroaſt. Geop. XV. l. p. 399.* Πελαργοὶ πλατάνου φύλλα περὶ νεοττίαις ἐπιβάλλουσι, ἅμα τὰς νυκτερίδας. *Ælian. de anim. VI. 45.* πελαργὸν νυκτερίδα μισεῖν, καὶ ἐκείνῳ αἰτιωτάτην ὡς πλέμιον. *& I. 37. narrat, ciconias ſapienter arcere veſpertiliones ſolo attactu ovis ſuis perniciem afferentes, foliis platani nidis ſuis illatis, quibus approximantes veſpertiliones torpeſcunt & nocere nequeunt.*

(yy) *Geopon. XV. l. p. 399.* ἵππιος ἀμίαστον, *pro quo videtur leg.* ἀδίαστον, *ut recte habet Ælian. I. 35. Phile, p. 74. male exhibet:* ἀγρώστιν ἔποψ. *Adiantum, quod & dicitur* καλλίτριχον, callitrichum, *ut Ælian. L. c. obſervat, ut & πολυτρίχον, ab effectu, tingit ſiquidem capillum, ac denſum eum facit; duo habet genera, candidum ac nigrum, Vid. Dodon. Hiſt. Stirp. Pempt. III L. V. C. 10. p. 466. qui rutam muriariam, aut muralem* Mauer-kraut / *adianti genus conſtituit candidum, exiſtimans Plinium, perperam trichomanes inter adianti genera retuliſſe, quod & Apuleius fecit, C. 47. de callitricho, & C. 51. de polytricho. Matthiolus in Dioſcor. p. 744, ejusdem erroris Plin. cujus verba ex XXII, 21, adducit, accuſat, vultq; eum perperam accepiſſe Theophraſti ſententiam, à quo illa mutuatus eſt. Ipſe tamen Matthiol. p. 745,* τριχομανὲς, trichomanes, *ab adianto quidem diſtinguit, ſed cum polytricho ac callitricho confundit: quaſi adiantum non eſſet eadem herba quæ & polytrichum & callitrichum appellatur, in officinis capillus Veneris, German.* Frauen-Haar. *Viret adiantum, quod*

Græci sic appellant, quia folium non madescit, aquas enim respuit, quovis anni tempore, (quod & Theophrast. H. PL. VII, 10, pag. 151, observat) nunquam tamen vel florem vel semen facit, ut Dodon. inquit, & ex Theophrasto, Hist. Plant. VII, 13, p. 150. duplex illud adianti genus deducit. Verba Theophrasti adscribere placet: ἡ δὲ ὑγραίνεται τὸ φύλλον βραχόμενον, ὅ μὴ ὑπιδηλόν ἐστι, διὰ τὸ τὴν νοτίαν ὑπιμένειν. ὅθεν καὶ ἡ ἐπωνυμία. γίνη δ' αὐτῆ δύο, τὸ μὲν, λευκὸν, τὸ δὲ, μέλαν. χρήσιμα δὲ ἀμφότερα πρὸς ἔκφυσιν κεφαλῆς τριχῶν, ἐν ἐλαίῳ τριβόμενα. φύεται δὲ μάλιστα πρὸς τὰ ὑδρηλά. Folium in aqua nunquam madescit, nec quicquam adhærescere humoris constat. Unde & nomen herba accepit. Genera ejus duo; candidum atque nigrum. Ambo ad defluvium capillorum utilia, oleo trita, nascuntur maxime locis humidis. *Uvæ passæ lasam adiantum ori imponere, & bonam valetudinem recipere, tradit Horus II. 89.* ἐντὸς δὲ βλαβεὶς ὑπὸ σταφυλῆς, ἀδίαντον ἀποπλύμενος εἰς τὸ ἑαυτοῦ στόμα πρόσοδόν ἐστιν.

(zz) *Philochorus apud Athen. Dipnos. IX. 2. p. 339. narrat cygnum herbam in suum nidum congerere quam Lygæam appellant. Viticu genus esse in aquosis frequens,* λύγος *enim vitex, scribit Jac. Dalechampius in Not. ad h. l. p. 763, & exhibet Aldrovandus Ornithol. L. 19, qui & addit: tanquam ea parientibus sit opitulatura. Græca hæc sunt:* λίγα δὲ καὶ ἐκτίθησι ἑαυτὸν τῇ νεοττίᾳ πᾶν τὸ λεγόμενον λυγαίαν.

(aaa) *Horus, Hierogl. II. 60.* Hominem qui domo non exeat significantes, formamque simulque pennas vespertilionis pingunt, hujus enim pennis ad formicarum nidos admotis, nulla ex ipsis egreditur.

(bbb) *Dracontium sive draconteum est herba quæ dracunculus alias vocatur, & quam Græci recentiores* δρακοντίαν πᾶν, *& infimæ Latinitatis scriptores draconteam herbam dixere. German.* Schlangen-Kraut / Natter-Drachen-Wurtz. *Theophrast. H. Plant. VII. 11. p. 127.* ἡ δὲ δρακοντία, καλεῖται γάρ τι δρακόντιον (*pro quo Salmas: in Solin: p: 684:* δρακόντειον, *& δρακοντίαν exhibet*) ἄρον, διὰ τὸ τὸν καυλὸν ἔχειν τινὰ ποικιλίαν, ἄβρωτος καὶ φαρμακώδης. Dracunculi radix; sunt enim qui genus quoddam dracunculi arum appellent, quod ejus caulis varietatem habeat quandam, cibo inepta penitus est, & medicis tantum commoda. *De dracunculi nomine & vario ejus genere V. Salmas: Loc: cit: & de Homonym: hyles Jatrica, C. 47. p. 49. seqq.*

(ccc)

(ccc) Ἀσκαλαβώτης, *vocatur & κωλώτης & γαλεώτης, eſt ſtellio. ſcorpionibus maxime contrarius. Plinius XXX: 4: H. N. pag: 695.* Scorpionibus contrarius maxime invicem ſtellio creditur, ut viſu quoque pavorem iis afferat, & torporem frigidi ſudoris. *V: & Ælian: VI: 22.*

(ddd) Σπῖνον *eſſe fringillam, Salmaſ: in Solin: p: 315: ſeqq: putat: ligurinum* zeiſchen/ *Aldrovand: Ornithol: XVIII: 4 ubi de ſpino ſive Ligurino tractat. Nomina avium ſæpe confunduntur, & qui hoc non advertunt, ſæpe fallunter.*

(eee) *Fugari ſerpentes caprarum cornu vel pilis accenſis, tradit Plin. N. H. XXVIII, 10. mulierum capillis. C. 7. ejusdem libr. Pallad: XII. 13. Nov:* propter ſerpentes, *inquit,* qui plerumque ſub præſepibus latent cædrum & galbanum, vel mulieris capillos, aut cervina cornua, frequentes uramus. *Cornu cervini odore vel nidore fugari ſerpentes, tradunt uno ore veteres, Plin: X: 70: XXVIII: 9: & VIII: 32. Ælian: de anim: IX: 20: ubi id manifeſtum eſſe pronunciat. & II. 9. Scholiaſt: Apollon: in II. Argon: pilis idem tribuit Euſtath. Hexaem: p: 37:* εἰ ἢ κἀμὲ τ̃ κερά̃των αὐτ̃ης μικρόν τι ἢ τ̃ τριχῶν ἐπ' οἰκίας καταχαΐ̃, εἰ πᾶ ἀφωλεύει θηρίον, ἀλαθήσκει, & ſi vel cornuum fruſtum vel pilorum in domo uratur, ejus nidore animalia ſi quæ latitant, fugantur.

(fff) *Hirundines apio fugare blattas, ut ad pullos earum accedere nequeant, tradunt alii auctores; Zoroaſt: in Geop: XV: 1 p. 399.* χελιδόνες ἀφ' ἃς τὰς σίλφας σέλινον ἐκπήγαζι. *Ælian: de anim: I: 37.* δῶρον ἢ ἄρα ἡ φύσις κἀ τ̃ χελιδόσιν ἔδωκεν. οἷον αἱ σίλφαι κἀ τούτων τὰ ὠὰ ἀδικοῦσιν. ὑκοῦν αἱ μητέρες σελίνῳ κόμιν περιβάλλουσιν τ̃ βρεφῶν, κἀ ἐκείναις ὁ ἐντεῦθεν ἄβατός ἐστι? *Phile, p 76. Ut ergo noſtro cum aliis conveniat ſcriptoribus, ita locus iſte debet emendari:* χελιδόνες ἐλάφῳ τρίχας κἀ σέλινον ἀφ' ἃς σίλφας, *vel,* σίλφας φοβέμεναι. Hirundines cervi pilos & apium in nidos ſuos ingerunt anguium metu, vel, angues metuentes, *ut* σίλφιον *pro* σίλφας *errore librarii, quod facile, ſit poſitum. Sic reſtituiſſem, ſi noſtrum auctorem ex aliis auctoribus à citatis diverſis ſua non deſumſiſſe, ſcirem; ſed quia ignoro unde iſta acceperit, nihil decido, nihil pro certo affirmo.*

(ggg) Eutocium, ἀετίον λίθον *vocat Euſtath: Hex: p: 27. &* ὠκυτόκιον λίθο, *Harpocratio Alex: qui tamen ab aëtite, ſed perperam, diſtinguit ocytocium, ut obſervat Allatius in N. ad Euſtath. p. 122. nam lapidem aëtitem eſſe, nemini dubium eſſe debet: quæ enim de eutocio Euſtath. refert,*

de

de aëtite alii tradunt. Describit hunc lapidem, super quem vulturem, dum doloribus partus cruciatur, sedere & parere narrat, Eustathius hunc in modum: ἔστι γὰρ ὁ λίθος, στρογγύλος ὡς κάρυον, καὶ κυρμῷ ἦχον ἐκπέμπει ὡς κώδων, ἔνδοθεν ἑτέρου λίθου κινουμένου. Est autem lapis hic rotundus veluti nux, & cum quatitur, veluti tintinnabulum sonum edit, alio intus lapide sonante. *Quæ fideliter descripsit Glycas, Annal: P: I. p: 59: Auctor Kiranidum, p: 8.* aquilinus lapis gravidus est & resonat. *Ideo noster* ἔγκυον *vocat*, gravidum, *i. e. alio plenum. Frustra ergo hanc vocem sollicitavit Andr. Rivinus in Not. ad Kiran: dum scribit:* ubi forte legendum: gravis est, vel gravidis aptus est. *Vid: Aldrovand: L. I. p. 36. ubi de aquila; maxime laborare narrat aquilas fovendis ad exclusionem ovis, & nisi aëtitem in nidum importarent, frustrari laborem. Unde orta videtur illa opinio & veterum & recentiorum, partui accelerando aptum esse hunc lapidem, parturientibusque eum in finem utiliter admoveri. Miram hujus lapidis vim ad eliciendum fœtum prædicat Aldrov. L. c. addens, lapidem esse nobilem, magnitudine vix ovum superare, colore puniceum, vel cinereum. Eodem fere modo Auctor Kiran: p: 115. scribit:* Ætites autem lapis, qui ad tactum de intus sonat, rubens est colore, & ut cera: gestatus servat in alvo fœtus, & non sinit abortivos fieri: est enim velocis partus. *Ovorum excludendorum causa id fieri tradit & Philostrat: Vit: Apollon: II. 14. p. 65. aëtitem ut contra ventos & tempestates tutum sit, aquilam adhibere, sunt alii qui narrant, & nonnulli ut contra fascinum se tueantur putant. Sic Ælian. de anim: I. 35. & addit, prægnantibus prodesse hunc lapidem & abortibus adversari. Noxam avertere à pullis, Phile, p. 76. Appellatur & alio nomine* gangites, *quam vocem Plinio X. 3. p. 393. egregie restituit ductu MSS.* gagiten *pro* gangiten *exhibentium, Harduinus, pro* gagatem, *quam vocem communiter impressi libri habent. Nam quod Harduin. in N. ad L. c. Plin. confidenter scribit, Libros omnes editos gagatem habere, non est omnino verum. Est mihi editio Venet. 1496. in Fol. impr. quæ* gagiten *sat clare exhibet. Plinii verba sunt:* Tribus primis & quinto aquilarum generi inædificatur (*i. e. aliunde asportatus inseritur*) nido lapis aëtites, quem aliqui dixere gangiten: ad multa remedia utilis, nihil igne deperdens. Est autem lapis iste prægnans, intus cum quatitur, alio velut in utero sonante. Sed vis illa medica non nisi nido direptis. *Solin. C. 37. p. 48.* aëtites & fulvus est, & tereti positione alterum lapidem intrinsecus cohibens:

cujus

cujus crepitu ſonorus eſt cum movetur, *&c. de 4 generibus hujus lapidis agit Plin. XXXVI. 21. vultque aëtites omnes gravidis utiliter alligari partumque continere: ſed niſi parturientibus auferantur, eas omnino non parere. Quod non convenire videtur cum illorum opinione, qui partui promovendo hunc lapidem utilem eſſe dixerunt. Duo tantum aëtitis genera agnoſcit Zoroaſt. Geop. XV. I. pag. 40. unum denſum, alterum rarum & inanem. Conveniunt ergo auctores, aëtitem in nido aquilarum inveniri, & utiliter gravidis alligari. Diſſentiunt de aquilini hujus lapidis uſu, an excludendis ovis, an vero avertendi faſcini gratia aquila eum adhibeat: ut & an ſolum partum alligatus retineat, an vero & promoveat.*

(*hhh*) *Zoroaſt. Geopon. XV. I. p. 399.* κίχλα μυρσίνλω. *Ælian. I. 35.* ϑαλλὸ ᾧ αἱ κίχλαι μυρρίνης. μυρρίνη *apud Athen. XV. 6. p. 678. & alios Attice dicitur pro* μυρσίνη, *& eſt idem quod* μύρτος. *Phile, p. 74.* κίχλα μυρσίνης κόμλω.

(*iii*) Chelidoniam viſui ſaluberrimam hirundines monſtravere, vexatis pullorum oculis illa medentes. *Plin. N. H. VIII. 27. p. 180. Ælian. de anim. III. 3.* πρωϑεῖζα τ' ὄψιν περόναις ἰαὶ τύχῃ, ἐρᾷ αὖϑις, *& XVII. 20. Phile, p. 50.*

(*kkk*) *Fabula hinc orta videtur, quod quidam ſcripſerint, formicas interlunio ceſſare. Plin. X. 30.* Operantur & noctu plena luna, eædem interlunio ceſſant. *Cui alii addiderint, eas menſis primo die ceſſare & quiete in caverna ſua ſe tenere. Sic Ælian. de anim. I. 22.* Τῇ γὰρ ἡμέρᾳ ἓ μλνὸς τῇ νέᾳ, εἴσω τ' ἑαυτῶν ἔχεις οἰκεροῦσι, πλὼ ὀπλὴ ἐχ ὑπερβαίνοντις, ἀλλὰ ἀτρεμοῦντις. *Et quod nonnulli auxerint ſcribendo eas ſabbato & trigeſimo menſis non operari. Tzetzes hæc habet:* ἐν ζαββάτῳ καὶ λ' ἓ μλνὸς τῆς σελλώης ὁὐ ἐργάζε).

(*lll*) Villaribus gallinis, (*villaticas appellant Varro & Columella*) & religio ineſt. Inhorreſcunt edito ovo, excutiuntque ſeſe, & circumactæ purificant, ac feſtuca aliqua ſeſe, & ova luſtrant. *Plin. X. 41. p. 434. Ariſtot. H. Anim. VI. 2. p. 529.* ὀχλϑεῖσαι ᾗ αἱ μὴ ἔριϑες, φείττζί τι καὶ ἀποσείονται, καὶ πολλάκις κάρφος περιβάλλεν). πιᾶσι ᾗ τὸ αὐτὸ τᾶτο καὶ τικᾶσαι ἐνίοτε. Inhorreſcunt à coitu, ac ſe excutiunt. Sæpe etiam feſtuca aliqua ſeſe luſtrant: quod idem & edito ovo interdum faciunt.

(*nnn*) *Eſt vetus & magnis exagitata doctorum hominum diſſenſionibus quæſtio, an ſalamandra in igne vivat & conſumatur; an vero combuatur & in cinerem redigatur. In igne vivere neque à flamma conſumi, perhibent Zoroaſt.*

Geopon. XV. I. p. 402. Ælian. de anim. II. 31. Plin. X. 61. p. 461. huic, *inquit*, tantus rigor, ut ignem tactu reſtinguat, non alio modo quam glacies. *Negat autem Sextius Niger id eſſe verum, apud Plin. XXIX. 4 pag. 690. argumento eſt ſalamandræ cinis, cujus & Plin. XXIX. 6. p. 705. meminit. Media ſi quis cum Aëtio incedat via, facile omnem difficultatem ſuperabit & rem ipſam explicabit; & quidem hoc modo ſi dicat: Salamandram in igne vivere per unam & alteram horam, ut experimentum Romæ Ann. 1667. factum evincit, & non extingui, ab igne vero conſumi ſi diutinæ flammæ immoretur.*

(*nnn*) *Plin XXIX. 4. p. 691.* Jus ex iis (*gallinaceis*) potum præclare medetur, pantheræ leonesque non attingunt peruncto eo, præcipue ſi & allium fuerit incoctum.

(*ooo*) *Pro* τελεκαὶ῾Ω, *videtur legend.* λέων, *quæ vox hic neceſſario ſupplenda. Sive pelecanum retineas, ſive avolare permittas. Leonem nihil æque timere quam accenſas faces, nullaque magis re domari quam bis, teſtatur Horus, II. 71. ac veterum fuit conſtans opinio. Plin. VIII 16. p. 160. ex eorum ſententia ita ſcribit:* atque hoc tale, tam ſævum animal, rotarum orbes circumacti, corrusque inanes, & gallinaceorum criſtæ, cantusque etiam magis terrent, ſed maxime ignes. *Oppian.* Κυνηγ. *IIII. v. 132.* ἔξοχα γὰδ δείδοικε πυρὸς μιν῾Ω ἠὺκομ῾Ω λίς. Valde enim metuit ignis vim bene jubatus leo. *Ubi, quomodo venatores facibus inſtructi leones perſequantur, fuſius deſcribit. Ælian. de anim. XII. 7. Leonem exteriorem ignem ob copiam interioris ægerrime intueri, & fugere, dixit Phile, p. 60.* αὐτὸς τὸ πῦρ δέδοικεν ὡς φύζει ζέων, Ignem paveſcit ipſe, natura flagrans. *At Pelecanus tantum abeſt ut ignem horreſcat, ut etiam in ignem, ſi vera ſunt quæ Horus I. 51. narrat, incurrat. Sic ergo emaculandum hunc locum exiſtimo:* λέων δὲ παρέφε῾Ω νεκρὸν τρέχ. στρεφεμ. *&c.* Leo adverſatur rotas circumactas & ignem accenſum. *Ut ex* λέων *errore librarii* πελεκαὶ῾Ω *fuerit factum, & νεκρὸν ex ſeq. linea in hanc introductum. Hoc malim quam vocem* νεκρὸν *retinere, &,* Leo cadaver abhorret, *vertere, aut* πελεκαὶ῾Ω *retinere, &* λέων *ſuperaddere, & ſic Latine reddere:* Leo pelecanum mortuum abhorret, vel horreſcit, & rotam circumactam, ut & ignem accenſum.

(*ppp*) *Lacedæmonios ſive Spartanos canes primatum antiquitus inter ſagaces obtinuiſſe, paulatim vero exinde mixtis & velocibus cum illis adeo degeneraſſe prolem eorum, ut nihil fere præter nomen ab origine ſervaverint, docet Pitiscus ad Nemeſiani Cyneg. pag. 348. & pag. 394. ubi Spartanum canem apud Ammian.*

Ammian. non pro ſagace, ſed veloce poſitum cenſet. Propter nomen ergo cum celebrarentur, factum eſt ut in quocunque genere optimi poſtea & Spartani dicerentur. Gratium Spartanos canes & inter bellicoſos accenſuiſſe, notat Ilitius ad Grat. Cyn. p. 160. Vid. & p. 175. & quia cuivis venationi commendabiles erant, veloces Sparta catulos vocavit & paſtoribus commendavit Virgilius Georg. III. quia præter robur & velocitate præſtant, ut adnotat Servius. Duas earum ſpecies agnoſcit Xenoph. Caſtorias & ἀλωπεκίδας. Illæ à caſtore, hæ quia ex vulpe & cane primum progenitæ. Sed Ariſtot. H. Anim. VIII. 28. in genere Laconicos canes ἐξ ἀλώπεκος καὶ κυνὸς mixtos eſſe dicit. V. & Rittersbuſ. in Comment. ad Oppian. Cyneg. p. 38.

(qqq) *Cancrorum nomen latiore ſignificatu locuſtas, ſive καραβους, aſtacos, ſquillasque complectitur. V. Plin. N. H. IX. 31. p. 324.* Cancrorum genera, carabi, aſtaci, majæ, paguri *&c. ſtrictiore vocis uſu καρκῖνοι ſunt cancri, quos Galli cancres, Germani* Krebs *vocant. Habent cancri, præter pedes, duo quaſi brachia, & in iis ungulas bipartitas, quas Græci χηλὰς chelas vocant, nos forcipes vertimus. Non ſunt cornua, ut Plin. videtur dixiſſe, ſed potius brachia, cum cornibus non confundenda. In cirris enim tres ſunt partes, ipſa brachia, forcipes & dentes. v. Grotium in Not. ad Arat. p. 34. & 42.*

(rrr) πλεκτάναι *dicuntur polypi cirri, ſeu brachia, quibus τὸ πολυπραγμονικὸν inexplicabili nexu vincit. Vocantur & crines, ut & flagella. v. Harduin. ad Plin. L. IX. p. 322. & 376. De herba polypodio, non de polypo piſce id quod hic narratur, refertur in Geoponic. XV. I. p. 398.* Καρκῖνος πεποτισμένος ὑπὸ πολύποδος ὑποβάλλει τὰς χηλάς.

(rrr) *Obtorpeſcere equos calcatis lupi veſtigiis, ſcripſit Pamphilus, Geopon. XV. I. p. 398. Phile, p. 80.* ἵππον παχὺν ἤτ' ἴχνος ἀμβλωθεῖσα λύκου. *Et Ælian. de anim. I. 36. Ulterius progreditur Horus II. 42. dum ſcribit,* non ſolum ſi lupum calcarit, abortum facit equa, ſed & ſi lupi calcarit veſtigium, protinus abortit. *Cum quo convenire videtur Plin. quando XXVIII. Lib. p. 650. ſcripſerit,* equos rumpi qui veſtigia luporum ſub equite ſequuntur.

(sss) *Ælian. de anim. I 37. elephanti adipem vult eſſe remedium contra omnium ferarum venena præſentiſſimum.*

(ttt) *In ventre hirundinum pullis lapillos candido aut rubenti colore, qui chelidonii vocantur, magicis narratos artibus reperiri, dicit Plin. X. 37. T. II. p. 574 Conſentiunt veteres, & oſtendunt recentiores. v. Aldrovand. Ornithol. p. 663. T. 2. ubi binos hujusmodi lapillos in muſeo ſe reſervare affir-*

mat, quorum alterum ex ventre hirundinis extractum, intus albicantem, extra melinum dono ipſi transmiſerat Alex. Panſa: alter ſubrubens, quare color in iis variaverit. At hos lapillos capitis vocari & eſſe, & quæ de his dicuntur, nemo, quod ſciam, commemorat. Simile quid & de bove narrat Plin. XXX. 5. bovis capiti lapidem tradunt ineſſe: quem ab eo expui ſi necem timeat.

(vvv) *Phile, p. 74.* Τῆς ἴβεως ἢν τὸ πτερὸν μόνον βλέπων,
ἅπας ὄφις δέδοικεν, ὅτιῤ αἱ θῆροι
νεκρῶν γ' ὄφις ἐκεῖνος.

- - Sed anguis ibium
pennas paveſcit intuens, contactibus
harumque torpet ocius. - - -

Ibis circa Peluſium tantum nigra eſt, cæteris omnibus locis candida. *Plin. X. 30 p. 422. ex Ariſtot. H. A. IX. 27 Ibis alba ex Ægypto allata Ciconiæ in multis eſt conſimilis, ſed paulo minor; utraque roſtri parte deorſum inflexa, in illa collum ubique teres. Ita ſcribit vir eximius Du Hamel, Hiſtor. Academ. Scient. L. 2. Sect. XI. C. 2. p. 226. ann. 1683. additque:* Quæ de ibi dicit Cic. 1. N. D. vera eſſe experientia ipſa comprobavit. *Quo fit,* inquit, *ut nec morſu vivæ noceant, nec odore mortuæ.* Nam caro ipſa, & viſcera per XV. dies & amplius ſuavem ſpirabant odorem. Carnibus ſerpentum veſcitur, quas ſalutares eſſe ſatis verisimile videtur. Ingluvie hæc carebat. *Quæ ultima utpote αὐτοψία hujus præſtantiſſimi viri probata, non dubito eſſe vera, ſed quæ ex Cic. in teſtimonium adducit, ſunt falſa. Ciceronis verba hæc ſunt l. 1. N. D. c. 36.* Ægyptii nullam belluam niſi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, conſecraverunt: velut ibes maximam vim ſerpentium conficiunt, cum ſint aves excelſæ cruribus rigidis, corneo proceroque roſtro: avertunt peſtem ab Ægypto, cum volucres angues ex vaſtitate Libyæ vento Africo invectas interficiunt atque inſumunt. Ex quo fit ut illæ nec morſu vivæ noceant, nec odore mortuæ. *H. d. illas, nempe angues, non ibes, neque morſu neque odore nocere, ex attenta lectione hujus loci, Ciceronem dicere manifeſtum eſt.*

(xxx) *Plin. XI. 19. p. 511. Oleo quidem non apes tantum, ſed omnia inſecta exanimantur, præcipue ſi capite unctio in ſole ponantur. Idem de ſcara-*

ſcarabeis C. 28. pluribus tractat. Vide & L. XI. 53. pag. 607. ut & Philen, pag. 26. qui de vulturibus. οἱ τῷ μύρῳ θηήσασθαι καθαίρων δίκλω.

(yyy) *Garum eſt liquoris exquiſiti genus, inteſtinis piſcium cæterisque quæ abjicienda eſſent ſale maceratus. Vid. Geopon. XX. 46. pag. 492. & ibi ex Plinio annotata, & ex Dioſcor. ut & Polluce obſervata.*

Fragmentum

DEMOCRITI

De ſympathiis & antipathiis.

ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΥ περὶ συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν.

Nuper laborabam naturæ indagando donum, & eam rite conſideratam ac perſpectam aperiendo narrationibus (ſignis perſpicuis.) Oſtendunt hæc argumentis non obſcuris experimentum vitæ humanæ utile ſpondentes, (indicando) nobis ſigna vires, - - - - - - - - - - - - Et quidem non ſine difficultate ad cognitionem, rebus ipſis omni ſtudio incumbendo, pervenitur ad aliorum hominum utilitatem. Fructum oſtendo ad variæ eruditionis contemplationem, germen fructuum variorum, quod terra omnium parens (*a*) enutrivit, ut theſau-

Ἐναγχος ἐμέχθεον ἐρεύνησας τὸ φύσεως τὸ δῶρον, καὶ τὴν ὑπόσκοπον μέλλω ἀναπτύξας δηλύσεσι * πικμηρίοισι. βιωφελῆ πεῖραν ἐγείροντες -- σημεῖον ἐμάς τε δυνάμεις δύναμιν ἀκάματον ψυχῇ δυσπορήσει) καὶ δυσκολίσιες ὑπίγνωσιν ἐγκυρήσας πρήγμασι πρὸς τὴν τ' πίλας ὠφελίην, καρπὸν ἀποδείγμασι πρὸς τὴν τ' πολυμαθίης ἀσχολίην, ἥτε γῆ πάμμητωρ ἔζα ποικίλων ἐνεθρέψατο καρπῶν ἔρι. εἴτ' ἀπεθησαύρισε μυχῶν αἰέψαζα βολλὸ εἴτε ἠσύχιον γῆς διδάξαζα μέλεσι μὴ ἀπίσω φθιτίη - - - ἠγεὼν ὅτι

* f. ἀναπτύξας τηλαυγέσι vel δήλοισι. Cæterum exordium totum hujus fragmenti parum emendate exaratum ſine ope melioris Codicis MS. recte conſtituere haud licuit. Itaque & erudito interpreti, ubi à ſcopo forte alicubi aberravit, ab æquo lectore parata venia. Quoniam vero Imperatorem alloquitur auctor, hinc patet fragmentum iſtud licet nomen Democriti & Ionicam Dialectum præ ſe ferat, Philoſophi illius antiqui Democriti tamen minime eſſe.

ξωογχύνηζαν ἢ λίμναις συγκαπήξαν ἐν ψύχοισιν, ὁκόσην τε ἐν ἀμηστι σκώληξ τὰ βυθᾶ, τῶν τι εἰς ἐμὲ ἔμολε πειρέλιν ἀγνῶσαι μὲν εἰς γνῶσιν καὶ πολυπειρέλιν, ἀγαθὰ δ' εἰς ὠφελείλιν, πάσης ἀπεσκοπισμένα φλυαρίων ὑποψίας. ἵνα δ' φυτλόσω τοῖς ἀκοαῖς, κράτιστε καὶ μέγιστε αὐτοκράτορ, ἂν δίχα πάσης κηλίδος ἀναγέγραπται, ἐξέπλεξε πίνυν τὰ φύσεως καὶ τὰν κατάλληλον αὐτῆς δυνάμιν, ὁκόσοισί τε ἐπαρχαίνω ἐπδερκέζι λόγοιζι, ὁκόζατε τὰ προσύλληλα κέκτηδ' ξυγγυνέα γεγωνεμένα ὁμόσιχα διαπαίσσειν ἔχει τὰν τ' ἰσοργείας δυνάμιν, ὁκόσατε κὰ ἀντιπάθηαν, καὶ κὰ ἀσπόρροιαν ξυμπαθείην, ἢ ἀντιπαθίην, καὶ ὁκόζα ἀναιπολογήτως ὑπιτετήδδ' τοῖς ἐν ψύχοισι, πόσας τε ἕκαστον ἐμπνοίας καὶ τέχνας τ' φθόνῳ φερόμενα, τῇ μὲν πρὸς ἀνθρώπους ὑπιβυλίας τῇ δὲ πρὸς ἀλλήλους δειλίᾳ ἀντέκμιον ἐμισηκάκησεν ὀργᾶν.

thesaurum asservat ex abditis penetralibus accendens jubar : aut tranquille - - - - - - - - - - - - - Quæ vel generat stagnis in frigidis, quotue in fluviis abscondit profundis : hæc in meam pervenerunt experientiam, ignota ad notitiam & bona in usum, absque omni ineptiarum suspicione. Ut autem ad aures tuas perveniam, Potentissime & maxime Imperator, in ea quæ absque omni vitio conscripta sunt, inquire, naturæ nempe vim & earum quæ ipsi respondeant, quam tibi veluti fasciis involutam verbis sufficientibus exhibeo, quotquot ejusdem naturæ cognatione aut qualitatis communione inter se sint cognata : quæque habeant certam & magnam efficaciam in iis, quæ juxta antipathiam agunt, & ut effluvia se habent, vel sympathiam vel antipathiam exercent, quorum ratio reddi non potest : qualia item in animalibus perspicere licet, quæ invidia aguntur, vel artificiis & solertia erga homines insidiantur, vel ut mutuo inter se odio injuriarum memores vindictam exercere soleant.

Κάστορες μὲν δικαιόμενοι ὑπὸ αὐτοφθόρα γυναικὸς τοὺς διδύμους ἀποθρίσσουσιν. ἀετὸς δ' ὑπὸ νοσιῆς ἐγκύμονα

Castores (*b*) ab incorrupta femina eos persequente dum instat periculum, testiculos sibi ipsi amputant. (*c*) Aquila è nido

do lapidem alio prægnantem (*d*) matutino tempore abjicit, pullis ſuis vitam quo conſervet (*e*) eundem exponens.

Imbrem prænunciant boves (*f*) ſeptis ſuis ſe includentes: turbidum vero aërem, in dextra latera inclinati. Omne genus aquaticum (*g*) in mediterraneum feſtinans, (*b*) quod & grues faciunt, in eo tempeſtatem denunciant. Equi in paſcuis degentes editis pullis pellem in fronte natam (*i*) demetunt, ut naturalis amor erga pullos obtineatur, antequam aliquis veniens eam præripiat. Muſcæ domeſticæ (*k*) inſilientes ſævam tempeſtatem ſignificant.

Et hæc quidem ex ſolertia proveniunt. Ex mutua antipathia eveniunt ſequentia. Lebetem extinguit (*l*) - - - lapis qui - - - naſcitur extinguit ignem in ſartagine occultatus. Raphanus (*m*) ſcorpio injectus ipſum perimit.

Et hæc natura ita ordinavit & abdita eſſe voluit, ut ea utpote in arcanis delitescentia explorare diligenti indagine, & rationem quomodo fiant dare nequeamus. Mare tranquillum eſt diebus ſeptem quibus halcyones (*n*) incubant ovis. Quadrigam citam ſiſtit lupi talus (*o*) in via poſitus & objectus. Leo

folia

να λιθον πρὸς ὀρθρον ἐρεθίζουσι ψυχον νοσιῶν προθήμων τ λιθον. ὄμβρον τὰς ἰδίας ἀποκλείουσι μάνδρας ἐγκεκλειμένοι ἢ βόες ἀέρα ἐν χειμῶσι προσημαίνουσι τοῖς δεξιοῖς πλαγιοῖζιν ἀποκλιθέντες. πᾶν ἢ ἔνυδρον οἷον ἂν γένασιν - - - - πω ἰὼ γόνας ἐς μεσόγαιον φεύγοντων ἐν αὐτῇ χειμῶνα καταγγέλει. ἵπποι ἢ νομάδες πώλων γενηθέντων τὸ ἐπιμετώπιον ἀπεθέλσαν δέρμα, ἵνα τὸ φιλόστοργον τ φύσεως ξυναπολεῖ) πρὶν ἄλλος ἀφέλη) φθάσας. μύαι ἢ κατοικίδιοι ἐφαλλόμενοι ἔφοδον σημαίνουσι.

Καὶ ταῦτα μὲν ἐξ εὐφυΐας ἦθαι, ἐκεῖνα δέ τις ὄροι τὰ πρὸς ἄλληλα ἀντιπαθῆ. λέβητα σβέννυσι φλὼ ὁ ἢ λίθ ὁ ὑπὸ κεραμίσι γεγόμθ, σβέννυσι τὸ πῦρ ἐγκρυβεὶς τηγανίᾳ. Σκορπίῳ ῥαφανὶ ἐμβριφεῖσα ἀπέκτεινεν αὐτὸν.

Καὶ ταῦτα ἀναλογίσηται ἡ Φύσις ἐσκόπησε. θάλασσα μὲν ἂν ἀποκαλιωθῇ) τοῖς ἀλκυόσι ὠοῖς ἐπωαζόσης ὑπὸ ἡμέραις ζ'. καὶ πέτρωρον ἅρμα ἐπίχει λύκου ἀστράγαλ πεπτοδὼν κείμ.

Λέων

λέων ὑπὸ πείνης πετάλων ἀψάμενος ἀκινητεῖ, καὶ λύκῳ ἀκινήτῳ μίγνει. σκίλλης αὐτῷ προσενεχθείσης. πελαργοὶ πέπαλα πλατάνου τοῖς ἰδίοις νοσιαῖς ὑπὸ νυκτερίδων δεδοικότες τὴν τῶν νυκτερίδων πρόσψαυσιν, καὶ αἱ νυκτερίδες ναρκῶσιν ἀψάμεναι πλατάνου. Πολύποσιν ὑπὸ τῆς θὴν πήγανον ἀκινήτους ποιεῖ. ὄφις καλάμῳ πληγεὶς ἅπαξ, ναρκᾷ. κινεῖται δὲ, πολλάκις τυπτόμενος. σμυραίνης* δὲ ναρθήκων πρὸς δύσιν βληθέντων θέλγουσιν. Οὖρον λύκου ἐπιβρήσασα γυνὴ ἄτοκος γίνεται, ἐὰν δὲ ἄνθρωπος λεπρὸς σῖτος πατήσας ῥᾳδίως ἂν ἀφύοι. συκῆ ἔναρπος μίγνυται, εἰ πεντεκαιδεκάτης ἴσης τοῦ θεοῦ ὀλιγίστων αὐτῇ ἐπιβεβλημένων θαλασσίων, ἢ μίλτον τὰ στελέχη ἐπιχρίομεν. Θαλλοὶ ἐναίμαλῳ κείμενοι ἐλαίας, πολύποδας ἐκ τῆς θαλάσσης ἀπισπῶνται.

Ἵνα δὲ μὴ ὑπὸ τῶν αὐτῶν μένωμεν ὑποδειγμάτων, μέγιστον αὐτοκράτορ, τὸν τῆς ἀντιπαθείας ἐρευνήσομεν λόγον. Κρανίον ἀνθρώπου πάρδαλιν εἰς φυγὴν τρέπει. Σκλόποδον μὴ πιμελῆς λέοντος εἴ τις χρίσαιτο ὅλος τὸ ἑαυτοῦ σῶμα, οὐδὲν αὐτῷ προσελεύσεται θηρίον, σύγχυσιν βοτάνης ὕαινα οὐχ ὑπερβαίνει, οὐδὲ λύκου δέρμα πρόβατον, λυκοβρώτου προβάτου ἔριον ὑφανθὲν χιτώνιον, τὸν φορέσαντα πολλὴν κνησμοὶ

folia ilicis ſi tetigerit, ſolo immobilis fit, & lupus immobilis hæret, ſcillæ ſi propior fit. Ciconiæ (p) platani folia in nidos ſuos inferunt, metuentes veſpertilionum acceſſum, veſpertiliones enim tactu platani torpeſcunt. In polypos ruta injecta eos immobiles efficit. Anguis arundine ſemel percuſſa torpeſcit, iterato ſæpius ictu movetur. - - - ferulis ad occaſum projectis, - - - - Urinæ lupi mulier ſuam iugerens ſterilis fit. Frumentum pede leproſi calcatum - - - - - - Ficus (q) uberiorem fructum fert & fertilis manet, ſi quinta decima die Junii (r) groſſos ei circumponamus aut algam marinam, aut rubrica truncos illiniamus. Polypos è mari attrahit ramus oleæ virens in littore poſitus. (t)

Ut autem non maneamus iisdem in exemplis, Imperator maxime, diligenti indagine perſequamur antipathiæ rationem. Cranium hominis pardum in fugam vertit. Si allio (u) ex adipe leonis quis ſe inunxerit, tutus ab omnium ferarum impetu erit. Solanū (x) herbam hyæna non ſupergreditur, neque lupi pellem ovis. Tunicula è lana ovis à lupo adeſæ texta magnā pruriginem (y) excitat in corpore ejus qui eam induerit. Cor capreæ igne uſtum lites excitat

* Forte μυρσίνης, myrti ramis.

tat inter eos qui una domi habitãt. Querc⁹ marina(*z*) reſiſtit malis medicamentis quæ inſaniamadducũt. Idẽ & ſtella marina(*aa*) facit, ſub tecto ſuſpenſa. Erucæ morientur in horto ſi ablatas de alio horto erucas coxeris aqua & illas per hortum ſparſeris. Taurus vertigine affcitur ſi roſaceo (*bb*) nares ipſius inunxeris, taur⁹ vero agreſtis funè ſilveſtri ficu facto (*cc*) ſi ligetur. Moritur autem ſtatim, ſi argentum vivum auribus ipſius infla veris. Veſpertiliones hederæ ſuffitu pereunt. Serpentes non accedunt ſparſo dracontii ſucco. Gagates lapis(*dd*) ſuffitus omnia reptilia fugat. Pennis ibidis reptile fugabis. Formicæ non egrediuntur ex latebris ſuis, ſi veſpertilionem earum cavernis appoſueris. Muſcæ fugantur,(*ee*) ſi chalcanthum continenter ſuffumigaveris. Cimices moriuntur ſuffitu(*ff*) hirudinum. Pediculi ovium(*gg*) necantur, ſi chalcantum in pulverem redigens aqua miſcueris, & per terram ubi cubant ſparſeris. Mulier prægnas ſi ſerpentem qualemcunq; (*hh*) tranſcenderit, abortum facit: incipienti parturire, partum ei accelerat. Lumbricos humanos ſi combuſſeris & in pulverem redegeris, eoque palpebras ac cilia inunxeris; & apponens ſpeculum illud inſpexerit, ſtatim ſine periculo abortum faciet. Qua ratione autem hæc

μονὴν ἔχειν ποιεῖ. Δέρκυ καρδ. αν πυρὶ φλεγομένην σήμονας ῥήσσειν σὺν ὄντας ἐν τῷ δώματι ποιεῖ. δρὸς θαλασσία ἀνθρώπους πάσης μανίας ἀγωγιμ. Τὸ αὐτὸ ποιεῖ καὶ αἰγὶς θαλάσσης. ταὐτὸν τῷ σίγλῳ ᾧ οἶκος κρεμάμενος. Κάμπας ἢ ἐν κήτει πλουτῶσιν, ἐὰν ἕτερος κήτους κάμπας εἰς ὕδωρ ἐψήσας ῥάψῃς τὸν κῆτον. ταῦρος ἀλισκεται, σκοτώματι ῥοδίνῳ σὺν μυκτῆρας ἐπιχριθείς. ἄγριος ἢ ταῦρος ἐτέρῳ χοινίκῳ δεθείς, θνήσκει ἢ παρ' αὐτὸ ὑδραργύρου εἰς τὰς αὐτοῦ ἐμφυσηθέντος. Κίονες θυμιώμενοι νυκτερίδες ἀποθνήσκουσιν. ὄφεις δὲ προσέρχονται ῥαντισθέντος δρακοντίου χυλοῦ. Γαγάτης λίθος θυμιώμενος, πᾶν ἑρπετὸν φυγαδεύει. Ἴβεως πτερὰ πᾶν ἑρπετὸν φυγαδεύει. Μύρμηκες ἢ ἐκ φωλεοῦ οὐκ ἐξέρχονται νυκτερίδος δὲ φωλεοῦ αὐτῶν καιομένης. Μύες φυγαδεύονται χαλκάνθου συνεχῶς θυμιωμένου. Κόρεις θνήσκουσι βδελλῶν θυμιωμένων. Φθεῖρες προβάτων θνήσκουσιν, εἰ χάλκανθον μετ' ὕδατος λειήνας, ῥάνῃς τοῦ γῆ, ἔνθα κοιμῶνται. Γυνὴ ἔγκυος ὄφιν οἱονδηποτὲν ὑπερβᾶσα ἐκπτρώσκει. ὠδυνήσης ἢ, ὠκυτόκιον γυναικί. ἑλμίνθας ἀνθρώπου ἐὰν κατακαύσῃς καὶ λειοβρίσῃς καὶ σμήσῃ αὐτὸς τὰ βλέφαρα καὶ τὰς ὀφρῦς καὶ παραθεὶς ἔσοπτρον ἐμβλέψῃ εἰς αὐτὸ, τὸ φάρμακον ἀκινδύνως ἐκπτρώσκει.

σκει. ὦ λόγῳ ἢ ταῦτα πέφυκεν αὐ-
τοπάθεσι πρὸς ἀκρίβειαν οὐκ ἄν τις
ἐκφράσει. καὶ παραδοξότερον δέ τι μαρ-
τυρήσομεν ἐκ τῆς προνοίας τῆς ἐν τοῖς
ἀλόγοις ζώοις, γλαὺξ οὐκ αὐ νοσσο-
ποιήσει ἑτέρας προλαβούσης τὸ δῶμα.
Εὐχρὴς ἵππος σκύβαλον ἑτέρου ἵππου
οὐκ αὖ προσινέγκοιτο. Γύπες ὄρεσιν
οὐκ ἀπονοσοποιήσονται ὀρθίοις κλάδοι-
σι βέποντες. Οὐ ταῦρος ἀκωλυτὶ
διοδεύει ἑτέροις καὶ ἀλλοφύλοις τό-
ποις. ἡ δάμαλις παύσεται οἰμώζουσα
τὸν ἴδιον μόχον βωμοῖς καλλιερηθέντα.
Γέρανοι σιγηπετόμενοι σημαίνουσι ὐδί-
αν. Ἡμίονος νάρκαν τευχόμενος θα-
λάσσιος κέντρον ὑπερβάσα. Πρόβα-
τα γῆν ὀρύσσοντα χειμῶνα σημαίνει,
τρόπον τινὰ πάντα σκάπτοντα εἰς ἀλεξη-
σιν ὄμβρων. Βόες γῆν ὀσφραινόμενοι
τὸν αὐλὸν ὄμβρον προσσῶνται. Σμύ-
ραινα νάρκαν νάρθηκι πληγεῖσα. Ἀν-
χμὸν ἢ ζημαίνουσι κόρακες ἢ κορώναι
κοινὴ φθεγγόμεναι.

hac antipathiis fiant non facile aliquis accurate dixerit. Sed & incredibiliora teſtaturi ſumus ex providentia quæ animalibus ratione carentibus ineſt. Noctua non nidificat ubi alia præoccupaverit domum. Equus generoſus fimo alterius equi non appropinquat. Vultures in montibus non retrorſum faciunt nidum, utpote rectis ramis proſpicientes. Taurus non ſine cunctatione peregrina & aliena loca perambulat. Vacca aſſidue gemere incipit ut nihil intermittat pro vitulo cum aris offertur. Grues (*ii*) quiete volantes ſerenitatem prænunciant. Mulus torpeſcit paſtinacæ (*kk*) aculeum ſupergrediens. Oves terram fodientes (*ll*) tempeſtatem denunciant. Pecora (*mm*) herbas defodientia imbrem indicant. Boves terram olfacientes (*nn*) etiam imbrem nunciant. Muræna torpeſcit (*oo*) ferula percuſſa. Siccitatem vero ſignificant corvi aut graculi aut cornices placide (*pp*) murmurantes.

NOTÆ.

NOTÆ.

(a) *Oppianum, poſt Euripidem, Pindarum & alios* γᾶαν μητέρα *ſæpiſſime vocare, notat vir eruditus Conr. Rittershuſius in Comment. ad Lib. I.* Κυνηγ. *v. 536. p. 46.* χθόνα παμμητέραν (*in marg. leg.* παμμήτορα) *terram omnium matrem, Oppianus Hal. I. 414. dixit, &* πολυμήτερα *verſ. 88. ejusdem libri, ubi ita canit:*

ἀ μὰν γὰ γαίης πολυμήτορος ἔλπομαι ἄλμῃ
Παυροτέρας ἀγέλας, ὅτ' ἔθνεα μείονα φέρβειν.
Non enim terra multorum-parente puto mare
Pauciores greges, neque genera minora paſcere.

Φίλαν θρέπτειραν, *Hal. V. 336. pulchris his verſibus:*

Γαῖα φίλη θρέπτειρα, σὺ μὲν τέκες ἠδ' ἐκόμισσας
Φορβῇ χερσαίῃ. κόλποις δ' ἐνὶ σοῖο θάνοιμι,
Ἦμαρ ὅτ' αἴσιμόν ἐστι τὸ μόρσιμον. - - -

Terra amica nutrix, tu quidem peperiſti atque educaſti (*me*)
Eſca terreſtri, ſinibus autem in tuis moriar,
Dies quando occurrit fatalis. - -

Rationem hujus cognominis reddit Plinius N. H. II. 65. Cui uni rerum naturæ partium, eximia propter merita, cognomen indidimus maternæ venerationis. Sic hominum illa, ut cœlum DEI: quæ nos naſcentes excipit, natos alit, ſemelque editos ſuſtinet ſemper: noviſſime complexa gremio jam à reliqua natura abdicatos, tum maxime ut mater operiens. *Lucretius lib. II.* quapropter merito maternum nomen adepta.

(b) Κάστωρ, ορος, *caſtor, Latine* fiber, ein Biber/ *Gall.* biéure *ou* caſtor. ἀμφίβιον *eſt. Gloſſ. Iſid.* Caſtorinum, Vebrinum. *Lege*, bebrinum *aut* fibrinum, *ut Thom. Munckerus not. ad Hygini Fab. 69. p. 119. emendat, nam analogia poſtulare videtur fibrinum à fiber, ut à caper caprinus: qui & apud Schol. Juvenal. ad Sat. XII. 34. pro bebrum, fibrum reponit. Sed non eſt neceſſe, cum & bever, beber & bebrus, caſtor ſit dictus. Vid. Clar. Græcii Not. ad Gloſſ. Iſidori, p. 14. ubi ex Schol. Juvenal ad Sat. II. 106. bebrinæ pelles, quæ alias dicuntur, caſtoreæ pelles, adducit.* Καστόριον, *Euſtath. Hexaem. p. 40. vocat,* ἔστι ζῶον καλάμῳον καστόριον, & *facilli-*

cillimis moribus ac manſuetis eſſe prædicat. Ælian. Anim. VI. 34. ὁ κάστωρ ἀμφίβιόν ἐστι ζῶον, καὶ μεθ' ἡμέραν μὲν τοῖς ποταμοῖς κατάδυς, ἁλιεύεται. νύκτωρ δὲ ἐπὶ τὴν γῆς ἀλᾶται. οἷς ἂν τυχὸν τύτοις τρέφεται. Fibro geminus in terris & in aqua victus eſt. Et die quidem fluviis abditus ætatem degit, nocte in terra vagatur: caſu & fortuito objectis veſcitur. *Sic tamen eſt amphibium, ut ſit potius aquaticum,* τὸ πλεῖστον ἐν ὕδασι, σὺν ἰχθύσι καὶ καρκίνοις, τρεφόμενον, *ut ſcribit Dioſcor. II. 26. p. 95.* plerumq; in aquis cum piſcibus & cancris veſcens. *Piſcis habet caudam, & pedes natatui potius quam inceſſui aptos, degitque in amnium oris, unde nomen derivant Varro & Feſtus Voc. fiber. nam veteres omne extremum fibrum vocabant. Aliter Salmaſius, quem vide ad Solin. c. 13. p. 131.* animal horrendi morſus, arbores juxta flumina ut ferro cædit, *inquit Plin. N. H. VIII. 30.* morſu potentiſſimum, *Solin. C. 13 p. 24.* Per univerſum Pontum fiber plurimus, quem alio vocabulo dicunt caſtorem. Lyteris ſimilis eſt, animal morſu potentiſſimum, adeo ut cum hominem invadit, conventum dentium non prius laxet, quam concrepuiſſe perſenſerit fracta oſſa. *Vide & Ariſtot. H. A. VIII. 5. in fine. Solertiam caſtoris in excidendis arboribus deſcribit Rittershuſius; ad Oppian. Hal. I. p. 196. teſtemque, qui ejus rei αὐτόπτης fuit, adducit. nempe, ſi vera ſunt quæ ipſe narravit, non continuo ictu cædit arbores caſtor; ſed quoties dentibus ſuis ictum inflixit arbori, toties ab eadem recedit, viſum annutet, ne forte opprimatur ejus ruina. Ubi nihil periculi eſſe videt, arbore adhuc firma, ictum iterat, morſuque tandem proſternit ut lente ſine periculo non properanter cadat. Quæ vero addit: ideo eum arbores cædere,* ut in aquis prolapſæ foliis & ramis limo obductis piſces alliciant, quas capiat ac devoret fiber. *Parum firma & valde dubia ac controverſa ſunt. Caſtorem in fluminum ripis, arbores & virgulta cædendo & mordendo, alimentum potius petere ut inde ſe paſcat, quam ut piſces alliciat, arbitror. Dioſcor. verba non ſonant id quod volunt Serapio, Marcellus & Cornarius, fibrum ex piſcibus & cancris victum quæritare, ſed eum una cum piſcibus & cancris vitam in aquis degere, ut recte vidit vir præclare doctus I. Ant. Sanctenus in Not ad Dioſcor. II. 26. p. 28. accedit, eodem teſte, experientia: ii ipſi qui domi fibros aluerunt, illos piſcibus minime veſci, ſed arborum tantum corticibus, ramis, foliis ac fructibus victitare obſervarunt. Non confundendus caſtor cum caſtoride, quod fecit Rittershuſ. not. ad Oppian. l. c. qui & verſ. 398. Lib. I. Hal.* Καστορίδες τ' ὀλοαὶ δυσπενθέες, *ſic vertit*: fibrique pernicioſi

&

& luctuoſi, *rectius ita vertend.* Caſtorides pernicioſæ & gravis luctus &c. ἡ καστορὶς. *animal eſt marinum*, ζῶον θαλάττιον, Ælian. *Anim. IX. 50 piſcis, non amphibium ut caſtor. hinc Tzetzes:* πάντες δὲ ἰχθύες ἄφωνοι. πλὴν σκάρου καὶ καστορίδος. Omnes autem piſces muti ſunt, exceptis ſcaro & caſtoride. *Vide Bochart. Hieroz. Part. I L. IV. C. 2. p. 1067 & ſeq. qui recte aliud animal eſſe caſtorem, aliud caſtoridem probat, fabuloſum eſſe ipſe exiſtimat.* Caſtor eſt, *inquit*, verum animal: caſtoris fabuloſum, ut quidem puto, cum animal in mari nullum noverim, in quod quadret hæc deſcriptio. *Sed hoc argumentum ad probandam non eſt ſatis firmum. Quam multa ſint nobis incognita, veteribus cognita & perſpecta, nemo facile dixerit. Caſtoridem non fabuloſum, ſed verum animal eſſe putem, at fictis fabulis & opinionum commentis nobis deſcriptum. Quod enim tradunt Oppian. L. c. & Ælian. IX. 50. diros caſtoridum rugitus audientibus eſſe ominoſos, & ut Tzetzes paucis id verbis exprimit:*

Rugit caſtoris, & quisquis illam audiverit,
ex miſera hac vita brevi excedit:

Non credibilis narratu, ſed ficta videtur eſſe fabula.

(t) *Caſtores ſe redimere ea parte corporis, propter quam maxime petuntur, præter Ælian: Anim. VI. 34. Juvenal: Sat: XII. 34. etiam alii affirmant. Horus II. 61.* καταδιωκόμενοι εἰς τὴν ἀγέραν τοῦ ἰδίους διδύμους ἀποσπᾶν ῥίπτει. *Unde Ægyptios tradit caſtorem pingere, cum hominem ſibi ipſi damnum inferentem adumbrare volunt. Euſtath. Hexaem. p. 40.* διωκόμενον δὲ ὅτι τοῦτο ὑπὸ τῶν θηρατῶν ἀποκόπτει αὐτὸ τὰ αἰδοῖα, καὶ ἐφίεται τοῦ διώκοντος. *Plin. N. H. VIII. 30.* Easdem partes ſibi ipſi Ponticiamputant fibri, periculo urgente, ob hoc ſe peti gnari: caſtoreumque id vocant medici. *Solin. C. 13.* Teſticuli ejus adpetuntur in uſum medelarum: idcirco cum urgeri ſe intelligit, ne captus prolit, ipſe geminos ſuos devorat. *Id quod cum noſtro auctore optime convenit, qui caſtores non tam ſe redimere ea amputatione, ſed invidia, ne capti proſint, partem illam maxime expetitam amputare, videtur innuere & in exemplum adducere. Rex Perſarum Sapor epiſtola ad Conſtantium data, apud Ammian. Marcellinum, XVII. 5. p. 179. idem indicat, quamvis caſtorem non nominet, ita ſcribens:* medelarum quoque artifices urere nonnunquum & ſecare, & partes corporum amputare, ut reliquis uti liceat integris: hocque beſtias facilitare; quæ cum advertant cur maximopere capiantur, illud propria ſponte amittunt,

ut vivere deinde poſſint impavidæ. *Ubi Valeſius in not.* caſtorem vult dicere. qui cum à venatoribus propter teſticulos maximè expetatur, eos ipſe ſibi abſcindit, & venatoribus projicit, ut narrat Scholiaſtes in Nicandri Theriaca & Cicero in Scauriana, Juvenalis, aliique. *Negat id verum eſſe Sextius, & qui eum ſequitur ipſe Plinius, N. H. XXXII. 3. p. 840 his verbis:* Spectabilis naturæ potentia in his quoque, quibus & in terris & in aqua victus eſt: ſicut & fibris, quos caſtores vocant, & caſtorea teſtes eorum. Amputari hos ab ipſis cum capiantur, negat Sextius diligentiſſimus medicinæ: quin imo parvos eſſe ſubſtrictosque & adhærentes ſpinæ, nec adimi ſine vita animalis poſſe. *Hinc patet, Plin. VIII. 30. p. 185. ut & pluribus aliis in locis, opinionem vulgi recitare, non aſſenſu approbare. Negat id quoq; Dioſcor. II. 26.* μάτην δ' ἱστοροῦνται ὅτι διωκόμενον τὸ ζῶον ἀποτέμνει σφᾶς διδύμους, καὶ ῥίπτει. ἀδύνατον γὰρ ἔστιν ἅψασθαι αὐτῶν ἀσφίκτων ὄντων ὥσπερ ὑός. *Fieri enim nequit ipſos ut attingat, quippe qui ſint, ut in ſue, ſubſtricti; parvi & adhærentes ſpinæ, unde revelli dentibus nulla ratione poſſunt. At habent caſtores, præter teſticulos, in inguine geminos folliculos membrana ſua contectos, quos caſtorium rectius appellari Sanctenus una cum Rondeletio affirmat & probat. Ex his humor pinguis exudat, quem caſtor ſæpe admoto ore lambere & exugere, & eo ipſo, corporis partes quas poteſt contingere, oblinere perhibetur. Hinc erroris anſa imperitis videtur data, à vulgo avide arrepta; & ſic pervagato ſermone ac monumentis utriusque Linguæ, vulgi error propagatus & poſteritati mandatus.*

(d) *De lapide aëtite Plin. X. 3.* Sed vis illa medica non niſi nido direptis. *Sextus Platonicus, de medicina ex animalibus, Part. 2. C. 23. de aquila, num. 2.* Lapis qui in ventre aut in nido ejus invenitur, qui ἀετὸς vocatur Grajis, cujusque vim & nomen etiam habet aëtites, prodeſſe prægnantibus, ut facile pariant, fertur. (quibus etiam phylacterium eſt.) *Hinc lapidem ventris aquilini Conſtantinus Africanus de animal: virtutib: natum lib. vocat, lapis, inquit, ventris ejus vel nidi ſi collo ſuſpenſus mulieris, hæc non concipit. Nomen ejus eſt aëtites.*

(e) *Phile de animalium proprietate, p. 76.*

Φῆρες δὴ πηρεῖ τὰς γονὰς ὑστερίσας,
εἰς τὸν καλιὰν αἰετὸς κρύψας λίθον,
ὃς ἢ χελιδὼν ἔσκιρτησε τὸν κόμον.

ἐὰν

ἐὰν ᾖ τ' ἐξάψῃ (*pro quo in marg. Libr. ſup. memoranti legi,* ἐξάψασα ᾖ ᾧ) τραχηλῳ τὸν λίθον,
κύφος γυνὴ, κερδανεῖ ζῶα, ϑ ϐρέφω.

In nidum aquila aëtite congeſto, ſuis
Avertit omnes noxias à liberis,
Sicut apii comis hirundo ſalubribus.
Quod ſi qua lapidem illum gravida collo gerat,
Vitam ſibi lucratur, atque fœtui.

(*f*) *Hæc loco eſſe mota, maleque hic inſerta, quivis videt, non enim cum præcedentibus & ſequentibus ullo modo conveniunt, ſed pertinent ad dioſemeia, de quibus in fine hujus fragmenti eſt ſermo. De bobus quæ hic dicuntur, tradunt & alii. Anitus,* Διοσημ. *vel Prognoſtic. p. 142. & 143. edit. Oxon. cum ſchol. Græc. verſ. 381. ſeq.*

Ἐκ ᾖ βοῶν ἐπύϑοντ' ἀρό ᾖ καὶ βυκόλοι ἄνδρες,
Κινυμῴῃ χειμῶνϕ. ἐπεὶ βόες ὁππότε χηλὰς
Γλώσσῃ ὑποτιμήσιο ποδὸς ϖείλιχμήσωνται,
Ἢ κοίτῳ πλαγίῃς ἢ δεξιτεράς τανύσωνται,
Ἀμβολίῃ ἀρότοιο χέρων ὀπιέλπετ' ἀροτρεύς.
Ἢ ὅτε μυκηθμοῖο βόες ϖερὶ ϖάλειοι ἀγέρωνται
Ἐρχόμεναι καθ' ὁμάνδε βόες βυλύσιον ὥρην,
Σκυθραὶ λειμῶνϕ ϖερὶ καὶ βυβοσίσιο,
Λυπκα τεκμαίρονται ἀχείμερον ἐμπλήσασθαι.

Quæ ſic eleganter Latine vertit vir illuſtris Hugo Grotius: p. 35.

Sæpe etiam inſtantem minitari dira procellam
Ruricolæ docuere boves, cum lingere tentant,
Poſteriora pedum glabris veſtigia linguis,
Aut dextrum in ſtabulo ponunt latus: hiſce magiſtris
Stivæ opus inceptum differt longævus arator.
Sæpe etiam inſolito mugitu paſcua complent,
Cum ſtabula, & notos repetunt armenta penates,
Floridaque invitæ linquentes prata juvencæ
Ante feras cupiunt ventrem ſaturaſſe procellas.

Ubi Scholiaſtes p. 143. ἐκ ᾖ βοῶν ἐπύϑοντο.) Καὶ ἀπὸ τ βοῶν, ϕησιν ᾖ) οἱ γεωργοὶ γνωρίζουσι χειμῶνα, ὅταν τὰς χηλὰς τ ἐμπροσθίων ποδῶν τῇ γλώσσῃ

γλώσσῃ ἐπιλείχωσιν, ἢ κὴ τὸν δεξιὸν μηρὸν ἀνακλίνωσιν. ἐπειδὴ δὲ ἐν τῇ ἀέρᾳ ὃ χειμῶν ψυχρὰ ἡ γῆ γίνεται, ὁ βοῦς ψυχομάχῳ τῷ θηλυτῷ ἐμπαθείαν, τῇ περιλιχμήσει πειρᾶται θερμαίνειν. ὃ δὲ ὀπιθία πόδος ὑ δύνατα τῇ γλώσσῃ ἐφικέσθαι. Φησὶν οὖν τοῦτο ἀέρᾳ χειμῶνος. Ἐπὶ δεξιτερᾶς) Τὸ δὲ Φυσικὸν σχῆμά ἐστιν αὐτῶν, τὰ ἀνώνυμα. προθερμαίνονται δὲ αὐτῶν οἱ βόες τὸ ἦπαρ, ἐν τοῖς δεξιοῖς τόποις καὶ μέρεσι κείμενον, ἔτω καταχειμάζοι. *Cum ſciant animalia, fore ut veniente tempeſtate non poſſint commode paſcere, dant operam ut tectum inveniant, & ſe ſeptis ſuis includant, id quod noſter de bobus imbrem prævidentibus tradit; additque eos in dextrum latus ſe projicientes tempeſtatem aëris commutatam præſagire; ἀέρα ἐν χειμῶνι videtur vocare quod in Geoponic. Lib. I. lemmate cap. 3 p. 5. προγνωστικὰ χειμερινῶν ἀέρων dicitur. χειμών, ῶνος, hiemem ſignificat, ut & turbulentam ac perfrigidam tempeſtatem, & quia turbidæ tempeſtati & imbres & venti ſolent eſſe conjuncti, interdum imbrem, interdum ventum, aliquando & utrumque denotat. Avienus Paraphraſtes Arati locum ſic παραφράζει, p. 124. circa finem:*

Bubus arator item trahit atræ ſigna procellæ,
Lambere ſi lingua prima hos veſtigia forte
Viderit, aut dextrum proſternere corpus in armum,
Vel ſi prolixis auras mugitibus implent,
Paſcua linquentes vix veſpere. - -

Conjungit & frigus & tempeſtatem, Verſ. 390. in Prognoſtic. p. 121. tempeſtas, gelidusque dies, & frigidus æther. & V. 518. indicium pluvialis frigoris dixit. Inſtante ergo tempeſtate, cum eam beſtiæ præſentiant, boves priores pedes lingua conantur calefacere, & cum alias ſoleant naturali ſitu in latas ſiniſtrum recumbere, tunc etiam in dextrum ſe projiciunt, ut & hoc calefaciant, & omnia peræque membra à frigore per ſe defendant. Imbrem illo ſitu boves præſagire, ſcribit Ælian. Anim. VII. 8. Οὗ ἂν βοῦς ἐὰν μέλλῃ ὕσειν ὁ Ζεύς, ὅτι τὸ ἰσχίον τὸ δεξιὸν καταχλίνουσι. ἐὰν δὲ ὐδία, πάλιν ἐπὶ τὸ λαιόν. & *Anatus Geopon. I. 3. p. 7.* καὶ βόες πρὸς μεσημβρίαν ὁρῶσαι, ἢ τὰς χηλὰς ἐπιλοχμώμεναι (*pro quo MSS. in not. ad Geopon. cit. habent,* ἐπιλαχόωμαι) καὶ μὴ μυκηθμῶν ἐπὶ τὴν ἕκτασίαν ἐρχόμεναι, ὄμβρον δηλοῦσι. *De quibus Plin. N. H. XI. 10. p. 494.* Tunc univerſæ provolant, ſi dies mitis futurus eſt. Prædivinant enim ventos

ventos imbresque, & ſe continent tectis. Itaque temperie cœli (& hoc inter præſcita habent) cum agmen ad opera proceſſit, *&c.*

(g) *Ἔνυδρον eſt aquaticum, quod in aquis degit & alimentum ex ipſis petit, aliud eſt πάρυδρον, aquas quod amat. Aves aquaticæ & fluviatiles ἔνυδροι, & πτάμιοι dicuntur, quia ex fluviis & aquis victum petunt, & in ipſis degunt, ut anates & aliæ, uti obſervat Salmaſ. in Solin. p. 316. col. 1. circa fin.*

(b) *Locus hic corruptus eſt & mutilus. Conjecturam afferre libet, ſi non veram & certam lectionem proponere licet. Conjectem corrigendo & transferendo hunc locum ſic eſſe legendum:* πᾶν ὃ ἔνυδρον εἰς μεσόγαιον φεύγων, οἷοι αἱ γέρανοι (*pro* αἳ φασιν) πῖσοι, (*quæ ipſiſſima ſunt verba Ariſt. H. A. VIII. 12. p. 557.*) ἐν αὐτῇ χειμῶνα καταγγέλλει. *Ariſtot. H. Anim. VIII. 10. p. 571.* εἰς ὕψος πέτονται πρὸς τὸ καθορᾶν τὰ πόρρω. καὶ ἐὰν ἴδωσι νέφη, καὶ χειμέρια, καταπάουσαι ἡσυχάζουσι. *grues alte volant ad proſpiciendum à longe. Nam ſi tempeſtatem & nubes viderint, in terram devolant, & quieſcunt. Aratus Prognoſt. Verſ. 299. ſeq. pag. 131. & 132. edit. Oxon.*

Οὐδ' ὑψοῦ γεράνων μακραὶ στίχες αὐτὰ κέλονται
Τείνονται τροφάδες ὃ παλιμπετὲς ἀπονέονται
Πρὸς Θρῄκην χειμῶνι. - - *quæ Avienus ſic interpretatur:*

p. 122. edit. Grot.

- - - Si Threiciæ per aperta
Sponte grues trepidant, nec ſeſe * audacius æthræ
Committant, pinnis ut longos ſæpe volatus
Formavere ſuper. - -- --
Mox tempeſtates, & nubila tetra cientur.

* In marg. Grot. aliam lectionem exhibet, quæ magis placet:

- - - Nec ſeſe audacibus æthræ
Committunt pinnis.

Scholiaſt. p. 132. hæc annotat: Φασὶν ὅτι τὰς γεράνους, ὄμβρων μελλόντων καταφέρεσθαι, ἢ μετεώρους αἴρεσθαι, ἀλλὰ κατ' ὀλίγας ἐμποδίζεσθαι πτήσεως. αὐτὴ γὰρ ἡ γέρανος, δυσανεμὲς ἔχει τὸ σῶμα, καὶ πρὸς τὰς τῶν ὡρῶν ὑπερβολὰς αὐτόχειρ ἡ δυσία. ὁ δὲ νοῦς, αἱ ὅταν γεράνων μακραὶ τάξεις τὰς αὐτὰς ἰδοὺς τείνωσι ἄ. (τοῦτο γὰρ λείπει ὁ ὀδίας σύμβολον.) ἀλλὰ ἀποτραφεῖσαι τὸ ὑγρὸν πνεῦμα, καὶ ἐξ ὑποτροφῆς πορεύονται, τὸ

αὐτὸ ζημεῖόν εἰζι. καὶ χέραιοι ἐων μὴ διαιρόωμαι εἰς ὕψος, μηδ' ἐπ' ἀθείας ποιέωμαι τὴν πῆζιν, ἀλλ' ὑποφέρωσι εἰς ὀθὺ τόπους, ὅθεν ἐκεῖ ἤλπαν, τὸ αὐτὸ ζημεῖόν ὅτι. *Horus, Hierogl. II. 93.* ſideralis ſcientiæ gnarum cum ſignificant, gruem volantem pingunt. ἐκεῖνος δὲ ὑψηλῶς πάνυ ἵπται, ἵνα θεάσηται τὰ νέφη, μὴ ἄρα χειμάζῃ, ἵνα ἐν ἡσυχίᾳ διαιθέρῃ. Illa enim alte admodum volat, ut nubes è proximo conſpiciat, neque tempeſtate agitetur, atque ita altam agat quietem. *Elianus Anim. VII. 7.* Ἀριστοτέλους ἀκούω λέγοντος ὅτι ἄρα χέραιοι ἐκ τῆς πελάγους εἰς τὴν γῆν πετόμεναι, χειμῶνος ἀπειλοῦντος ἰσχυρὰν ὑποζημαίνουσι τῷ σωιέντι. *Paulo poſt:* ὄρνιθες ἢ ἐκ τῆς πελάγους, εἰς τὴν γῆν σὺν ὁρμῇ πετόμενοι, μαρτύρονται χειμῶνα. *& in fine ejusdem cap.* πάλιν πτόρνιθες εἰ μὲν θαλάττιοι, καὶ οἱ λιμναῖοι ἐς τὴν γῆν πεσόντες, ὡς ἔσοιτο χειμὼν πολὺς σφόδρα ἀγνοοῦσιν. *Plin. N. H. XVIII. 35. p. 456. circa finem: Item mergi natesque, pennas roſtro purgantes, ventum: ceteraque aquatica aves concurſantes: grues in mediterranea feſtinantes.*

(i) *Hippomanes intelligit, quod Plinius, N.H. VIII. 42. p. 211. his verbis deſcribit:* Vixiſſe equum ſeptuaginta quinque annis proditur. In hoc genere gravida ſtans parit, præterque cæteras fœtum diligit. Et ſane equis amoris innaſci veneficium hippomanis appellatum, in fronte, caricæ magnitudine, colore nigro: quod ſtatim edito partu devorat fera, aut partum ad ubera non admittit. Si quis præreptum habeat, olfactu in rabiem id genus agitur. *Ita Harduin. diſtinxit, & hæc verba: ſi ſi quis præreptum habeat, ſequentibus annexuit, non præcedentibus, ut communiter Plinii editores, & ipſe Solinus Plinium tranſcribens, conjunxere; unaque periodo incluſit, Ariſtotelem ſecutus, qui H. A. VI. 22. p. 541. eodem modo hæc conjunxit, hoc ſi quis præveniens auferat, odore ejus ſolicitatæ equæ, ſurgit: atque ubi olfecit, furit.* ὅταν ἡ τίκτῃ ἵππος, τότε χόριον ἀθρόως καθίει, καὶ ἀφεθῇ δὲ πρῶτον, ὁ θηρεύει ὅτι δὲ μετὰ τοῦτον τὸν πρῶτον, ὁ καλεῖται ἱππομανές. ἔστι δὲ τὸ μέγεθος, ἐλάττον μικρὸν ἰσχάδος. τὸ δὲ ἰδέαν, πλατύ, σκληρὸς, μέλαν. Τοῦτο ἐάν τις φθῇ λαβὼν, καὶ ὀσφρήσωται ἡ ἵππος, ἐξίσταται καὶ μαίνεται πρὸς τὴν ὀσμήν. διὸ καὶ αἱ φαρμακίδες ζητοῦσι καὶ συλλέγουσιν. *Vide Harduini Emendat. ad Plin. T. II. p. 272. Veneſi ium vocat amoris Solin. C 45. p 53.* In quarum (*equarum*) partu amoris naſcitur veneficium; quod frontibus præferunt recens editi, furvo colore, cicatricis ſimile, hippomanes nominatum

quod

quod ſi præreptum ſtatim fuerit, nequaqam mater pullo ubera præbet felitanda. *De veneficio hippomanis agit & Plin N. H. XXVIII. p. 621.* tantas, *inquit*, in veneficio vires habet, ut affuſum æris mixturæ in effigiem equæ olympiæ admotos mares equos ad rabiem coitus agat. *Meminit & hujus veneficii Ælian. Anim. III. 17. ex aliorum opinione, qui volunt, equam ſtatim edito pullo caruncularn illam in fronte innatam devorare, hominibus invidentem, ne remedium vim magnam alliciendi ad amorem & libidinem quod habet, aſſequantur.*

Hippomanes hujusmodi recens à fronte nati pulli avulſum & adhuc calens, Ann. 1676. menſ. Febr. allatum accurate deſcribitur Miſcellan Medico-Phyſic. Curioſ. Ann. 8. Obſerv. 57. p. 96. ut citat Harduin. Not. ad Plin. L. c. quod Ariſtotelis, Pliniique ſententiam præclare explicat ac comprobat.

(k) *Muſcas ſolito majoribus auſis pungentes, tempeſtatem portendere, ex Anteo narratur in Geopon. l. 3. p. 7.* καὶ μυῖαι ὅτι πλέον δάκωσαι,

\- - - χειμῶνα ἐσόμενον δηλῶσι. *Arat. in Prognoſt. verſ. 242.*

\- - - - μηδ' εἴ κεν ἐπὶ πλέον ἠὲ πάροιθεν
Δάκνωσιν μυῖαι, καὶ ἐφ' αἵματος ἱμείρωνται.

Avienus, p. 121.

Cum parvæ defigunt ſpicula muſcæ,
Convenit inſtantes prænoſcere protinus imbres.

Ubi Schol. αἱ μυῖαι τοῖς ὑγροῖς ζφόδρα χαίρουσι, καὶ ἀεὶ τὰς ὑγρὰς οὐσίας ζητοῦσαι. ὅτι τῶν ὑγρῶν αἰσθάνονται χειμῶνος ἐσομένου, καὶ τὸ ζῶμα ὑγραίνεται, τότε μᾶλλον καθάπτονται & αἵματος ὑγραινομένου ἐκ & πλείονος. *Nempe quia eo tempore corpora humida ut ſint neceſſe eſt, muſcæ quia admodum humidis delectantur, vehementius mordent, utpote ſanguine magis delectatæ.* Τὸ χειμῶνος τὸν ἔφοδον, *Euſtath. Hexaem. p. 20. dixit, ſævitiam martis Allatius vertit, & ſic legend. h. l. vocemque* χειμῶνος, *quæ videtur excidiſſe, reſtituendam puto.*

(l) *Locum hunc eſſe mutilum & corruptum quivis qui legerit, perſpicere poterit, at afferre medelam & genuinam reſtituere lectionem, ſine melioris Codicis ope, difficile erit. Conjecturis magis quam dijudicatione uti par erit. Primo loco* Φρεῶν *legi non male convenit, eſt enim lapis quem alii* Βάτραχον *appellant, ita auctor Kiranid. p. 58. qui poſtquam dixerat:* Φρύγιον *herba eſt, quæ dicitur* Βατράχου *i. e. rana, mala planta. Species autem ut apium caninum: naſcitur autem in aquis, combuſtivæ virtutis exiſtens, Addit:*

addit: - - Φρωῦ lapis eſt, quidam dicunt Βάτραχον. *De ſecundo loco tres conjecturas apponere libet.* (1) *Ut legatur* ἐπὶ ῥινί *vel,* ἐπὶ τῇ ῥινὶ κέρας *ut loquitur Pauſan. V. 12. p. 404. noviſſ. edit.* οἱ δὲ Αἰθιοπικοὶ πῶροι τὸ κεραλα Φυάζιν ἐπὶ τῇ ῥινί. *Ut intelligatur Rhinocerotis cornu. Alio nomine lapis dicitur. Kimnid. p. 91. qui ei miram tribuit virtutem, ſic loquitur:* Ῥινόκερως animal eſt quadrupes, ſimile cervo, unum cornu habens magnum circa nares -- --- hujus cornu vel lapis, qui naſcitur in ejus naribus, geſtatus dæmonia ejicit *&c. Quamvis enim non deſint qui duo cornua ei tribuant, tamen ſunt & alii qui unum ſolum memomnt. Hinc recte Aldrovand. Quad. biſul. p 363. col. 1. exiſtimat quibusdam rhinocerotibus duo eſſe cornua, ſed non omnibus.* (2) ἐπὶ κεραυνῷ *ut reſtituatur, in fulmine, nempe qui fit vel naſcitur. Ceraunium Evax de gemmis appellat, & flammas ſpernere narrat.*

Nubibus illiſus cœlo cadit ille lapillus,
Cujus apud Græcos reſtat de fulmine nomen.

(3) *Ut vox* κέρας *retineatur, &* in cornibus *vertatur. Antiquis fuit perſuaſum, ſemina inter ſerendum cornua boum quæ contingant, ab igne conſumi non poſſe,* κερασβόλα *dicta. v. Geop. XV. I. p. 402. Plut. Sympoſ. VII. Queſt. 2. Cur ergo de lapide in cornibus animalium, bovis capiti, (forte & cornu) lapillum ineſſe, & de aliis quæ non? tradunt teſte Plinio, naſcente potuerint ſcribere, & vim extinguendi ignem ei tribuere, non video. Rectene an ſecus nunc non diſcutiam, ſed veterum opinionem ut eruam & clariorem reddam, eſt quod hæc ſcribam.*

(m) *Scorpium raphani attactu perire, tradit & Zoroaſter, Geopon. XV. I. p. 400.* σκορπίον ἀναιρεῖ ῥαφανίς, (ita pro ῥάφανος quod prius legebatur, reſtituit Needhamus ex L. 13. C. 9.) ἁπτεθεῖσα αὐτῷ. *Loc. cit p. 364. ex Diophane hæc narrantur,* εἰ δέ τις χυλῷ ῥαφανίδος ἐπιμελῶς τὰς χεῖρας τὰς ἑαυτοῦ χρίει, ἀφόβως καὶ ἀκινδύνως, σκορπίων καὶ τῶν λοιπῶν ἑρπετῶν ἐπιλήψεται. (pro ἐπιλήψεται quod prius hunc locum occupabat, idem reſtituit) αἱ γὰρ ῥαφανίδες σκορπίοις ἐπιθεῖσαι φθαρτικὸν ἀυτοῦ διαχέονται. *De herba thelyphono Theophraſtus Hiſt. Plant. IX 19. p. 192. & ex eo Ælian. Anim. IX. 27. narrat, eam admotam ſcorpionem occidere, aſperſu vero ellebori albi extinctum vitæ reſtitui poſſe* Τὸ δὲ θηλυφόνον, οἱ δὲ σκορπίον καλοῦσι, διὰ τὸ τὴν ῥίζαν ὁμοίως ἔχειν τῷ σκορπίῳ, ἐπιχυσμένου ἀποκτείνειν τὸν σκορπίον. ἐὰν δέ τις ἑλλεβόρῳ λευκῷ καθαπάξῃ, πάλιν ἀνίεσθαι φασίν.

(n)

(n) *Halcyones fœtificare bruma, qui dies halcyonides vocantur, placido mari per eos navigabili, Siculo maxime: Facere autem 7. ante brumam diebus nidos, & totidem ſequentibus parere, ſcribit Plin. N. H. X. 32. d. 423. Præivit Ariſtotel. H Anim. V. 8. p. 516. qui & Simonidis carmen in teſtimonium vocat.* ἡ δ' ἀλκυὼν, τίκτει περὶ τροπὰς χειμερινάς. διὸ καὶ καλὸν, ὅταν ἁλιεναὶ γλῶνες αἱ τροπαὶ, ἀλκυόνειοι ἡμέραι, ἑπτὰ μὲν πρὸ τροπῶν, ἑπτὰ δὲ μετὰ τροπάς. - - λέγει δὲ ἐν ἑπτὰ ἡμέραις πεποιῆσθαι τὴν νεοττιάν. ἐν δὲ τῇ λοιπαῖς ἑπτὰ ἡμέραις τίκτειν, καὶ ἐκτρέφειν τὰ νεόττια. *Additque: halcyonem circiter quinque parere ova. Vid. & Ælian. Anim. I. 36. De numero halcyonidum non convenire auctores, jam obſervatum à Bocharto & aliis: ſeptem alii numerant, quos non diſſidere ab iis qui halcyonia ex 14. diebus conſtare putant, forte non male dixeris. Nempe potuerint reſpicere ſeptem ſequentes, quibus parit, dies, non præcedentes, quibus nidum extruit, Ovidius id videtur feciſſe, Metamorph. L. XI. Fab. 10. v. 746. ſcribens:*

> Perque dies placidos hyberno tempore ſeptem
> Incubat Halcyone pendentibus æquore nidis.

De Hygino nollem id affirmare, Fab. 65. p. 113. edit. Munckeri, hæ aves, *inquit,* nidum, ova, pullos in mari ſeptem diebus faciunt hyberno tempore. Mare his diebus tranquillum eſt, quos dies nautæ alcyonia appellant.

(o) *Equos lupi veſtigium conculcantes torpeſcere; lupi talum currum & equorum gradum ſiſtere; Leonem ilicis, lupum vero ſcillæ foliis, obtorpeſcere, narrat uno eodemque ordine Ælian. Anim. I. 36.* εἰ δὲ ὑποῤῥίψαις ἀσπάλακι λύκου καὶ πετρώρυ ἴχνει, πόδε ὡς πεπηγὸς ἑστήξεται, τὸ ἵππων ὂν ἀσπάλακος πατησάντων. λέοντι δὲ φύλλοις πίνου τὸ ἴχνος ὑπερβάλλει, καὶ νάρκης πατῶν δὲ καὶ ὁ λύκος, εἰ καὶ μόνος, περιπελάσῃς πετήλοις σκίλλης. *Zoroaſt. Geop. XV. 1. p. 398.* λέοντα ὑπερβὰς πίνου πετάλοις νάρκης.

(p) *Quæ hic habentur, de ciconiis platani foliis veſpertiliones à ſuis nidis, ovis & nidis abigentibus: de ruta polypum immobilem reddente, ut de ſerpente arundine percuſſa, leguntur apud Ælian. Anim. I. 37. eadem ſerie non mutato ordine. Ubi & ſequitur, quod in hoc fragmento male ab b. l. translatum in fine inter dioſemeia collocatur:* καὶ μύραινα δὲ πληγεῖσα νάρθηκι εὐπαθὲς, ἡσυχάζει. εἰ δὲ πλεονάκις, εἰς ὕπνον ἐξάπτεται. *De Polypo Phile, p. 152.*

ἀψάμῳς ἂν ᾖ πηγάνῳ τὸ ἦθος
κινήσεως ἔρημον ὅλως ἀργέτω.

Idemque rutæ ſternitur contactibus,
Jacetque motionis expers illico.

Rutæ ramulos pluribus locis contra animalia inimica ſuſpendere jubet Palladius L. I. Tit. 24. p 525. edit. Commel. Rei Ruſticæ Auctorum.

(q) *De morbis arborum Plin. N. H. XVII. 24. p. 407.* Verum ut homini nervorum cruciatus, ſic & arbori, ac duobus æque modis. Aut enim in pedes, hoc eſt, radices, irrumpit vis morbi: aut in articulos, hoc eſt, cacuminum digitos, qui longiſſime à toto corpore exeunt. Inareſcunt ergo: & ſunt apud Græcos ſua nomina utrique vitio. Undique primo dolor, mox & macies earum partium fragilis, poſtremo tabes morsque non intrante ſucco, aut non perveniente: maximeque id fici ſentiunt. Caprificus omnibus immunis eſt, quæ adhuc diximus. *pag. 413.* Quædam vel ab ulcere tantum. Ficus hanc injuriam ſpernit, & omnia quæ reſinam gignunt. *De morbis qui ficus infeſtant, Vid. & Theophraſt. H. P. IV. 16. p. 97.*

(r) *Menſem Junium hic intelligi, certum eſt; & ex rei ruſticæ ſcriptoribus patet. Palladius Mart. tit. 10. de ficu, p. 580.* Menſe Junio, circa ſolſtitium caprificandæ ſunt arbores fici, id eſt, ſuſpendendi groſſi ex caprifico, lino, velut ſerra, pertuſi. Si hoc deſit, abrotani virga ſuſpenditur, aut callum, quod in ulmeis foliis invenitur, aut arietina cornua circa radices arboris obruuntur, vel truncus arboris, quo loco turget, ſcarificandus eſt, ut poſſit humor effluere. *Geoponic. III. 6. p. 80. Menſe Junio groſſos & caprificos in ficu ſuſpendemus.* τοῦτο τῷ μηνὶ ἐν Ἥρᾳ ζυκαῖς σὺν ὀλυνθοις, καὶ τὰ ἑξῆς κρεμάζομεν. *Notandum, τὸν Ἥρα, poni pro menſe à Junone nomen adepti; Junio, quo caprificatio peragenda; & quidem omiſſa voce μηνὶ, niſi quis eam exciderit hoc loco dixerit, & reſtituendam eſſe putaverit. Vel etiam ἡ Θεὸς dicatur de ipſa Luna.*

(s) Ὄλυνθος, *ὁ eſt ficus immatura, groſſus; pomum ſerotinum vel nuro vel nunquam matureſcens. Groſſos ergo, ne decidant fici fructus, ex caprifico decerptos & inter ſe colligatos fico injiciunt. Euſtath. Hexaem. p. 10.* τὸν ἢ ἡμέρᾳ συκῆς τὸν καρπὸν ἄρδυσιν οἱ γηπόνοι ὅτω φυλάττουσι. σὺν ὀλύνθοις τὸν ὀψίας συκῆς ἐκδύσαντες ἀπύρηνον ἀφαμμένην ὠμοῖς κοσμοῦσιν. *S. Baſil.*

S. Basil. Hom. V. in Hexaem. p. 65. οἱ μὲν τὰς ἀγρίας συκᾶς ὠφελοῦσι τῇ ἡμέροις, οἱ δὲ τοῦ ἐλαίου ἐκβήσαντες τὸ ἀκάρπων καὶ ἡμερῶν συκῶν τὴν ἀπονίαν ἰῶνται ῥέοντα ἤδη καὶ σκεδαννύμενον τὸ κάρπιμον τῆς ἐλαίου ἐπέχοντες. *Aristot. H. A. V. 32. agricolas ficis appendere caprifici ficus, & juxta easdem caprificos serere scribit, & cur id fiat, ibi exponit.* περιάπτουσι τὰ τρέφοντα τοῖς συκαῖς οἱ γεωργοὶ, καὶ φυτεύουσι πλησίον τῆς συκαῖς ἐρινεόν. *ante* θαλασσίαν *inserenda videtur vox non ignota qui de ficu agunt auctoribus, nempe* φυκίαν, *alga marina seu fucus marinus, v. Dioscor. III. 100 p. 283. Palladius Lib. IV. Mart. tit. 10. p. 580. postquam dixerat de ficu,* Aliqui inter ficarias caprifici arborem serunt, ut non sit necesse per singulas arbores pro remedio eadem poma suspendi. p. 581. *addit:* Si fructus suos velut ægra projiciet, vel cancrum fluvialem cum ramo rutæ suspendunt: vel algam marinam, vel fascem lupinorum, vel radici terebratæ cuneum figunt, vel securi arboris corium sæpe proscindunt. & p. 576. *de pomis,* algam marinam nonnullos obruere ad radices, si acida nascantur, *commemorat.* *De citreo* p. 578. Diligentiores & fimo bubulo adlinunt utrinque, quod summum est, vel marina alga vestiunt, vel argilla subacta, partis utriusque extrema cooperiunt, atque ita in pastinato loco deponunt.

(s) *Pro* μέλιτος *leg.* μίλτῳ *rubrica,* Μίλτος, ἡ *rubrica, minium. Plin. XXXIII. 7* miltum vocant Græci minium, quidam cinnabari. *præcedit: Jam enim Trojanis temporibus rubrica in honore erat, Homero teste.* Περὶ μίλτου Σινοπικῆς, *de rubra sinopica, Dioscor. V. 3.* & περὶ τεκτονικῆς, *cap. seq. Rubrica ficum ægram vult esse curandam Palad. IV. Mart. tit. 10. p. 582.* Si fructus suos velut ægra projiciet, alii rubrica, aut amurca insulsa mista aqua arborem liniunt. *Amurca, est sedimentum vel fœces olei, ut ex aliis notum. Plin. XVII. 27. p. 418.* Uberrimas autem ficus rubrica amurca diluta & cum fimo infusa radicibus frondere incipientium facit. --- In primis autem cavendum, ne ex remediis vitia fiant, quod evenit nimia aut intempestiva medicina, *nempe, ut L. 23. C. 7. ait:* novissimæ ficus salubriores, quam primæ, medicatæ vero nunquam. *& XVI. 27. (al 28.) p. 267.* Ficus sola ex omnium arborum fœtu maturitatis causa medicatur: jam quidem ex portentis, quoniam majora sunt pretia præposteris. Omnia autem celerius senescunt præfecunda. Quin & protinus moriuntur aliqua, cœlo omnem fecunditatem eblandi-

to:

to: quod maxime vitibus evenit. *Observat ergo Plin.* (1) *Ficum solam, sua ut pote ætate, maturitatis causa medicari.* (2) *Non medicatas esse salubriores medicatis, ut & novissimas primis.* (3) *Præfecundas celerius senescere, & earum radices longissimas, senectutem sentire ociissimam XVI. 31.* (*al. 32.*) *Atque in totum omnem curam fertilitatem adjicere, fertilitatem senectam.* (4) *Reliquis sub foliis pomum esse ut protegatur, excepta fico: cui, inquit, folium maximum umbrosissimumque, & ideo supra id pomum: ei demum series foliorum nascitur, quam pomum. XVI. 26.* (*al. 27.*) *Tom. 3. p. 265. Columella V. 10. p. 299.* Ac semper conveniet, simulatque folia agere cœperint ficus, rubricam amurca diluere, & cum stercore humano ad radicem infundere. Ea res efficit uberiorem fructum, & farctum fici pleniorem ac meliorem. *Democritus in Geopon. X. 48. p. 273.* Συκῆ ὅκ ἀποβάλλει τὸν καρπὸν ἐὰν συκάμινα λαβὼν χρίζῃς ταύτης τὸ στέλεχος. ὁμοίως ὅκ ἀποβάλλει, τὸν καρπὸν, ἐὰν τὰς ῥίζας αὐτῆ ἅλατι καὶ φυκίοις θαλαττίοις καταπλάζῃς, ἢ ἐν διχομηνίῳ σιλικῇ μίλτῳ τὰ πέρατα καταχρίζῃς, ἢ ἐλαίῳ θδς αὐτῆς περιάψῃς.

(*t*) *Ælian. Anim. I. 37. idem ex piscatorum relatu dicit, nempe polypum in terram progredi olivæ ramo in littore posito.*

(*u*) *Allium contra feras remedium esse non contemnendum juri gallinaceorum incoctum, scribit Plin. XXIV.* 4. Pantheræ leonesque non attingunt perunctos eo (*jure*) præcipue si & allium fuerit incoctum. *XX. 6. p. 22. de allio:* serpentes abigit, & scorpiones odore: atque ut aliqui tradidere, & bestiarum omnium ictibus medetur, potu vel cibo vel illitu, quin & suffitu.

(*x*) σύχνος, ὁ & ἡ, *ut & neutro genere* σύχνον *est solanum. Varia solani genera describit Ruellius de Nat. Stirp. III. 110. p. 613. & depingit Dodon. Stirp. Hist. Pempt. III. L. 4. c. 23. 27. 28.* inter solana, *inquit*, unum hortense est: velicarium, soporiferum, manicum. &c.

(*y*) *Plin. XI. 33. p. 532. Gignuntur autem* (pediculi) *& vestis genere, præcipue lanicio interemptarum à lupis ovium. Ælian. Anim. I. 38. tali veste indutum molestiam & mordacem pruritum pati affirmat.* λυκοσπάδα εἶν πῖξας καὶ ἱερυργήσας, καὶ χιτῶνα ἐργασάμενος, λυπεῖ τὸν ἡθημένον. ἐδαξησμὸν δὲ ἐργάζεται, ὡς λόγος. *Lanam ovis à lupo cæsæ vel maxime pediculos generare & Plutarch. observat & hanc quæstionem cur talis lana sit φθειρώδης, caro autem suavior, inquisitione sua non indignam judicat. Sympos. II. Quæst. 9. quæ rem miram & plane absurdam de Lycopolitis,*

L. de

L. de Iſide & Oſir. p. 677. T. I. commemorat: μοῖοι γὰρ ἐπ νιῶ Αἰγυπτίων Λυκοπολῖ) προβάτων ἐσθίουσι, ἐπεὶ καὶ λύκ@-, ὃν θεὸν νομίζουσιν. Soli omnium Ægyptiorum Lycopolitæ ovem edunt, quia & Lycos, *i.e. lupus*, quem iidem pro Deo habent. *Ægyptii præter Lycopolitas ovem & bovem venerabantur, unde & Hypſelitæ Hadriano Imper. ſuos nummos dedicantes in iis ovem quam venerantur exhibent, ut videre licet apud diligentiſſ. & eruditiſſimum I. Vaillant, in append. ad Hiſtor. Ptolemæorum pag. 217. Phile, p. 102.*

Χιτῶνα ᾗ λαβὼν ἐκ δορᾶς λύκοπαιδ@-
Οἰός τε, πρόβατε, μηδαμῶς ἐπενδύζῃς.
Ποιεῖ γὰρ ἄθυμος, κνησμονὴν τε καὶ φλέγμα,
Παλμοὺς ἀτρεμεῖς ἐμβαλὼν τῇ καρδίᾳ.

Ne paſtor illo ne induaris tegmine,
Exuta quod dat oviculæ pellis, lupus
Quam dentibus ſtrinxit: namque hæc pruriginem
Cordisque palpitationes excitat.

Additque & de lapide à cane demorſo, quæ noſter de capreæ corde ignibus uſto domi ſuſpenſo tradit, nempe lites & contentiones eum excitare vino injectum:

Οἴνῳ ᾗ κυνόδηκτόν τις ἐγκρύψας λίθον,
Στάσιν, πιηρὸν ἐξεγείρει πᾶσι φίλοις.

Quod ſi lapillum quem canis præmorderit,
Vino ingeras, mox concitabis prælia.

Ælianum ſecutus qui idem loc. cit. dixit: Ἔριν ᾗ, εἴ τις καὶ φάσιν ἐθέλοι ἐν τῷ σωδείπνῳ ἐρεσπιάζειν, δηχθέντα τοῦ κυνὸς λίθον ἐμβαλὼν τῷ οἴνῳ, λυπεῖ σὺν ζυμπότας ἐκμανίαν.

(aa) *De ſtella marina, piſce, Plin. IX. 60. ubi claros ſapientia auctores mirari ſtellam in mari, affirmat.* Ea figura eſt parva admodum caro intus, extra duriore callo. Huic tam igneum fervorem eſſe tradunt, ut omnia in mari contactu adurat: omnem cibum ſtatim peragat. *& L. XXXII. 4. al. 5.* Mala medicamenta inferri negant poſſe, aut certe nocere, ſtella marina vulpino ſanguine illita, & affixa limini ſuperiori, aut clavo æreo januæ.

(bb) *Erucæ, notum & hortis dirum animal,* Raupen, *aliæ frondem, aliæ erodunt florem, &, ut Plin. verbis, XVII. 24. utar.* depaſtam arborem turpi facie relinquunt. Naſcitur hoc malum tempore humido & lento. Fit aliud ex eodem, ſi ſol acrior inuſſit ipſum vitium, ideoque mutavit. *Quæ ex Theophraſt. H. Pl. III. 16. p. 98. deſumta: αἱ μὲν, τὰ φύλλα, αἱ δὲ (κάμπαι) τὰ ἄνθη, ἕτεραι τῷ γένει. καὶ ψιλοῦσι τὰ δένδρα. γίνονται δέ, ὅταν ἡ νότια καὶ τὰ ἀδύνατα. ἐὰν δὲ ἐπιλάβῃ καύματος, ῥήγνυσι.* *Contra erucas varia extant remedia tam veterum, quam recentiorum ſcriptis celebrata, inter quæ utramque complet paginam portentoſum illud & dictu prudendum, multorum, ut fertur, experientia tamen approbatum, à Plinio XVII. 28. paucis his verbis enunciatum remedium:* Privatim autem contra erucas, ambiri arbores ſingulas à muliere incitati menſis, nudis pedibus recincta (*jubent.*) *Ab Apuleio in Geopon. XII. 8. p. 329. Columella, L. 10. in Hortulo ſuo, p. 412. & ſub finem Lib. XI. p. 446. ex libro Democriti* περὶ ἀνθρωπαθῶν, *copioſius deſcriptum. Memorat & inter alia Palladius, lib. I. p. 531. tit. 35. de remediis horti vel agri, & his quod hic legitur adjungit remedium:* Contra erucas, ſemina quæ ſpargenda ſunt, ſempervivæ ſucco madefiant, vel erucarum ſanguine. - - Campas fertur evincere, qui faſciculos allii ſine capitibus per horti omne ſpatium comburens, nidorem locis pluribus excitarit. Si contra easdem vitibus voluerimus conſulere, allio trito falces putatoriæ feruntur ungendæ. Naſci quoque prohibentur, ſi circa arborum vel vitium crura bitumen & ſulfur incendas: vel ſi ablatas de horto vicino campas excoquas aqua, & per horti tui ſpatia univerſa diffundas. *Apulejus in Geopon. L. cit. aquam cum anetho & erucis coctam & refrigeratam ut remedium erucas perdens affert, & ea olera irrorare jubet.* εἰ δὲ καὶ ἐπέχουσι κάμπας λαβών, καὶ ἐν ὕδατι ἑψήσας σὺν ἀνήθῳ, καὶ ψύξας περιῤῥάνης τοῖς λαχάνοις, ὀλέσεις τὰς θλᾶς κάμπας. *Vide & Enciſci Redi Librum de generatione inſectorum pag. 176. ſeqq. de generatione & mutatione erucarum varia exhibentem experimenta, inter alia & hæc notatu digna afferentem pag. 193.* Sæpius obſervavi in foliis ramisque braſſicæ & vicinarum herbarum à papilionibus magnam ovorum copiam depoſitam eſſe, ex quibus poſtea erucæ, & ex erucis chryſalides ac tandem ex chryſalidibus papiliones naſcuntur.

(cc)

(cc) *Geopon. XVI. I. in fine:* Ταύρει δὲ μυκτῆρας ῥοδίνῳ χριθέντες σκοτῶν. *Tauri, naribus ipſorum roſaceo illitis, tenebris offuſis vertigine afficiuntur. Græcum nomen retinet Plin. XIII. I. p. 58.* ſed divulgata maxime unguenta crediderim roſæ, quæ plurima utique gignitur. Itaque ſimpliciſſima rhodini mixtura diu fuit. *& XV. 7. p. 178. rhodinum è roſis. L'huile roſat,* Roſen Oel.

(dd) ἔρινος, *caprificus, figuier ſauvage,* ein wilder Feigenbaum / *ejus fructus vocatur* ἔρινον, *Athen. III. p. 76.* Caprificus è ſilveſtri genere ficus nunquam matureſcens, ſed quod ipſa non habet, aliis tribuens. *Plin. XV. 19. & alibi: XXIII. 7.* Caprificus, *inquit*, tauros quamlibet feros collo eorum circumdata, in tantum mirabili natura compeſcit, ut immobiles præſtet. *Quæ ratione caprifico ita boves edomentur, ut prope immobiles conſiſtant, Cœlius Calcagninus Epiſtolic. Quæſt. II. Epiſt. 15. p. 66. diligenti indagine explorat, cujusque, utpote viri elegantis ingenii verba non injucunda apponere placet:* Res perquiſita etiam à Plutarcho in libro τῶν συμποσιακῶν, ſed injuria temporum deſiderata. Numquid vero id vi illa propria atque inſita caprifico evenit, quam Græci ναρκοπικὸν, i. e. torporem ſegnitiemque invehentem vocant, qua & echineis & torpedo inter piſces pollet? nam & caprifici cinere, cui ſeptica & ſmectica poteſtas ineſt, i.e. quæ detergere poſſit & erodere, medici pro ſpodio utuntur. An vero odore acri & ſtyptico id contingit, qui vim ferocientis tauri opprimat, compeſcatque, & quaſi obſtupefaciat? nam inter ea quæ ſolent maxime naturam proſternere, odor cenſetur. - - An profecto id magis accidit obinſuetudinem, & inertiam ponderis? eſt enim caprificus non adeo multæ ſarcinæ: quare ex eo clypei militares faciles admodum & commodi geſtati fiunt: licet alia cauſa potior, quod accepto ictu lignum id ſtatim coaleſcat & plagam contrahat. Eo itaque taurus oppreſſus novitatem levitatis admirans conſiſtit: & qui majori ſarcinæ obluctaretur, ad minimam immobilis manet. *Ad ficum ſimpliciter refert Plutarch. Sympoſ. II. Quæſt. 7. p. 1138.* ἄγρι δὲ τοῦ ἀπὸ τρυμεῖ καὶ πραύνεται συκῆ πεπεδημένος. *& VI. Sympos. Quæſt. 10. pag. 1239. ubi inquirit cur carnes maſtatæ ſi de ficu ſuſpendantur, mox tenereſcant;* καὶ τὸ περὶ τὸν ταύρων λεχθὲν ὡς ἄρα ζυγὴ πεπεδημένος ὁ χαλεπώτατος, ἡσυχίας ἄγαν καὶ ψάυσεως ἀνέχεται, καὶ ὅλως ἀφίησι τὸν θυμὸν, ὥσπερ ἀπομαραινόμενον. τοῦ δὲ πλείστην αἰτίαν καὶ δυνα-

μιν ἡ θριμύτης εἶχε. *V. & Aldrovand. Quadrup. Biſulcor. Hiſt. L. I. p. 40. edit. Franc.*

(ee) *Zoroaſt. Geopon. XVII.* χαράτης λίθος θυμιωμένη τὰ ἑρπετὰ διώκει. *Orpheus de lapidibus, p. 20.* σὺ δ' ἢ κίσσηρις ἐλαύνων ἑρπετὰ τέρψει. *te vero fumo reptilia fugans, delectabit.*

(ff) *Berytius in Geop. XIII. 12. p. 369.* εἰ δ' ἢ διῶξαι αὐτὰς βούλει καλλάκανθον θυμίασον. *Si muſcas abigere ſit animus, chalcanthum ſuffumigato. chalcanthum eſt vitriolum,* Vitriol *atramentum ſutorium viride. Plin. XXXIV. 12.*

(gg) Βδέλλα, (1) *arbor, quæ &* Βδέλλιον *Dioſcor. I, 80. bdellium dicitur, nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici naturaque:* (2) *gummi ex arbore bdellio quod manet, eſtque duplex: Bactrianum, quod benivinum officinarum, benioio ſive benzoin, odore jucundo gratum, ſunt qui interpretantur, eſtque vel nigrum vel ſubalbidum quod præſtantiſſimum: aliud à Bactriano diverſum, à Dioſcor. deſcriptum, quod gummi animæ eſſe à Luſitanis quod appellatur & in officinis proſtat, ſunt qui affirmant. V. Harduin. ad Plin. XII. 9. T. III p. 16.* (3) Βδέλλα *hirudo, ſanguiſuga eſt, & hanc ſignificationem h. l. obtinere certum eſt. Pallad. L. I. tit. 35. pag. 531. Extinguntur cimices amurca & felle bubulo, lectis aut locis perunctis, vel foliis ederæ tritis ex oleo, vel incenſis ſanguiſugis. Didymus in Geopon. XIII 14. p. 370. Florentinum teſtem adducit, cimices ſuffitu hirudinum necari, & vice verſa hirudines interfici cimicum ſuffitu.* κόρεις ὑποθυμιῶμεν βδέλλας αἰωρεῖν, βδέλλας δὲ τὰς κόρεις. *V. & C. 17 p. 373.*

(hh) Φθεῖρες προβάτων, Schaf-Läuſe. *Recte ut omnem ambiguitatem & cavillandi occaſionem excludat. Oves pediculis laborare certum eſt, & ſæpe hoc malo & his noxiis animalibus ſcatere ex paſtorum narratione conſtat. Hinc Didymus in Geopon. XVIII. 16. p. 457.* ἐὰν φθεῖρας ἡ κρότωνας ἔχῃ, σφενδάμνου ῥίζας κοπίσας, καὶ ὕδατι συνεμβληθέντι ἑψήσας, καὶ ἐπειδὰν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἕως τῆς ῥαχέως τὸ ἔριον ἀναξάνῃς, ἐγχυτίσας τοῦτο χλιαρὸν, μέχρις ἂν ὅλου τοῦ σώματος διέλθῃ. *Si pediculos aut ricinos habeant oves, radices ſphendamni, i. e. aceris contundantur, & aqua addita coquantur: & poſtquam à capite usque ad extremam ſpinæ partem, lanam totonderis, aqua illa tepida infundatur, donec penetret univerſum corpus. Ulyſſes Aldrovandus vir fide digniſſimus, ego, inquit, à paſtoribus Alpigenis non ſemel intellexi ſe ovium pediculos albo detergere helleboro: L. I. d. Quadrup. biſulcis, p. 182. ubi de ovium morbis eorumque cura.*

curatione tradit. Plin. N. H. XI. 33. id omnino non negat, ſed pilos habentium aſinum tantum immunem hoc malo credere, & quasdam nempe oves pronunciat: & quid ſi errore proprio non aliorum qui præiverint id ſtatuiſſet, nonne propterea fabuloſis hiſtoriis annumerandum eſſet? Variis in rebus rectene an ſecus ſentiant homines, ſtatuere haud proclive eſt, at in tali re ubi accurata indago facilis, & αὐτοψία non difficilis, paſtores & oves alentes interrogare licet, ſi oves ipſas inſpicere non libet; Plinium aut Ariſt. errantem ſequi non decet. Lectionem Plinii cum Dalechamp. non eſſe ſollicitandum, ſed ut falſam opinionem continentem rejiciendam, arbitror. Ariſtot. H. A V. 31. boves & pediculis & ricinis infeſtari, oves vero ricinis ſolum affirmat: οἱ μὲν βόες ἔχουσιν ἄμφω. τὰ δὲ πρόβατα καὶ αἶγες κρότωνας, φθεῖρας δ' οὐκ ἔχουσι. Vid. Vlitium ad Nemeſiani Cyneg. p. 388. Plinium ex ingenio emendantem & de ricinis differentem. Ricini nihil aliud, *inquit*, quam pediculi pecuarii, aut vermes ſaltem ſunt. *citatq; ex Gloſſis*: Ricinus κρότων, & φθεὶρ. *Item*, φθεὶρ, ἤγουν κρότων, ricinus. Φθειρίᾳ, ἐπὶ ἀλόγων ζώων, ricinoſus. *Si ergo κρότων pediculus eſt pecuarius, Ariſtotelis diſtinctio nulla, ſi non eſt, ſed aliquid plane diverſum, falſa. Vide & Clar. Vir. Franciſcum Redi in Libelli de generat inſector. p. 205.*

(ii) *Idem Albertus Magnus his verbis tradit*: Si ſerpens ſuperoccurrit prægnanti, abortit, & ſi occurrit ei dum parit, accelerat partum. *Mulierem ſi amphisbænam tranſcenderit, Galen. de ther. dixit abortum facere, Plin. viperam. XXX. p. 764.* Viperam mulier prægnans ſi tranſcenderit, abortum faciet: item amphisbænam, mortuam duntaxat. Nam vivam habentes in pyxide, impune tranſeunt; etiam ſi mortua ſit; atque aſſervata partus faciles præſtat vel mortua. Mirum, ſi non aſſervatam tranſcenderit gravida, innoxiam fieri, ſi protinus tranſcendat aſſervatam. *Sed hæc diſtinctio non tantum mira ſed & abſurda videtur ac putida: rectius noſter varia diſtinguens prægnationis & partus tempora, prægnanti abortum, parturienti accelerare partum affirmat, nempe ideo quia partum acceleret, & abortus facere & celeres partus efficere, diverſo & diſtincto tempore, recte dicitur. Ita de cyclamini (panis porcinus alias vocatur, Erd-Aepffel/ Sau-Brodt) radice, de qua Plin. XXV. 9. tradit, ſi prægnans eam tranſcenderit, abortum fieri: at Theophraſt. H. Pl. IX. 10. ad accelerandum partum utilem eſſe alligatam affirmat. ἀγαθὴ δὲ πρὸς τίκτειν καὶ εἰς ὠκυτόκιον περιάπτειν, καὶ εἰς φίλτρα. Plin. XXVII. 12.* Prægnans ſi edat eam (*onoſma*, *i. anchuſam degenerem, ut cenſet Harduin. in not.*) aut ſupergrediatur:

tur: abortum facere dicitur. *Idem & Dioscor. III. 147. de eadem herba tradit:* Φασὶ δὲ ὅτι καὶ ἔγκυος ὑποτρόφη τιλὼ πᾶν, ἐκτιτρώσκει. *L. XXV. III. Plin.* Carnes, *inquit*, lupi ediſſe parituris prodeſt: aut ſi incipientibus parturire ſit juxta qui ederit. *Et paulo poſt p. 646. ungulas aſininas partum quidem evocare, ſed & ſimul necare tradit.* Ungulæ aſininæ, *inquit*, ſuffitæ partum maturant, ut vel abortus evocetur: nec aliter adhibentur, quoniam viventem partum necant.

(kk) *Ælian. Anim. VII. 7. grues quiete volantes ſerenitatem & tranquillitatem præſagire ſcribit:* πεπύσθαι δὲ ἄρα ἡσυχῇ ὑποιχνεῖν ὀλιγοψίας λιτὰς, καὶ εἰρωνίαν αἴρειν. *Aratus Dioſem. de gruibus hæc tradit, v. 345. ſeqq. edit. Oxon. p. 138. Grotio interprete: p. 34.*

Namque grues venturæ imitantur tempora brumæ:
Si ſubito veniunt, denſisque per aëra turmis
Immitis feſtinat hyems, ſi tardius illæ
Agmine non uno, non uno tempore tendunt,
Lenis hyems ſerum veniens ſata ſera juvabit.

Nempe quia ſunt impatientes frigoris, ſi ſentiant hiemem inſtare aſperam, magno conatu gravibusque turmis aufugiunt: ſi tardam aut levem fore præſentiant, tarde quoque & parvis turmis migrant. Plin. N. H. XXIIX. 35. Grues ſilentio per ſublime volantes, ſerenitatem (præſagiunt) ſic noctua in imbre garrula: at ſereno tempeſtatem. *Vide & Aldrovand. Ornithol. T. 3. L. XX. p. 345. qui grues turbulenter vociferantes, & turbato ordine volantes tempeſtatis atrocis minas ſignificare notat.*

(ll) Τρυγὼν & *turturem avem & piſcem qui paſtinaca dicitur ſignificat,* τρυγόνες *paſtinacæ apud Ariſtot. H. A. V. 3. hinc recte noſter ut & Parthenius Erot.* ἀκάνθῃ θαλασσίας τρυγόνος, *itemque Dioſcor. Theriac. C. 24. pag. 435.* θαλασσίας *diſtinctionis gratia addunt. Quamvis reipſa inter hanc avem & piſcem ingens interſit diſcrimen, tamen ambiguum vocabulum eruditum Hori interpretem in errorem induxit, ut turturem pro paſtinaca ingereret, & avem loco piſcis in Verſ. Lat. reponeret. Ambiguitas vocum, cui accedunt & alia in veterum ſcriptis quæ difficultatem pariunt & obſcuritatem, facit, ut interdum in Græcorum interpretatione tota via errent & miſere impingant homines docti & non vulgariter eruditi. Iudicandæ*

ſunt

ſunt, occaſione data, eruditorum virorum errata, ſed non aceto abluenda aut contumelia vindicanda. Male ergo agunt & ſibi ut & rei litterariæ peſſime conſulunt vitio ſuo creati conſores, qui ob voculæ Græcæ aut Latinæ non rectam interpretationem litem intendunt, voces acerbas viris de Rep. Litter. bene merentibus intentant, minantur, eos contumelioſe exagitant & inſectantur. Ego neminem nomino, nominibus viventium parcens, eorumque injuriis ac maledictis paſſim obviis & toties repetitis onerare ac fœdare chartam nolo; improbitatem & maledicendi conſuetudinem tantum illis exprobro, & ut ſibi parcant, & Reip. Litterariæ conſulant hæc ſcribo. Talis ſcribendi turpitudo & alios contemptim dejiciendi conſuetudo ipſis litteris magnum adfert contemtum, ita ut in ore & ſermone fere omnium ſit, litterarum ac honeſtarum artium ſtudia potius eſſe negligenda quam colenda, contemptusque earum ubique creſcat. Neque deſunt qui in culpam convertunt ipſas Muſas, quaſi ad inſaniam & furorem ſuos adigerent cultores. Vulgus enim, quod hominum proprie eſt, in ipſam rem transferre, ac vitia litteratorum ipſis litteris ac litterarum ſtudiis ſolet tribuere. Præterea abſterrent viros eruditos à ſcribendo & utilia in publicum proferendo, qui non obſcure indicant præclare ſecum actum ſi latendo & non ſcribendo gloriæ fructu careant, ut ne malevolorum & obtrectatorum aculeos ſentiant. Iniqui in ſe, dum quod pati nolunt, aliis faciunt. Nemo enim, niſi plane inſanus ſit & cum ratione inſanire velit, contumeliis delectatur, & ut ob phraſin aut voculam aliquam non ſatis bene intellectam conviciis proſcindatur operoſe & vulgo riſui exponatur, libenter audit. Aliis ergo id facere non deberet. Neq; ea ratione ſibimet conſulunt malevoli illi cenſores, qui omnem eruditionis laudem in vituperandis aliis poſitam eſſe putant; ſuam eo modo non invenient, quamvis alienam obſcurent. Non obtrectatione alienæ ſcientiæ & diligentiæ, ſed demonſtratione ſolidæ eruditionis, & approbatione virorum vere eruditorum, gravium ac honeſtorum, fama acquiritur æterna & laus non moritura. Runuſculos imperitorum hominum ac ſtudia vulgi, inanis ac iniquus iudex qui ſoleat eſſe dignitatis, forſan acquiſituri ſunt, nam maledicentia & conviciis delectatur, veræ eruditionis ac probitatis laudem, niſi apud ſui ſimiles, nunquam conſecuturi. Neque idcirco ſunt eruditi quod errores aliorum in ſcriptis inveniant, & interpretationes non recte factas videant, hoc enim & minus docti & non plane eruditi interdum perſpiciunt: ſed ſunt maledici, quod errata ut vulnera exacerbent, & ſæpe invidiæ, ubi non ſunt, quærant, & ubi non apparent, inveniant. At ſint eruditi, vivi nomenclatores, & omni-

um

um vocabulorum periti, in interpretando ita felices ac elegantes atque omnis labis ſecuri, ut nullus error aut obſcuritas in ipſorum libris inveniatur: niſi accedat probitas & humanitas, nullum ſtudiorum fructum, niſi inanem & in proprium contemtum vergentem eos reportaturos certum eſt. Etſi enim prudentia è libris hauriri non poteſt, librorum tamen pervolutatio ad vitam probe & prudenter inſtituendam & formandam ducere debet, ut caveamus, quantum efficere poſſumus, ne quid in nobis inſigne vitium fuiſſe dici queat, alias omnis eruditio omnisque ſcientiæ ſtudium nihil nobis prodeſt. Sine exceptione enim laudari non poteſt, præclare eruditus, at inſigniter iracundus & vitioſus: neque enim eruditorum convitia deſinent eſſe vitia, ſed ſunt turpiora. Hi enim, *ut recte Lactantius Inſtit. L. I. C. 21 p. 80. ſermocinatur,* potius ſcelerati ſunt habendi, qui, cum liberalium diſciplinarum ſtudiis expoliti, ab humanitate deſciſcunt, quam qui rudes & imperiti ad mala facinora bonorum ignoratione labuntur. *Faciliter iraſci levis animi eſſe ac infimi, negari non poteſt, etiamſi improbitas perverſitasque hominum nos commoveat, ac nobis præter opinionem accidat: ſic animo incitari, ut ab omnibus noſtra deſideretur humanitas, inſignis eſt turpitudo & inhumanitas, quas vehementiores animi concitationes, ſi maledicta & contumeliæ, quæ abhorrent à litteris & ab humanitate abſunt, ſequantur, ſumma eſt acerbitas. At nihil tam deforme, ut recte Romanus ille orator pronunciavit, quam ad ſummum imperium, adde, & ſummam eruditionem, acerbitatem naturæ adjungere: nihil tam pulchrum, tam optandum, quam cæteris virtutibus moderationem animi addere, ac in oculis ac auribus hominum ponere. Turpiſſime igitur agunt & acerbitatem animi ſui produnt, qui viros de Rep. Litteraria bene merentes ob errorem in interpretatione commiſſum acerbe exagitant & contumelioſis verbis onerant. Rectius agerent, ſi omnem operam ad hoc adhiberent, ut furorem animi extinguerent, & maledicendi conſuetudinem dediſcerent, & ſic adſcribendum erudite & moderate ſine ulla in quenquam contumelia ſe accingerent. Si velint probi eſſe, meditentur reſiſtendum iracundiæ, quæ ut & furor mentem præcipitant; cum jam maxime animum moveat, tum diligentiſſime linguam eſſe continendam, non ad pugnam erumpendam. Summum igitur ſtudium ſit ad animi tranquillitatem obtinendam, moderari animo & orationi, cum ſis iratus tacere, non aculeatis dictis ac atrocibus maledictis iracundiam promovere, errores aliorum ſi qui ſint, modeſte indicare, non fingere aut acerbe exaggerare. Extincta iracundia & acerbitate animi evulſa, bello Grammaticali*

matical ſponte deſiſtent, ſibi ipſis ſilentium imponent, & aliis immerito ſuccenſere & injurias imponere deſinent.

(mm) *Ælian. Anim. VII. 8.* Πρόβατα ἢ ὀρύττοντα τὴν ὀπλὰς τῷ γλῷ. ἔοικε σημαίνειν χειμῶνα. *Aratus in Prognoſt. v. 350. ſeq. edit. Oxon. p. 138.*

Εἰ ἢ βόες καὶ μῆλα μὴ βέλτιον ὀπώρῃ.
Γαῖαν ὀρύσσουσιν, κεφαλὰς ἢ αὐέρι βορῆι
Αἰπὺα πίνουσιν, μάλα κεν τότε χείματον αὖτις
Πληϊάδες χειμῶνα καταρχόμεναι φορέσιεν.

Que ita reddit Grotius:

Si gravido autumno pecudes & bucera ſecla,
Effodient pedibus glebas, obnixaque vento
Suſtentant capita, horrendis furibunda procellis
Surget hyems, noſtros fugiet cum lucida viſus
Pleias, & miſeros vexabit bruma colonos.

Nempe ob craſſum aërem quia calor naturalis incluſus deorſum vergit, pedes jactant, terramque fodiunt. Scholiaſtis verba hic ſunt transſcribenda: Εἰ ἢ οἱ βόες καὶ τὰ μῆλα, ἤγουν τὰ τετράποδα ἐν τῇ παχυμερῆ καὶ φθινοπώρῳ τῷ γλῷ τῆς ποσὶ ὀρύσσουσι, τὰς ἢ κεφαλὰς πρὸς βορέαν αὐλιπίνουσι, χειμὼν χιόνος καὶ μέγας καὶ τῶν Πλειάδων δύσις. ἐὰν ἢ μᾶλλον ὀρύττωσι, μείζονα δεῖ τὸν χειμῶνα προσδέχεσθαι, καὶ ἀσύμφορον φυτοῖς τε καὶ σπορίμῳ καρπῷ. ---- ἐπειδὴ μανότητος δεῖται ψύξεως, διὰ πλῆθος θερμότητος, ἥτις διὰ τῶν ἔξωθεν πυκνότητα ἐγκλείεται τοῖς ζώοις. *Geoponic. I. 4. inter prognoſtica* μακροτέρου χειμῶνος *ponitur: ſed* τὰ βοσκήματα τῷ γλῷ καταρύπτῃ, καὶ τὰς κεφαλὰς πρὸς βορρᾶν τείνῃ, χειμῶνα μέγαν προαγορεύουσι. *De canibus Arnus, v. 430.* -- --

καὶ δέ τε κύων ὠρύξατο (*pro quo al.* ὠρίξατο) πόσιν.
Ἀμφοτέροις, χειμῶνος ἐπερχομένοιο δοκεύων.

i.e. interprete Avieno:

Protendit tibimet canis id præſentia multam
Tellurem fodiens - -

Ubi Schol. ὀρύττοντες, καὶ οἱονεὶ βαθεῖαν ἑαυτοῖς κοίτην ὀρυσσόμενοι, χειμῶνα σημαίνουσιν. ἀπὸ γὰρ τοῦ ἀὴρ ὑγρασίας, ὥσπερ καταδῦσαί τινα ζητοῦντες, τὰ αὐτὰ σημαίνουσιν. ἤτοι φιλόψυχος ὢν ὁ κύων, καὶ χαίρων ἐπὶ τῷ ἐσομένῳ χειμῶνι, σκάπτει τὴν γῆν παίζων.

(nn) *Pro τροπικὰ leg.* προβατικὰ, *vel* προβατήματα, προβάτημα *teſte Heſych. idem quod* πρόβατον. *Aut* προβάτια, *ovicula, pecora,* προβάτιον, τὸ *enim recte dici notum eſt. Vel* βοσκήματα, *pecora, animalia quæ paſcuntur; Avienus Arati Paraphraſt. p 123. edit. Grot.*

\- - - Pecudes ſi denique terram
Lanigeræ fodiant, caput aut (*al.* at) tendatur in arcton
\- s - ruet æthra concitus imber.

(oo) *Ælian. Anim. VII. 8.* Βᾶν ἐαὶ βοὲ καὶ ὀσφραίνηται τ γῆς, ὕειν ἀνάγκη. *Theophraſt. de ſignis pluviarum &c. p. 418.* ἐοὺς τὼ προβάτιον ὀπλὼ λείξας, χειμῶνα ἢ ὕδωρ σημαίνει. ἐὰν δὲ εἰς τὸν ἀέρα ἀναβλέψαν ὀσφραίνηται, ὕδωρ σημαίνει. *Plin. XVIII. 35 p. 347.* Et boves cœlum olfactantes, ſeſe que lambentes contra pilum. (*ita & Edit. Venet. an. 1496. expreſſit & Harduin. edidit, quamvis MSS. legant*; contra pluviam.) *Aratus, v. 222. edit. Oxon. p. 122.*

Καὶ βόες ἤδη τι πάρος ὕδατος ἐνδίοιο,
Οὐρανὸν εἰσανιδόντες, ἀπ' αἰθέρος ὠσφρήσαντο.

Grotio interprete:

Mollipedesque boves ſpectantes lumina cœli;
Naribus humiferum duxere ex aëre ſuccum.

Ubi Schol. p. 122. & 123. hæc habet: οἱ βόες ἠρεμαιωλύγες καὶ λιχαίσκοντας ἔχοντες οὐ μυκτῆρας, αἰσθητικώτεροι μᾶλλόν εἰσι. --- ὅταν τοίνυν ἀνθυμιάσεών τινων ἐκ τ ἀέρος ἀκρασίας αἴσθωνται, ἀφορῶντες ὡς ἐπὶ τὸν οὐρανὸν, ὀσφραίνονται τ ἐξ ἀέρος παχύτητος, ὡς ὄμβρον τὸν ὄμβρον. --- οἱ βόες ὀσφραίνονται τὸν ἀέρα, καὶ προαισθήσιοι γίνονται ὀσφρησμοῦ. *Virgil. Georg. I. inter varia tempeſtatis ac imbris ſigna & hæc recenſet, v. 374. ſeq.*

\- - - nunquam imprudentibus imber
Obfuit: aut illum ſurgentem vallibus imis
Aëriæ fugere grues: aut bucula cœlum
Suſpiciens, patulis captavit naribus auras.

(pp) Νάρθηξ *ferula. à ferulagine non differre videtur niſi magnitudine; Theophr. H. Pl. VI. 2. p. 120.* ἡ δὲ ὄν φανερὰ φύσις ἀμφοῖν ἐμοία, πλὴν τὸ μεγέθος, ὁ μὲν γὰρ νάρθηξ γίνεται μέγας σφόδρα. ἡ δ' ναρθηκία μικρά.

κρά. μονόκωλα δ' ἄμφω, καὶ γονατῶδε. ἀφ' ὧν τατε Φυλλα βλαστάνει καὶ καυλοί τινες μικροί. βλαστάνει γὰρ ἀλλαξ τὰ φύλλα. --καὶ ἡ βλάστησις ἔαρος, πρῶτον μὲν τῶν φύλλων, ἔπειτα δὲ καυλός, καθάπερ τῶν ἄλλων. ῥίζαν δ' ἔχει βαθεῖαν, ὀδὸν δὲ μονόρριζον. Natura ferularum muræmis infestissima est, tactu siquidem ea moriuntur. *Plin. XX. 23. & XXII. 2. p. 835.* fuste non interrimi easdem ferula protinus.

(qq) *Pro* Φθεγγόμφοι *forte rectius leg.* πετόμφοι, volantes. *Si prius retineatur, placide, quiete ac tenuiter murmurantes aut loquentes, explicandum erit non singultu latrantes, vel carptim vocem reforbentes; lasciviam interdum secum murmurare & Plin. X. 29. 420. dixit. Ventos enim & ventosum imbrem tales voces significare perhibet Plin. XIII 35. p. 546. his verbis:* Corvique singultu quodam latrantes, seque concutientes, si continuabunt, ventos: si vero carptim vocem reforbebunt, ventosum imbrem. *& X. 12.* pessima eorum significatio cum glutiunt vocem velut strangulati. *Qui & c. 38. ejusd. libr. observat de avibus:* Sine voce non volant multæ, aut è contrario semper in volatu silent. *Idem fere & in Geopon. l. 3. p. 6. narratur:* καὶ κορώνη---νυκτὸς σφοδρότερον κρώζουσα. καὶ κόρακες καὶ κολοιοὶ ἀθρόως ἅπτ Φαινόμφοι καὶ κρωζοντες, --- ὄμβρον σημαίνουσι. *Ex Arato id desumtum, qui in Prognost. v. 231. seqq. ed. Oxon. p. 124.*

Δή ποτε καὶ γλαυκῆς κορώνης, καὶ φῦλα κολοιῶν,
Ὕδατος ἐρχομένοιο Διὸς πάρα σῆμ' ἐφύοντο,
Φαινόμφοι ἀγέλῃσι, καὶ ἱρήκεσσιν ὁμοῖον
Φθεγξάμφοι. καί πε κόρακες δίης στελαγμὸς
Φωνῇ ἐμιμήσαντο σὺν ὕδατι ἐρχομένοιο.

Quæ eleganter & feliciter ita Grotius reddit. p. 31.

Corvus & atratis velata monedula pennis
Venturo terras madituras imbre monebunt,
Accipitrum in morem, si magnis garrula turmis
Agmina concelebrent: gravibus vox æmula guttis
Corvorum: pluvias prædixit sæpe futuras.

Ubi Schol. hæc annotat: καὶ οἱ κόρακες, καὶ, οἱ κολοιοὶ κ' ζυσροφλὼ καὶ ἀγέλας φαινόμφοι, ἐξ ἐκ Διὸς ἐρχομένου, ὕδατος, οἷον χειμῶνος ἐσομένου σημεῖόν εἰζι, ταῖς ἱέραξιν ὁμοίως φθεγξάμφοι, δηλονότι ὀξείᾳ φωνῇ κραυ-

κεκραγάλεοντες. διὰ τοῦτο γὰρ ἡ τῶν ἱεράκων φωνή. --- καὶ μιμούμενοι τὸν ἀπὸ τῶν σαλαγμῶν ψόφον κόρακες, ἐπὶν προδηλοῦσιν. --- καὶ οἱ κόρακες ὕδατος. καὶ ὅμβρου γίνεσθαι μιμήσεως τῇ φωνῇ σὺν μεγάλοις σαλαγμοῖς, ὅτω, κλαγξ.

Et v. 290.

Χειμῶνος μέγα σῆμα καὶ ἐπιεάγηρα κορώνη
Νύκτερον ἀείδουσα, καὶ ἐψὲ βοῶντε κολοιοί.

Sæcula paſſa novem cornix tibi ſigna procellæ
Nocte dabit ſtridens, ſerumque monedula cantans.

Theophraſt. de ſignis pluviar. p. 418. κόραξ πολλὰς μεταβάλλειν εἰωθὼς φωνάς, τούτων ἐὰν ἅπαξ μὲν φθέγξηται καὶ ὑπροιζήσῃ καὶ τινάξῃ, ὕδωρ σημαίνει. καὶ ἐὰν ὑετῶν ὄντων πολλὰς μεταβάλλῃ φωνὰς, καὶ ἐὰν φθειρίζηται ἐπ' ἐλαίας. καὶ ἐάν τε ὑδίας, ἐάν τε ὕδατος ὄντος, μιμῆται τῇ φωνῇ οἷον σαλαγμούς, ὕδωρ σημαίνει. ἐάν τε κόρακες, ἐάν τε κολοιοὶ, ἄνω πέτωνται καὶ ἱερακίζωσιν, ὕδωρ σημαίνουσι. καὶ ἐὰν κόραξ ὑδίας, μὴ τὴν εἰωθυῖαν φωνὴν καὶ ὑπροιβδῇ, ὕδωρ σημαίνει. *Ælian. Anim. VII. 5.* Κόραξ δὲ αὖ, καὶ κορώνη, καὶ κολοιὸς δείλης ὀψίας εἰ φθέγγοιτο, χειμῶνος ἔσεσθαί τινα ὑπόθημίαν διδάσκουσι. Κολοιοὶ δὲ ἱερακίζοντες, --- καὶ πετόμενοι τῇ μὲν ἀνωτέρω, τῇ δὲ κατωτέρω, κρυμνὸν καὶ ὑετὸν δηλοῦσι. Κορώνη δὲ ὅτι δεί πνῳ τὸ φθεγγομένη ἡσυχῇ, εἰς τὴν ὑστέραν ὑδίαν παρακάλει. *De his & aliis aëris præſagiis quæ ventos denunciant, pluvias portendunt, tempeſtates ſignificant, ſerenitatem promittunt; notandum alia aliis eſſe certiora, & ſi duo vel tria inſimul, firmiora. Amtius, Prognoſt. v. 410. edit. Oxon. p. 145.*

Τῶν μηδὲν καθέκηισο, καλὸν δ' ὅτι σήματι σῆμα
Σκέπτεσθαι, μᾶλλον δὲ δυοῖν εἰς ταὐτὸν ἰόντοιν,
Ἐλπωρὴ τελέθοι, τριτάτῳ δέ κε θαρσήσειας.

Vertit Grotius:

Hæc ne deſpicias; ſed ſignum jungere ſigno
Eſto memor, geminis rem præſignantibus unam
Spes ſubeat: ternis rata ſit fiducia lignis.

Schol. p. 146. ita Arati mentem explicat: τῷ δὲ σημείωσιν εἰ βουλοίμεθα βεβαίαν καὶ ἀκλινῆ ἔσεσθαι, οὐκ ὀφείλομεν ἑνὶ σημείῳ πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ δευτέρῳ. ἐὰν μὲν τι γε καὶ τρίτον προσεθῇ, βεβαιοτέρα γίνεσθαι

τῃ ἡ καταλήψις. *Secundo vel tertio die eventum quæ denunciant, Idem v. 396. ſeq. p. 144. ed. Oxon.*

Τρὶς ὑπερτελλομένης ἠοῦς, χειμῶνα δοκέουσιν.
Οὕτω καὶ ὑστεροις ὅτι σήμασι τεκμήριον
Ἐσομένων ἀνέμων ἢ χειματῶν, ἢ νέτειον.

Tertius æquoreis cum ſurget Lucifer undis
Horrida tempeſtas inſtat: Sic cætera cuncta
Ventique pluviæque, & ſævæ ſigna procellæ
Ipſa, ſequensque dies, aut tertia perficit- -

Ventorum ut & tempeſtatum præſagia non eſſe contemnenda experientia docet. Tradunt Democritum, *apud Plin. XXIII. 35. p. 541.* metente fratre ejus Damaſo ardentiſſimo æſtu oraſſe, ut reliquæ ſegeti parceret, raperetque deſecta ſub tectum, paucis mox horis ſævo imbre vaticinatione approbata. *Theophraſtus lib. de ſignis pluv: p. 416. ea quæ à ſole & luna deſumuntur cæteris præfert*: ἄλλα δέ ἐστι σημεῖα, ἃ λαμβάνεται ἀπὸ τῶν ζώων καὶ τῶν κατ' οἰκίαν ἑτέρων τινῶν τόπων καὶ παθημάτων. μαλίστα δὲ κυρίως ἀπὸ τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης. ἡ γὰρ σελήνη νυκτὸς οἷον ἥλιός ἐστι. *In Sacris Literis fit & mentio horum præſagiorum cæleſtium, Matth. XVI. 1. 2. 3. ubi Chriſtus Judæis exprobrans quod qualitatem cæli quidem dignoſcerent, ac inde quæ immineret tempeſtas animadverterent; at ſigna imminentis adventus Meſſiæ non ſatis diligenter conſiderarent, imo data negligerent, & quaſi nulla eſſent data, nova poſcerent, ait:* Τὸ μὲν πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ γινώσκετε διακρίνειν, τὰ δὲ σημεῖα τῶν καιρῶν οὐ δύνασθε; Faciem ergo cæli dijudicare noſtis, ſigna autem temporum non poteſtis ſcire? *Præſagiorum pluviæ à pecoribus deſumtorum Job. XXXVI. 33.* יגיד עליו רעו מקנה אף על—עולה׃ Indicat de ea, *pluvia*, ſtrepitus ejus, *nubis vel Dei*, pecus etiam de aſcendente, *ſcil. vapore aut nube ex qua fit pluvia, indicat. Id eſt, pluviam mox futuram tonitru ſignificat, pecus etiam antequam nubes in ſublime aſcenderint, aſcenſuras præſagit, & inde futuras denunciat pluvias. AbenEzra fere eodem modo, niſi quod* עולה fetum *exponat, quod non placet: ejus verba in Annotat: ſuper hoc loco, ſic ſe habent*: יגיד עליו׀ הגשם׃ רעו׳ כמו תרועתו והוא הרעם כמו וישמע יהושע

אֶת קוֹל הָעָם בְּרֵעָהּ אֲבִילוּ הַמְּקֻנָּה וְהָעוֹלָה כֻּמּוֹ עֹלוֹת
עָלַי יִרְגְּשׁוּ בְּעֵת שִׁיקְרַב זְמַן כִּיאַת הַמָּטָר וְסִימָנִים רַבִּים
יֵשׁ לִבְנֵי אָדָם בַּבֹּקֶר וּבְצֵאן וּשְׁבִיבֹתָם עַל צַד יָמִין וּבְשֹׁאַר
: הַחַיּוֹת *Judicabit*, pluviam nempe, *ſtrepitus* ejus, vox רעו eandem ſignificationem habet cum תרועה ſonitus ejus, id eſt, tonitru, occurritque *Exod. XXXII. 17.* ubi legitur: Et audivit Joſua vocem populi ברעו in vociferatione ſua, i.e. populum vociferantem, ſtrepitum & tumultum excitantem. Etiam pecora & quidem feta, nam עולה eo ſignificatu hic ſumitur quo *Geneſ. XXXIII. 13.* עלות, (*at Kimchi & alii, lactantes exponunt*) pecora feta quæ mihi incumbunt: ſentiunt adventum pluviæ tempore quo appropinquat. Suntque multa hominibus ſigna in bubus & ovibus ut & cæteris animalibus, quale eſt quod ad dextram cubantes (*pluviam portendere ſolent.*) *Ambiguitas quinque vocum,* רעו, מקנה, אף, על, עולה *diſcrepantes interpretes fecit & in varias interpretationes induxit, quamvis ut videtur, eodem modo legerint; excepta una voce* עולה *pro qua oi ὁ.* עולה, ᾠδὴ ἀδικίας, *legentes ita hunc verſiculum interpretati ſunt:* αἰαγγελεῖ ᾠδὴ αὐτοῦ φίλον αὐτοῦ, Κυρίου κτῆσις καὶ ᾠδὴ ἀδικίας. *Vulgatus interpres qui reddit:* annuntiat de ea amico ſuo, quod poſſeſſio ejus ſit, & ad eam poſſit aſcendere; *habet & in Hebræo, unde expoſitionem ſuam tueatur, poteſtque commodus ex ea verſione elici ſenſus. Explicationem tamen noſtram omnium minime coactam eſſe cum Jo. Mercero in Comment. h. l. pag. 296. opinor. In his præſagiis ut & aliis rebus divinam providentiam, quæ omnia ſuaviter & ſapienter diſponit & ordinat, venerari & adorare decet; ea quia in homines benigna fuit, tot ſerenitatis, ventorum & pluviæ ſigna præmittere voluit. Piorum eſt eam ubique agnoſcere, ipſi confidere, ac in omni negotio omnique tempore acquieſcere. Improbum vero eſt eam aut omnino negare aut de ea non recte ſentire, diſpoſitioni divinæ contraire, viribus ſuis confidere, fiducia ſui & hominum multa ſibi vane & inaniter promittere. Scholiaſtis Aratei verba, divinam providentiam in omnibus agnoſcentis, hic apponere placet: Cum enim Apoſtolus Paulus ſcribente Luca, Act. XVII. 28. Arati dictum ſumma in re citaverit, Scholiaſtius ipſis ſanam ſententiam de providentia divina adducere decet, & in fine apponere libet. Leguntur ea in init. Διοζήμ. v. 1. p. 90. ed. Oxon. ad voc.* ὀλίγη μὲν) πειρᾶται διὰ πολλῶν ἀποφαίνειν, ὅτι

ὅτι πολλὰ τεκμήρια ἡμῖν οἱ θεοὶ παρέχονται, καὶ ἃ μόνον δι' ἡλίου, καὶ σελήνης, ἀλλ' ἤδη καὶ ζώων, καὶ ἑρπετῶν, καὶ φυτῶν, καὶ ἄλλων παντοίων, δεικνὺς ὅτι διὰ πάντων προνοοῦνται ἡμῶν οἱ θεοί.

CAPUT XXX.

De Polemone, Herode Attico, ARISTIDE Adrianenſi, Adriano, Himerio, & aliis quibusdam Oratoribus atque Sophiſtis.

Tres Oratorum Græcorum ætates. 1. *Ex tertia ætate Polemo.* 2. *ubi obiter de aliis novem hoc nomine. ibid. Herodes Atticus.* 3. *Ariſtides.* 4. *Ejus ſcripta edita.* 5. *Deperdita.* 6. *editiones.* 7. *Alii Ariſtidæ.* 8. *Index ſcriptorum ab Ariſtide memoratorum.* 9. *Adrianus.* 10. *Severus & Callinicus, ac Theodorus Baſilaca. Excerpta Rhetorum & Sophiſtarum ab Leone Allatio edita.* 11. *Himerius.* 12. *De Demade.* 13. *& Lesbonacte.* 14.

I.

JAm à Philoſophis ad Rhetores divertere placet, atque dicere de Oratoribus tertiæ ætatis, quorum monumenta quædam ad nos pervenerunt. Tres enim Oratorum Græcorum veterum Φοραὶς ſive proventus potiſſimum enituiſſe, obſervat poſt alios ſcriptor antiquus argumenti in Ariſtidis Panathenaicum, a) primam

a) Verba ejus hæc ſunt: Τρεῖς φοραὶ ῥητόρων γεγόνασιν, ὧν ἡ μὲν πρώτη ἀρχαίως ἔλεγεν, ἧς ἐστι Θεμιστοκλῆς καὶ Περικλῆς, καὶ οἱ καθ' ἐκείνους ῥήτορες. ἡ δὲ δευτέρα

mam quidem in qua Pericles, Themiſtocles, Alcibiades, alii, qui dicere cum laude contenti, nihil quicquam ſcriptum poſt ſe reliquerunt. Alteram, qui dicendo quidem ſua ipſorum ætate celeberrimi, tum apud poſteros non minus claruere ſcripto conſignatis orationibus. In hac decem illi eminent Andocides, Antipho, Demoſthenes, Æſchines, cæteriq; de quibus dixi libro 2. capite ultimo. Tertiam deniq; in Aſia nec minus Athenis inclytorum Sophiſtarum, quorum Philoſtratus memoriam celebravit, licet paucorum ex illis ſcripta quædam reſtant, ut Herodis, Polemonis, tum maxime Ariſtidis, de quo igitur paullo diligentius, de cæteris brevius h. l. differam, alios deinde quosdam, licet antiquiores ſupra adhuc mihi indictos, quorum una altera ve oratio ad nos pervenit, ſubjuncturus: juniorum vero ut Libanii ac Themiſtii notitiam ſervaturus ſuæ ætati ſuoque loco, quem liber quintus illis aſſignabit.

II. *Antonius* POLEMO *b)* patria Laodicenus, ex conſulari

τέρα ἐγγράφως, ἧς ἐσι Δημοσθένης καὶ Αἰσχίνης καὶ Ἰσοκράτης καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς, ἡ πραττομένη τῶν Ῥητόρων δεκάς. καὶ αὗται ἐν αἷς δύο Φοραὶ ἐν Ἀθήναις γεγόνασιν. Ἡ δὲ τύχη καὶ τῇ Ἀσίᾳ τῶν δωρεῖται Φοράν, τρίτην ἴσχυν ἐπεσήμην, ἧς ἐσι Πολέμων, Ἡρώδης, Ἀριστείδης καὶ οἱ κατὰ τούτους τοὺς χρόνους γεγόνασι Ῥήτορες. Ex his recentioribus Rhetoribus ad exemplum veteris Atticæ decadis itidem decem Oratores ſelegerunt, ſive δευτέραν δεκάδα, de qua Suidas in Νικοκράτει. Et quando laudibus & plauſu extollere dicentem aliquem volebant, vocarunt ἕνα τῶν δέκα, ut Herodi Attico contigiſſe refert Philoſtratus lib. 2. de Sophiſtis p. 564. editionis præclaræ G. Olearii.

b) Diverſus eſt hic Polemo, quem prænomine Antonium vocatum docent Marmor Oxonienſe 28. p. 95. edit. Prideauſii, & Epiſtola Hadriani Imp. apud Philoſtratum pag. 533. editionis Lipſienſis: Diverſus inquam eſt hic Polemo 1) à Polemone Platonico Xenocratis, & altero juniore, Plotini diſcipulo de quibus utrisque dixi lib. 3. cap. 3. 2) à Polemone Phyſiognomicon ſcriptore, quem aliqui cum jam dicto Xenocratis diſcipulo eundem faciunt. De illo lib. 3. cap 6. § 38. 3) à Polemone periegete, Panætii Stoici diſcipulo, de quo Suidas & Meurſius c. 2 libri de arce Cecropia, Voſſiusque in Hiſt. Græcis, cui adde quod librum ejus quartum adverſus Timæum laudat etiam Clemens Alex. in Protreptico p. 30. 4) à Polemone Laodiceno, Zenonis Rhetoris filio quem Antonius primum, deinde Auguſtus Regem Ponti Cappadociæ vicini, Agrippa etiam Boſpori fecit, unde Ponti Polemoniaci paſſim mentio, ut Novella 31. & apud Eutropium VII. 9. Vopiſcum aliosque. De illo Polemone Strabo XII. p. 578 & alibi, atque Dio LIV. p. 538. ſeq &c. 5) à Polemone hujus filio itidem Rege primum, Vide Dionem LIX. p. 649. LX. p 670. ſed cujus regnum ipſo concedente

in

ri familia Sophiſta in magna gratia apud Imperatorem Trajanum, Hadrianum, atque Antoninum Pium: & maxima auctoritate fuit apud Smyrnæos, quos magnis affecit beneficiis, & in quorum urbe docuit, erudito licet cœtui *c)* Muſei Alexandrini ab Hadriano adſcriptus. Vitam ejus tradit Philoſtratus libro priore de Sophiſtis c. 25. quem videre operæ pretium eſt eruditiſſimo Rev. Gotfridi Olearii commentario illuſtratum. Conſulendus etiam Claudius Nicaſius diſſ. de numo Pantheo p. 8, 14 17, 25, 26. ubi illuſtrat numum Hadriani in cujus averſa facie legitur Πολέμων Σμυρναίοις ἀνέθηκε. (al. ἀνέθηκε.) Audivit è Philoſophis Timocratem, è Sophiſtis Scopelianum, Dionemque Chryſoſtomum: & teſte Suida (in Διονυσ. ὁ Ἀρεοπαγ.) Apollophanem Rhetorem. Filius ejus Attalus Sophiſta, cujus apud Philoſtratum p. 609. & in numis Smyrnæorum mentio: E diſcipulis celeberrimus Ariſtides, de quo infra dicturus ſum, ut de Evodiano, aliisque dicere omittam. Æquales & admiratores partim, partim æmuli Marcus Byzantinus, Herodes Atticus, Dionyſius Mileſius, & Favorinus. Inter imitatores præter Hippodromum non prætereundus S. Gregorius Nazianzenus, quem S. Hieronymus in Catalogo Scriptor. Eccleſ. obſervat inſtitiſſe veſtigiis Polemonis, dicendi charactere: ac ne cum Lælio Biſciola T. 2. horar. ſubceſivar. lib. V. c. 9. de Polemone Rege, Zenonis Rhetoris filio hoc intelligas, Suidas in Γρηγόρ. diſerte: ἠκολούθησε δὲ τῷ Πολέμωνι καὶ Χαρακτῆρι καὶ Λαοδικείᾳ καὶ σοφιστεύσαντι ἐν Σμύρνῃ, οὗ ἐγένετο διδάσκαλος Ἀριστείδου καὶ Ῥήτορος. Ad ſcripta ſua emendanda uſus eſt Secundo Grammatico, ſiquidem hic eſt Polemo ille Jonicus Sophiſta, cujus *Hiſtorias* memorat Phrynichus de dictionibus

in provinciam à Nerone redactum eſt, teſte Suetonio c. 18. Atque hos Reges genere contingere Polemonem noſtrum ſuſpicari liceret, ni id ſileret Philoſtratus, & ſolorum ὑπάτων non etiam βασιλέων mentionem faceret. Alterutrius ex his Regibus eſt Epigramma in jaſpidem artificioſe ſculptum IV c. 18. Anthol. p. 489. 6) à Polemone quem Menander in Comœdia quam περιχειρομένην inſcripſerat, & alio juniore quam Agathias in Epigrammate perſtrinxit. Vide Salmaſium de Coma p. 174. Denique 7) ad Polemone juniore Sophiſta quem Commodo imperante fuiſſe Suidas auctor eſt.

c) Confer notas ad Philoſtratum f. 532. & Nicaſii diſſ. de numo Pantheo Hadriani p. 23. Salmaſ. ad Spartiani Hadrian. c. 20. Tillemont. T. 2. Hiſt. Imperator. p. 431. ſeq De Muſeo illo Alexandrino ſub antiqnis etiam Ægypti Regibus claro adi præterea Clariſſ Eſchenbachium diſſ. de conviviis Sapientum p. 305. ſeq. & quos laudavi ſupra III. 19. ubi inter ſcripta Callimachi deperdita recenſui Μουσεῖον.

ctionibus Atticis. Κεφαλαιωδέστερον. Τὸ τὸ τέχνημα εὑρὸν ἐν ἀρχῇ τῶν Πολέμωνος καὶ Ἰωνικὸν σοφιστὴ ἱστορίων καὶ προοίμιον. Καὶ θαυμάζω σεκόνδῳ καὶ συγγενομένῳ αὐτῷ γραμματικῷ, πῶς ἂν τὶ ἄλλα δεξιὸς ἦν τὶ λέξιν, καὶ ἐπανορθῶν τὶ συγγράμματα καὶ σοφιστὴ, τοῦτο παρεῖδεν, ἀδόκιμον ὄν. Genus dicendi Polemoni robuſtum ac vehemens, & propterea aliquando minus amœnum: mores aſperi atque ſuperbi. Vitam non produxit ultra annum quinquageſimum ſextum ætatis, quo diſceſſit ipſe ſponte de vita, Laodiceæ in patria, Antonino Pio imperante. Non enim ferens diutius dolores articularis morbi, quibus vexatus pridem ſcripſerat ad Herodem: *δεῖ ἐσθίειν, χεῖρας οὐκ ἔχω. δεῖ βαδίζειν, πόδες οὐκ εἰσί μοι. Δεῖ ἀλγεῖν, τότε καὶ πόδες εἰσί μοι καὶ χεῖρες. Cibus capiendus eſt, manus non habeo: incedendum eſt, deſunt mihi pedes. At dolendum eſt, tunc & pedes mihi ſunt & manus.* Itaque vivus in tumulum deſcendit confecturus ſe inedia, amicisque ad monumentum adſtantibus ἔπαγε, ἔπαγε, inquit, *μὴ δ' ἴδοι με σιωπῶντα ἥλιος. Occludite, occludite, ne me ſol ſilentem adſpiciat.* Plangentibusque ejus conditionem, *δότε μοι*, inquit, *σῶμα, καὶ μεταβήσομαι, date mihi corpus, & in illud commigrabo*, quæ ultima ipſius verba Svidas quoque è Philoſtrato retulit. Hujus Polemonis dictum, quo Romam *orbis Compendium*, οἰκουμένης ἐπίτομον pronunciavit, refertur etiam in Actis S. Pionii c) cap. 2. & apud Galenum, libro 1. commentar. in Hippocratem περὶ ἄρθρων T. 5. p. 585.

Extant duo contrarii ἐπιτάφιοι λόγοι, parentum nomine dicti in Cynægirum & Callimachum Athenienſes, qui in pugna Marathonia Olymp. LXXII. 1. pro patria adverſus Medos fortiter pugnantes obierunt, ubi Cynægiri pater filium ſuum Callimacho, viciſſim & pater Callimachi ſuum Cynægiro præfert, virtutemque ejus extollit, ſibique primas pro funere celebrandi filii deberi contendit. Græce has *binas declamationes* edidit H. Stephanus, Huldrichi Fuggeri tunc typographus, una cum Himerii & aliis quibusdam quæ infra recenſebo, A. 1567. 4. Græce & Latine cum notis Petrus Poſſinus S. I. Toloſæ 1636. 8. Quamplurimas alias, quæ perierunt, Polemonis declamationes vel orationes apud Philoſtratum memoratas memorari videas, has nempe:

In dedicatione templi Jovis Olympii Athenis ab Imp. Hadriano factæ, pag. 533.

Ad Athenienſes, p. 535.

Demoſthenes juramento negans talenta quinquaginta à Rege Perſarum dono

c) Apud Bollandum in Actis Sanctorum Februarii T. I. p. 41.

dono ſe accepiſſe, ut Demades è nationibus Satraparum ei objecerat. p. 538. & 542.

De deſtruendis Græcanicis tropæis poſt pacem à bello Peloponneſiaco initam, pag. 538.

Pro liberæ Reip. forma Athenienſibus poſt res apud Ægos potamos geſtas reſtituenda, ib.

Adulter abditus. p. 542.

Xenophon pro Socrate mori cupiens. ibid,

Solon poſtulans leges aboleri, cum earum Piſiſtratus cuſtodiam in ſe ſuſcepiſſet, ibid.

Demoſthenes poſt pugnam ad Chæroneam ſe ipſum offerens, & morte dignum ducere ſe ſimulans ob ea, quæ cum Harpalo geſſerat, p 543.

Demoſthenes ſuadens Athenienſibus ut triremibus fugam arripiant, adventante Philippo, p. 543.

Demoſthenes legem Æſchinis firmans, quâ morte dignus cenſetur quidem bello mentionem faceret, ibid.

III. *Tiberius Claudius Atticus* (Suidæ perperam Julius) HERODES, Nobilis Viri Attici F. ex pago Marathonio Athenienſis, apud Imperatores Antoninos Pium & Philoſophum, Verumque cujus etiam præceptor teſte Capitolino fuit, gratioſus, & præfectus ordinando ſtatui liberarum civitatum Aſiæ, ſacrorumque Panathenaicorum & Panelleniorum, tum ſacrorum agonum honoribus M. Antonini & Veri conſecratorum ἀρχιερεύς, atque A. C. 143. cum C. Bellicio Torquato Conſul Romanus, ſed qui ingenio magis & eloquentia quam conſulatu *d*) & dignitate atque opibus quas habebat ampliſſimis cenſeri geſtiebat. Audivit juvenis Scopelianum *e*) deinde Favorinum *f*) quoque & Athenienſem Secundum. *g*) Polemonem vero adultus & cum ipſe alios jam doceret *h*) admiratus & donis proſecutus fuit. In Platonica Philoſophia Taurum Tyrium *i*) in Critica arte Theagenem Cnidium & Munatium Trallenſem Magiſtros habuit. Ex antiquis imitatus eſt maxime Critiam. Adverſarios habuit Peregri-

d) Philoſtratus in Polemonis vita p. 536. ἦρα μὲν γὰρ ἓξ αὐτοσχεδιάζειν μᾶλλον ὁ Ἡρῴδης, ἢ ἓξ ὑπατός τε ἦν καὶ ἐξ ὑπάτων δοκεῖν.

e) Philoſtratus in Scopeliano p. 521. & in Herodis vita p. 564.

f) Suidas in Ἡρῴδης, è Philoſtrato.

g) Philoſtratus in Secundo p. 544.

h) id. in Polemone p. 539.

i) Philoſtr. p. 564.

num Philosophum Cynicum, *k)* Demostratum item *l)* cujus Orationem contra Herodem admirationi fuisse testatur Philostratus p. 563. tum affinem Braduam uxoris suæ Regillæ fratrem, qui Consul fuit A. C. 160. *m)* Quintiliosq; *n)* & Praxagoram ac Mamertinum. Familiarem Lucium, sapientem virum & facetum, *o)* discipulum Musonii Tyrii, nec diversum fortassis à Lucio Patrensi, vel ipso Luciano, qui & ipse Λούκιος quandoque dicitur. Filiæ fuere Panathenais, & Elpinice quas morte ereptas sibi incredibiliter luxit, & filius Atticus *p)* tam stupidus ut viginti quatuor pueros æquales ipsi adjungendos putaverit pater, litterarum appellatos nominibus, ut per hos tandem litterarum addisceret rudimentum. E famulis Achilles, Pollux, & Memnon Æthiops *q)* quorum obitum itidem tulit impatientissime. Libertus Alcimedon *r)* aliique. Discipuli Amphicles Chalcidensis, *s)* Sceptus, & Adrianus Tyrius (qui successor ejus etiam pro funere Herodem laudavit *t)* & auscultantibus Atheniensibus lacrymas expressit,) Chrestus Byzantinus aliique infiniti, atq; in his etiam A. Gellius, qui in Noctibus Atticis Herodis cum laude mentionem facit dictaque ejus nonnulla refert. Eloquentia apprime valuit, ita ut unum ex antiquis decem Oratoribus referre diceretur, *u)* & Βασιλεὺς λόγων vocatus sit ab Adriano & Rufo Perinthio *x)* atque Ἑλλήνων γλῶσσα. Docuit Athenis, obiitque ex tabe, Marathone in patria anno ætatis LXXVI. Commodo ut credibile est jam imperante, unde natus colligitur primis Trajani Imp. annis. Nam juvenis in Pannonia dicturus coram Imperatore Hadriano, cum excidisset & memoria lapsus esset, tanto tædio affectus fuerat, ut in Danubium præcipitare se *y)* voluerit.

Scripta ejus à Philostrato memorantur Διαλέξεις sive *dissertationes*,

k) id. p. 563.
l) id. p. 555.
m) Confer. Sam. Petitum lib. I. Var. Obs. cap. XI.
n) Philostr. p. 559.
o) id. p. 556. seq.
p) id. p. 558.
q) ibid. & III. 3. de vita Apollonii.
r) id. p. 560. seq.
s) id. in vita Philagri p. 578 seq.
t) in vita Adriani p. 586.
u) in Herode p. 564.
x) id. in Adriano p. 586. & in Rufo p. 588.
y) in Herode p. 565.

tiones, Philoſophici ut mihi perſuadeo argumenti, & Ἐφημερίδες *diaria*, Suidæ etiam tanquam σύγχαμμα πολυμαθὲς laudata, & Ἐγχειρίδια χαίρια, τὴν ἀρχαίαν πολυμάθειαν ἐν βραχεῖ ἀπλωθισμένα, *manualia, oportuna*, velut florum ex erudita antiquitate delibatorum ſelecti quidam faſciculi. Hiſce omnibus deperditis ne ex Orationibus quidem ejus aliqua neque ex declamationibus quas αὐτοσχεδίους ſive extemporales & meditatus plurimas habuit, ulla tulit ætatem, excepta unica quæ περὶ πολιτείας *de Rep.* inſcribitur, & comparata eſt ad ſuadendum Thebanis ut ſocietatem cum Peloponneſiis ac Lacedæmoniis ineant contra Archelaum Macedoniæ Regem. Græce prodiit cum Lyſia & aliis Atticis Oratoribus Venet. apud Aldum 1513. fol. & Pariſ. ap. H. Stephanum 1575. fol. Latine vertit & ad calcem Ariſtidis edidit Guil. Canterus Baſil. 1566. fol. Græce & Latine cum Canteri verſione recuſa eſt Hanov. 1619. 8. curante Jano Grutero, ad calcem Orationum Dinarchi, Lycurgi, Lesbonactis & Demadis.

Epiſtolas Herodis plurimas fuiſſe teſtatur Philoſtratus p. 565. quarum aliquas memorat, uti ad Julianum p. 552. ad Marcum Imp. p. 562. ad Caſſium novas res molientem p. 563. Ἡρώδης Κασσίῳ, ἐμαίνη. *Herodes Caſſio, inſanis.*

Plura de Herode Lectorem docebunt viri doctiſſimi Salmaſius ad inſcriptionem Regillæ, Tillemontius in Vitis Imperatorum Tomo ſecundo & ad Philoſtratum Rev. & doctiſſimus amicus noſter G. Olearius.

IV. Inter Polemonis diſcipulos *a*) celeberrimus facile fuit ÆLIUS *b*) ARISTIDES, Evdæmonis F. Adrianenſis *c*) qui Athenis præterea Herodem Atticum, Pergami Ariſtoclem audivit: præceptorem quoque ac nutricium ſuum T. 1. p. 143. 159. 489. laudat Alexandrum Cotyæenſem. Sophiſta apud Smyrnenſes diſertus, ſuavis & cultus inprimis. Vix unquam ex tempore voluit dicere, ſed ſtudioſe potius præmeditatus, negans ſe eſſe ex iis qui vomunt orationes

a) Suidas in Ἀριστείδης, Διονύσιος & Ἀγεσανακτ. & Πολέμων. Auctor vetus ὑποθέσεως in Panathenaicum Ariſtidis.

b) Ælium ipſe ſe vocat Ariſtides T. 2. p 289. T. 1 p. 627.

c) Ex Ἀδριανοῖς ſive Hadrianopoli civitate Bithyniæ, quæ regio Joniæ antea Myſia dicta. Confer Holſtenii animadverſiones ad Ortelium p. 89. Fuit ibi Ἀδριανεῖον, hoc eſt Hadriani templum cujus mentio apud Ariſtidem Orat. 1. ſacra T. 1. p. 491. Ἀδριανὴ θήρας memorat p 500. de qua urbe Malalas in Chron. p. 366. Μυσίᾳ πεδίῳ meminit Ariſtides p. 305. Ἀδριανῶν Orat. 3. T. 1 p. 546. 547.

ſed ex iis qui cum ſtudio elaborare ſolent. ὁ δὲ, inquit, ἐσπουδὸ τῶν ἐμόντων, ἀλλὰ τῶν ἀκριβόντων. *d*) Floruit ſub Hadriano jam (vide Orat. IV. ſacr. T. 1. p. 616.) & Antonino Pio, ſed quem Ἀντωνῖνον τὸν Αὐτοκράτορα τὸν πρεσβύτερον *e*) appellat, eſt M. Aurelius Antoninus, cui Athenis, vel ut Philoſtratus, in Jonia circa A.C. 176. innotuit, & ab eo poſtea reſtaurationem Smyrnæ A. 178. terræ motu everſæ impetravit *f*) unde etiam Ariſtidi velut εἰκιςὴ ſuo ſtatuam æneam *g*) prope Æſculapii ædem poſuere Smyrnenſes. Itinerum * morborumque ſuorum, quibus cum per decennium conflictatus eſt, hiſtoriam, & quomodo per ſomnia ab Æſculapio σωτῆρι & Sarapide Iſideque monitus valetudinem

d) Philoſtratus in Ariſtidis vita lib. 2. de Sophiſtis cap. 9 p. 583. Eunapius in Proæreſio p. 112. & autor ὑποθέσεως in Panathenaicum, (Sopater fortaſſis vel Metrophanes) cujus verba adſcribam: Τῷ δὲ Μάρκῳ ποιησάντων τὴν Ἀθήναις ὁ μὲν Ἀδριανὸς Σοφιςὴς (Conſer Suidam in Ἀδριανός) εἰπὼν παραχρῆμα πάντας ἐξέπληξε, πᾶν γὰρ ὃ ὡρίζετο αὐτὸς σχεδιάζων ἔλεγε. Πρὸς τοῦτο δὲ εἶπεν ὁ Ἀριςείδης τῷ Μάρκῳ παρὼν καὶ αὐτὸς ἐν Ἀθήναις, ὅτι ἡμεῖς τὰ ἐμόντων οὐκ ἐσμὲν ἀλλὰ τὰ ἀκριβόντων καὶ τὰ ἀρεσκόντων. ἀλλ' ὅμως εἰπὼν καὶ αὐτὸς πλέον ἐξέπληξε, καὶ ἐλιμήθη σφόδρα. Non Athenis ſed Smyrnæ hoc ad Marcum dixiſſe Ariſtidem Philoſtratus ex Damiani Epheſii fide ſcribit, fateturque de argumento orationis quam coram Imperatore Ariſtides dixerit, ſibi non conſtare. Auctor tamen ille ὑποθέσεως addit etiam argumentum orationis, itemque alia, quibus hoc Athenis contigiſſe firmat. Nimirum Ariſtidem voluiſſe tunc Panathenaicum dicere, & ab Herode Attico qui ejus ingenio inviderat, fuiſſe prohibitum; itaque aliam frigidam orationem hujus argumenti velut à ſe recitandam Herodi exhibuiſſe, veniaque dicendi ita ab illo impetrata, eum quem habemus Panathenaicum cum omnium admiratione & plauſu dixiſſe. Βαλόμενος δὲ τότε εἰπεῖν τὸν Παναθηναϊκὸν ἐκωλύετο παρὰ Ἡρώδου τοῦ Ἀθηναίου, ὡς δυνάσθαι, τοῦτο μὲν ὅτι αὐτὸς ἦν τότε ὁ τὸν θρόνον ἐπέχων τὸν σοφιςικὸν, καὶ ἀπὸ ὑπάτων κατήγετο, τοῦτο δὲ ὅτι καὶ Μάρκος αὐτῷ φίλος ἦν, ποτὲ γὰρ εὑρὼν θησαυρὸν, ἐδίδου τῷ βασιλεῖ αὐτόν. ὁ δὲ βασιλεὺς εἶπε, κέχρησο αὐτῷ. ἀλλὰ προσάγων αὐτὸν τῷ βασιλεῖ, ἔφη εἶναι ὑπὲρ ἰδιώτην τὸν θησαυρόν. ὁ δὲ βασιλεὺς πάλιν εἶπε πρὸς αὐτὸν, καὶ κατάχρησο. Μηδυνάμενος οὖν διὰ τὸν φθόνον τοῦ Ἡρώδου, μηχανῇ αὐτὸν μετῆλθεν. Ἀναθέμενος γὰρ αὐτῷ ἄλλον Παναθηναϊκὸν ἐυτελῆ καὶ ψυχρὸν, ὃς καὶ φέρεται, ἠδυνήθη λαβεῖν τὴν ἄδειαν τοῦ λέγειν παρ' αὐτοῦ, νομίσαντος Ἡρώδου ὅτι αὐτὸν μέλλει λέγειν καὶ ἀσχημονεῖν. Εἰσελθὼν δὲ εἶπε τοῦτον τὸν καὶ ἀναγινωσκόμενον καὶ θαυμαζόμενον, καὶ πάνυ ἠδοκίμησε. Λέγεται δὲ Παναθηναϊκὸς, διότι ἐν τοῖς Παναθηναίοις ἐλέχθη.

e) Orat 1. ſacra T. 1. p 463. 495.

f) Vide quæ infra ad Orationem XLI.

g) Philoſtratus p. 582. Ariſtides ipſe Orat. 1. ſacra T. 1 p. 486.

* Ad Æthiopiam usque profectum, & Ægyptum quater totam perluſtraſſe ſe ſcribit T. 3. p. 552. 568, 576, ſeq. T. 2. p. 375.

tudinem curaverit, fuſe narrat ipſe, Dei quidem juſſu *h*) ut ait, in Orationibus ſacris, licet non deeſſent ex amicis *i*) qui nimis deditum ſomniis reprehenderent, & omnia alia ſæpe ſuaderent Medici. *k*) Per eadem ſomnia & voces divinas crebrius repetitas ad eloquentiæ ſtudium *l*) invitatum, ac tantum non coactum ſe ſcribit, tanto cum ſucceſſu, ut omnes oratoris virtutes unum ſe eſſe complexum non diffiteatur ipſe T. 3. p. 706. & Socratis, Platonis, Thucydidis & Demoſthenis facultatem vel æquare *m*) vel ſuperare *n*) multis ſit creditus & ſibi ipſi per ſomnium ἀϊδίῃτ@ πρὸς λόγους *o*) & alter viſus fuerit eſſe Demoſthenes. *p*) Nihil ſane videntur auribus ejus dediſſe, qui dixere eum πρωτόλειαν πρὸς λόγους, habueruntque pro coryphæo ſuæ ætatis ut Phrynichus apud Phot. Cod. CLVIII. p. 172. ac ſummo μελετητῇ, *q*) Libenter tamen ſubſcribo Merici Caſauboni ſententiæ, cui in notis ad M. Antoninum pag. 28. Ariſtides *venuſtiſſimi & cultiſſimi ſermonis Sophiſta, ſed adeo quod ex ſcriptis liquet tum ſuperſtitioſus tum* Φιλέδοξ@, *ut fidem illi ἐικόθεν quod ajunt μάρτυρι, multa quæ* θεόθεν *ſibi contigerint narranti, arbitrari mihi religio ſit.* Thema ſuum genethliacum promit

h) id. Orat. 2. ſacra p. 512. & 515. ubi etiam titulum ἱερῶν λόγων ex ſomnio ſe acceſſe refert. Confer quæ infra ad Orat. XXIV. ſeq. Ἐφημερίδας vocat Philoſtratus, cujus loco illuſtrando adde Syneſium de inſomniis. p. 155.

i) Orat. 1. ſacr. p. 505. T. 1.

k) id. p. 504. 509. 550. 558.

l) Orat. 4. ſacra T. 1. p. 573. ſeq. 579. ſeq. 590.

m) id. p. 573. σοὶ πρέπουσι λόγοι σιὼ Σωκράτει καὶ Δημοσθένει καὶ Θουκυδίδῃ. Adde p. 595. ubi Platone nihil ſe inferiorem in Epiſtolis ſcribendis innuit. & T. 3. p. 525. ſeq.

n) id. p. 576. Ἔπειτα λέγειν περὶ τῶν λόγων ἐμῶν εἰς ὅσον προβεβηκότες εἶεν, μνησθῆναι μὲν δὴ Πλάτων@ καὶ Δημοσθένους. ἐφ' οἷςπερ ἐμνήσθη ἑκατέρου, ἀκροτελεύτιον δ' ἐπιθεῖναι παρῆλθες ἡμῖν τῷ ἀξιώματι τὸν Δημοσθένη. Adde pag. 596. ſeq.

o) id. p. 590. ſeq ubi immortalem ſibi apud poſteros promittit gloriam, additque ſe ita in eloquentia, ut Alexandrum M. in bellica virtute ſummum culmen attigiſſe, atque ut Pellam Alexandro ita patriam ſuam ſe in lucem edito eſſe gloriaturam & pag. 592. ſeq. 600. Deum ſe appellatum & Theodorum Aſimenem p. 627.

p) Orat 1. ſacr. T. 1. p. 485. Ἐδόκουν γὰρ ὡς ἐπὶ τῇ εἰωθυίᾳ μελέτῃ τῶν λόγων Δημοσθένη τινὰ μεταχειρίζεσθαι· καὶ λέγειν δὴ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ὡς ἐκεῖν@ ὤν.

q) Vide Orat. 4. ſacr. T. 1 p. 581. & 604. 608 T. 3. p. 723. ſeq. Ipſe ad Æſculapium T. 1. p. 598. Δέσποτα Ἀσκληπιέ· εἰ μὲν καὶ ὑπερέχωτὲ λόγοις καὶ παρὰ πολὺ ὑπερέχω, ἐμοὶ μὲν ὑγίειαν, τοῖς ἔπειτα δ' εἶναι ῥήτορσι

promit Aristides Orat. IV. sacra T. I. p. 595. atque habuisse Leonem in medio cœli & Jovi sub leone quadratum stetisse à dextris Mercurium, ambos matutinos. In literis unice se acquiescere testatur passim, præcipue T. 3. p. 724. Irenarcham sive *Φύλακα τ εἰρήνης* à præfecto Asiæ Severo creatum se narrat T. 1. p. 601. per *πόλισμα τ Μυσίας* ibi haud dubie patriam suam Hadrianopolin intelligens. At suscipere illud constanter detrectavit, perinde ut *ἐκλογέως* sive coactoris officium, de quo p. 611. seq & *ἱερωσύνῃ κοινῇ τ Ἀσίας* p. 613. pro qua sacerdotium Æsculapii à Smyrnensibus passus est sibi dari. In patria etiam flaminem Dialem fuisse Suidas auctor est. Ab M. Antonino Imperatore autem & filio ejus *r*) Commodo per litteras oblatam accepit immunitatem, eloquentiæ præmium, quæ illi cum magno honore & *χήματι s*) per omne vitæ tempus fuit confirmata. Quoties diceret auditus est maximo cum applausu (vide T. 3 p. 705. seq.) & sæpe tam frequenti auditorio, *ut nihil præter hominum capita conspiceres, nec vel manum usquam potuisses inserere, ὥστε οὐδὲν ἂν πλεῖν ἀνθρώπων κεφαλὰς ὁρᾶν, κἂν εἰ δι' ἀν τινὸς χεῖρα διώσασας μέσην θάλαμον*, quæ ipsius verba sunt Orat. V. sacra p. 631. itaque auctor vetus *ἐπιθέσεως* in Panathenaicum de alio Aristide juniore recte accipit illud festivum distichon, quo auditorum paucitas Rhetori cuidam hujus nominis exprobatur:

Χαίρετ' Ἀριστείδου τ Ῥήτορος ἑπτὰ μαθηταί,
Τέσσαρες οἱ τοῖχοι καὶ τρία συψέλια.

Salvete Aristidis Rhetoris septem discipuli,
Quaterni parietes, & terna subsellia.

Ælius Aristides M. Antonino quem nona celebravit Oratione, superstes fuit, non item filio ejus Commodo, quo post patrem solo imperante obiit Smyrnæ (an alibi, incertum) sexagenarius vel etiam ut est apud Philostratum septuagenarius. Statuæ ejus qualis in Bibl. Vaticana cernitur, imago ære descripta sedentis & senis admodum, exstat in

Jac.

r) Ἐξ Ἰταλίας ἀφικνῆνται ἐπιστολαί μοι παρὰ τ βασιλέων τῶτε αὐτοκράτορος αὐτῦ καὶ τ παιδός, ἄπλας τε εὐφημίας ἔχουσαι καὶ τ ἀτέλειαν ἐπισφραγιζόμεναι τ ἐπὶ τοῖς λόγοις Ubi observa dici βασιλέα dici Commodum, tantummodo adhuc Cæsarem, nondum Imperatorem. T. 1. p. 602. Immunitas illa perpetua fuit, ut patet ex p. 604.

s) id. p. 610.

Jac. Gronovii V. C. Thesauro Antiquitatum Græcarum, Volumine tertio.

V. Scripta Aristidis edita.

1. Εἰς Δία, ὕμνος καὶ μέτρον, Oratio Eucharistica pulcherrima ac plena pietatis ad Iovem scripta ex voto, cum ex magna tempestate servatus fuisset. T. 1. p. 1. (Gr. f. 97. lat. f. 1.)

2. Μαντικὴ Ἀθηνᾶ, * In Minervam divinatricem (quæ πρὸς παρ' ἀμφοτέρων βασιλέων, M. Antonino & Commodo ipsi prædixerat p. 30.) Oratio ex precibus & hymno mixta, qualem per somnium dicere sibi visus fuerat, T. 1. p. 16. (Gr. f. 70. Lat. f. 5.) Alius fuit hymnus in Minervam, cujus prima verba ἵκεσθε περγάμῳ νέοι, affert Aristides oratione IV. sacra T. 1 p. 586. Quoniam vero in hac Oratione cum Deam celebrasset sub extremum de se quædam subjungit, eam ob rem à nescio quo reprehensus purgat se rectèque sese laudasse contendit infra Orat. 49. professus p. 661. se τῇ θεῷ σὺν τῇ θεῷ λόγον ποιήσαι, & p. 665. οὐχ ὅδ' αὖδ θεὸς τάδε μαίνεται, ἀλλὰ παρόσης τῆς Ἀθηνᾶς.

3. Ἰσθμικὸς εἰς Ποσειδῶνα, Isthmica in Neptunum Oratio T. 1. p. 31. (Gr. f. 101. Lat. f. 10.) dicta in Isthmiis Neptuno sacris, unde Corinthum laudans p. 40. seq Græciæ vocat ἀγορὰν καὶ κοινὸν πανήγυριν non διὰ δυοῖν ἐτῶν *tertio quoque*, ut fieri consueverat, *anno* sed semper & quotidie frequentandum, urbemque Veneris, cui inter omnes urbes palma pulchritudinis, non minus quam inter Deas Veneri olim tribuenda sit. De Leucothea & Palæmone quoque subjungit nonnulla, felicitatem denique precatus βασιλεῦσι τῷ μεγάλῳ καὶ γῇ καὶ ξύμπασι τούτοις, καὶ γῇ τῇ τῶν Ἑλλήνων.

4. Διόνυσος. In Bacchum Oratio, quem laudare à Baccho in somnis jussus fuerat, T. 1. p. 81. (Gr. f. 72. Lat. f. 16.) Nonnulla hujus Orationis loca illustrat Jo. Tristanus in explicatione vasis antiquiquo Bacchi sacrorum symbola affabre sculta exhibentur, T. 2. Historiæ Imperatorum è numis priscis illustratæ. Meminit Aristides

* Hunc titulum reperio in edit. Græca Juntina, licet in Græcolat. vocabulum Μαντικὴ est omissum.

ſtides ὕμνων τε καὶ λόγων in Bacchum ab Orpheo, Muſæo & antiquis legumlatoribus pridem compoſitorum.

5. Ἡρακλῆς, Herculis laudes, quas in Apollinis veſtibulo dicere ſomnians ſibi viſus fuerat, T. 1. p. 56. (Gr. f. 164. Lat. f. 17.) Pæanis p. 64. memorati cujus initium ἰὴ παιὰν Ἡρακλες Ἀσκληπιὲ, mentio etiam Orat IV. ſacra T. 1. p. 587. Sed ille intercidit.

6. Ἀλιὰς εἰς Ἀσκληπιόν. In Æſculapium ſermo. T. 1. p. 65. (Gr. f. 97. Lat. f. 20.) Beneficia ſingillatim ſibi ab Æſculapio exhibita prædicat p. 68. ſeq. nec tantum valetudinem ab eo ſibi reſtitutam, ſed etiam ſuppeditatam orationum & carminum materiam & argumenta, ipſaque verba p. 71. effectumque ut in Imperatorum familiaritatem veniret, & in præſentia eorum & Auguſtarum cum applauſu & gratia diceret, p. 72.

7. Ἀσκληπιάδαι, in Aſclepiadas Podalirium & Machaonem quos laudare ab Æſculapio per ſomnium juſſus fuerat.

T. 1. p. 73. (Gr. f. 71. Lat. 23.) Celebrat & Hippocratem p. 79. ex Aſclepiadarum poſteris inclytum, & ſorores illorum p. 82. Ἰασὼ, Πανάκειαν, Αἴγλεω & Ὑγίειαν.

8. Εἰς τὸν Σάραπιν, ad Sarapim à quo ſervatum è tempeſtate ſe memorat, Oratio ſive hymnus Euchariſticus & voto ſcriptus in Serapidis feſto Alexandriæ celebrato.

T. 1. p. 48. (Gr. f. 99. Lat. f. 27.) Negat Poëtarum ſolorum eſſe Diis hymnos facere, ſed dignam hanc quoque & aptam ſermoni (naturali maxime & antiquiſſimo) eſſe materiam. Plura etiam oracula à Diis metro ſoluta edi p. 87. Τὰ δέγε πλείω τῆ Διὰ χωρὶς μέτρου ἡ προμαντις αὐτὴ ἡ ἐν Δελφοῖς, αἱ ἐν Δωδώνῃ ἱέρειαι, Τροφωνίῳ, τὰ ἐξ Ἀσκληπιοῦ καὶ Σαράπιδος ὀνείρατα.

9. Εἰς βασιλέα, Oratio de laudibus Marci Antonini Imp. dicta (Smyrnæ ut opinor) in ἱερωμενίᾳ.

T. 1. p. 101. (Gr. f. 88. Lat. f. 32.) Cum Antonini pietatem juſtitiam, æquitatemque, temperantiam fortitudinem prudentiam & felicitatem celebraſſet, addit votum ut Commodum filium veſtigiis Parentis inſiſtere contingat. Σὲ δ' ὦ παῖ γυναικὸς γυναικῶν, κατ' ἴχνος εἶη βαίνειν τοῦ πατρός. Τοῦτο γὰρ, ὡς ἐν βραχεῖ, πλεῖστον εἰρήσθω.

10. Ἀπελλᾶ γενεθλιακός, in natalem Apellæ, Frontonis F. Apellæ nepotis, ex Quadrati poſteris, nobiliſſimi Pergamenorum, quem una cum tota familia commendat Æſculapio.

T. 2.

T. I. p. 120. (Gr. f. 62. Lat. f. 38)

11. Εἰς Ἐτεωνέα ἐπικήδειος, laudatio funebris in Eteoneum nobilem Cyzicenum, discipulum suum p. 136. in flore ætatis defunctum, ad Cyzicenos.

T. I. p. 133. (Gr. f. 86. Lat. f. 42.) De scolio in Harmodium ad quod p 141. alluditur, dixi supra c. 24. §. 14. n. 4.

12. Ἐπὶ Ἀλεξάνδρῳ ἐπιτάφιος, Epistola de obitu & laudibus Alexandri Cotyaensis ἐν μυχῷ γήρως p. 153. 157. super libris p. 150. extincti. Ad senatum populumque Cotyaënsem.

T. I. p. 142. (Gr. f. 86. Lat. f. 45.) Hic est Alexander ille ex Asclepiadæ scholaGrammaticus πολυμαθέστατος, quem περὶ παντοδαπῆς ὕλης libros 42. scripsisse Stephanus Byz. testatur, ubi de Cotiæo, Phrygiæ civitate Alexandri hujus patria differit. Aristides vero illum p. 143. 159. nutricium, præceptorem (adde T. I. p. 489.) patrem atque amicum suum appellat, & p. 145. seq. 158. celebrat tanquam communem quendam præceptorem Græciæ, communeque eruditionis ταμιεῖον & promtuarium, & qui omnes disciplinas calluisset, atque alios docuisset sine invidia. Libris quos emendavit, nomen semper Alexandri Κοτυαέως adscripsisse testatur p. 151. At Ὁμηρικὴν συγγραφὴν p. 153. potius de Homeri ipsius poëmatis intellexerim, quam cum erudito interprete de Homericis Alexandri Commentariis. Rogat denique in hac Epistola Aristides Senatum populumque Cotyaënsem p. 158. seq. ut uxoris & liberorum Alexandri rationem habere, eosque alere de publico velint. Dolens ipsum morte præreptum, unde scripta quæ Aristides sua ipsi recognoscenda tradere volebat, ἀναγράψαι sive recensere non potuerit, p. 159. Allegatur hic Alexander ὁ Κοτυαεὺς plus simplici vice à Porphyrio in quæstionibus Homericis, ab auctore Etymologici M. & ab Eustathio ad Iliad. λ. p. 803. Cum hoc Alexandro Cotyaensi antiquiorem Alexandrum Cornelium Polyhistorem, patria Milesium qui Syllæ temporibus vixit, perperam confundunt viri docti ut Abraham Berkelius ad Stephanum, & quod miror Jonsius II. 15.

13. Παναθηναϊκός, Panathenaica Oratio, Isocratis * imitatione composita,

* Tzetzes Chil. XI. v. 662. de Isocrate:

καὶ τὸν εἰς Παναθήναια τὸν μέγιστον τῶν λόγων
Ὃν ὥσπερ τὸν νεὼν ἐσύλησεν ὅλον ὁ Ἀριστείδης.

posita, in qua luculenta Athenarum velut totius Græciæ πρυτανεῖα p. 312. laus, petito præcipue argumento ex iis quæ de illis Theopompus, Xenophon, Thucydides & Herodotus tradiderant, & quæ ante tempora ab his descripta contigerunt. T. 1. p. 160. (Gr. f. 4. Lat. f. 51.) Hanc eximiam orationem de qua consules Photium Cod. 246. Aldus Græce edidit ad calcem Isocratis sui Venet. 1513. fol. præmissa veteris scriptoris Græci ὑποθέσει sive argumento, quod varia nos docet quæ alibi frustra quæras, & ex quo licet non nominato pleraque hausit doctissimus Canterus in sua ad Aristidem præfatione. Illius argumenti pars tantummodo extat in editione Græca Aristidis Florentina, sed in Latina & Græcolatina plane est omissum. Recudi itaque curavit Græce Laur. Normannus V.C ad calcem Orationis Aristidis in inepte exultantes Sophistas Upsal. 1688. 8. Auctor nec ineruditus nec inelegans vocatur ab Allatio de patria Homeri c. 12. Lambecius autem & Nesselius qui eam repererunt in Codice Cæsareo, tribuunt *Sopatro* Sophistæ Apameensi, sed non innuunt ex Codicis MS. fide se hoc facere. Itaque adhuc licebit dubitare num auctor sit Sopater ille Jamblichi discipulus. Scholiasten MS. Græcum in Panathenaicum Aristidis laudat Fulvius Ursinus ad Simonidis fragmenta p. 331. In illo argumento inter alia legas Aristidem, cum Panathenaicum Athenis dicere vellet, prohibitum fuisse ex invidia ab Herode Attico, cujus tum magna erat auctoritas, quod & gratia valeret apud Imp. M. Antoninum, & oratorio throno apud Athenienses præsideret, itaque dolo contra invidiam usum aliam quandam Panathenaicam exilem & ineptam Herodi tanquam recitandam obtulisse, atque eo pacto veniam dicendi consecutum, præstantissimam hanc cum summa laude pronunciasse. Istam addita Canteri versione H. Stephanus quoque eximiæ suæ Isocratis editioni adjunxit A. 1593. fol. Areopagitici judicii laus occurrit T. 1. p. 185. seq.

14. Εἰς Ῥώμην Laus urbis & Imperii Romani disertissima, dicta Romæ ex voto, cum ex itinere incolumis evasisset.

T. 1. p. 344. (Gr. f. 79. Lat. p. 108.) Græce hanc quoque Orationem Aldus Isocrati subjecerat, Venet. 1513. fol. & cum Canteri versione H. Stephanus A. 1593. fol. Latine vertit ante Cante-

rum *Scipio Carteromachus* Florent: 1519: 8: Collatione præcipue Perſici & Græci Imperii Ariſtides oſtendit Romano nihil unquam par fuiſſe, nihil ſecundum: & in extrema oratione p. 398. Imperatorem præſentem (M: Antoninum) ait tantum præſtare aliis ante ipſum Imperatoribus, & Parente (Antonino Pio) quantum cæteros ille anteeat. Et habere Imperii κοινωνὸς οἰκείους παῖδας ὁμοίους ἑαυτῷ, πλείους ἢ τ πρὸ αὐτοῦ τις, quibus verbis ad Verum generum, & filium Commodum reſpicit.

15, Σμυρναϊκὸς πολιτικός in laudem Smyrnæ oratio.

T: 1. p: 400: (Gr: p. 69. Lat: p: 126.) Neſcio unde habet Canterus, coram Impp. Antonino & Commodo habitam eſſe, cum ex p: 411. aliud colligi videatur.

16. Παναγυρικὸς ἐν Κυζίκῳ πρὸς ᾧ ναῷ, Panegyricus extemporalis in laudem Cyzici, urbis, jubente per ſomnium Æſculapio (ut ipſe refert p. 412. & Orat. quinta ſacra T. 1. p. 623. ſeq.) dictus in dedicatione magnifici templi Cyziceni.

T. 1. p. 412. (Gr. f. 60. Lat: f: 130.) Obiter p. 423. ſeq. laudat M. Antoninum, quod Imperii conſortem ac participem fratrem Verum adſciverit, ὦ θαυμαστὸν ᾧ μηδὲν δεομένῳ βασιλεύειν εἰ μὴ σὺν τῷ ἀδελφῷ. p. 424. De itinere ſuo Cyziceno vide ſi placet quæ tradit Ariſtides T. 1. Orat. V. ſacra p: 634. ſeq.

17. Εἰς τὸ Αἰγαῖον πέλαγος in laudem Ægæi maris Oratio, quam cum ex Italia per illud domum reverſus eſſet, compoſuit.

T. 1. p. 432. (Gr. f. 99. Lat. f. 137.)

18. Εἰς τὸ φρέαρ τὸ Ἀσκληπιοῦ, Laus putei ſacri Pergameni in templo Æſculapii.

T. 1 p: 440. (Gr: f. 64. Lat: f: 139.) Inter alia refert hujus putei aquam cœcis viſum, mutis ſermonis uſum reſtituiſſe, & aliis gravitſimis malis homines levaſſe p. 446. Πολλοὶ μὲν δὴ τούτῳ λελοιπότες ὀφθαλμοὺς ἐκομίσαντο, πολλοὶ δὲ πόντιος στέριον ἐάφησαν καὶ τὸ ἀναγκαῖον πνεῦμα ἀπέλαβον. τὸ δὲ πόδας ἐξώρθωσε, τῶν δὲ ἄλλο τι. Ἤδη δέ τις πὰν ἐξ ἀφώνου φωνὴν ἀφῆκεν, ὥσπερ οἱ τ ἀπρήκτων ὑδάτων πόντος μαντικοὶ γινόμενοι. Τοῖς δὲ καὶ αὖπὶ ἀρύεσθαι αὖ ἄλλης σωτηρίας καθίσηκε.

19. Ἐλευσῖνι, Querela de templo Cereris in Eleuſine incenſo atque exuſto.

T: 1. p: 448. (Gr: f. 68. Lat. f. 142)

20. Μονῳδία ὑπὲρ Σμύρνης, Deploratio Smyrnæ, terræ motu A. C. 178. obrutæ.
T. 1. p. 455. (Gr. f. 64. Lat. f. 144.) Ariſtides ipſe Æſculapii monitu illo tempore urbe exceſſerat, ut ſcribit T: 1. p:462. 562. & T: 2. p:292. De illo terræ motu confer ſi placet Tillemontii Hiſt. Imperatorum T: 2. p:686. ſeq: Hoc porro loco ſequi debebat quæ infra num: 41. exſtat Ariſtidis Epiſtola ad Imperatores pro Smyrna inſtauranda, & cujus meminit T: 1. p.461.473.

21. Παλινῳδία ὑπὲρ Σμύρνης καὶ τῷ παύτης ἀνοικισμῷ, Epiſtola ad Græcos qua reſtaurationem Smyrnæ gratulatur. T: 1. p. 460. (Gr. f: 66. Lat. f: 146.)

22. Προσφωνητικὸς Σμυρναϊκός. Gratulatio de Smyrna poſt terræ motum inſigniter reſtaurata.
T: 1. p: 472. (Gr: f:67. Lat: f. 150.) Scripta ad Commodum Imp: M: Antonino jam defuncto, unde p:473. τὰ μὲν ἂν παλαιὰ μέμνησαι καὶ τὴν πρώτην ἀκόσις δέχει, ἀλλὰ τὰ παρὰ σωῆρχες &c. Hanc quoque p. 478. παλινῳδίαν vocat, τοιάυτη τις ἡμῖν, inquit, τὴ τύχης ἡ περὶ τὴν πόλιν γέγονε παλινῳδία. Quod porro ad Smyrnæ laudem inter alia memorat * Homerum ex ea ortum (confer Allatium de patria Homeri c: 12.) in ejus partem laudis venit & ipſe Ariſtides à Smyrnæis donatus civitate, atque adeo illi velut patriæ, futurus ornamento, unde Æneas Gazæus Epiſt. 18. ἔγω Σμυρναῖος Ὅμηρος, Ἀριστείδης κοινωνείτω τὴ φιλοπμίας. Et Epigramma Vetus:

Νεῖκος Ἀριστείδης Ἰάδων κατέπαυσε πολήων
Τὸ πρὶν Ὁμηρείης εἶχον ὑπὲρ ἠϊόνες.
Φασὶ δὲ πᾶσαι, Σμύρνη τέκε θεῖον Ὅμηρον,
Ἡ καὶ Ἀριστείδεω ῥητορα γειναμένη.

23. Ἱερῶν λόγων sacrorum ſermonum primus T: 1. p. 479. (Gr. 167. Lat. 154)
24. ſecundus T: 1. p: 511. (Gr. f. 170. Lat. f. 164.)
25. Tertius T: 1. p:546. (Gr: f: 174. Lat: f: 175.)
26. Quartus T: 1. p. 568. (Gr. f. 176. Lat: f: 183.)
27. Quintus T: 1. p. 617. (Gr: f: 180. Lat: f: 199.)
28. Sextus ſive ſexti fragmentum T. 1. p. 646. (Gr. f. 183. Lat. f. 208.) Hunc enim poſtremum ex ſacris ſermonibus inexſpecta-

to

* Hic eſt: Σμυρναῖος πρωτὴς T. 2. p. 306.

to correptus morbo morteque, perficere Aristides non potuit. Græcum scholion ad Ptolemæi Harmonica III. 14. ὁποῖον καὶ Ἀριστείδης ὁ ῥήτωρ ἐπεπίνθη, τὸν δὲ πλοῦτον τ ἱερῶν λόγων ἀπὸ πλειόνων οὐκ ἔφησεν δεῖ ἐκεῖνο, ἐτελεύτησεν δὲ πρότερον, πόσῳ χρησιμώτερον ἀποστοκήτῳ. inscripsit autem *sacros* hos sermones, quia præcipue continent narrationem de ratione qua ante multos annos (vide Orat. 3. Sacram T. 1. p. 565.) per varia somnia curam Aristides gesserint Dii, inprimis Æsculapius, in morbo decem annorum. (Orat. 4. sacra T. 1. p. 568.) Quanquam & itinerum suorum historiam & alia de se in iisdem auctor perstringit, unde Philostratus ἱερὰ isthæc βιβλία ait esse quasdam veluti Ephemerides de Aristidis vita, lib. 2. Vit. Sophistar. c. 9. n. 1. Meminit Aristides ipse Orat. in Æsculapium T. 1. p. 67. 71. Salvius Consul qui memoratur Orat. 2. p. 515. fasces gessit A: C: 175. Anno 15. M. Aurelii Imp. Dicuntur itaque hi libri λόγοι ἱεροὶ, quod sermones cum Deo contineant, ut docet Tom. 3. pag. 670.

29. Περὶ τ πέμπειν βοηθεῖν τοῖς ἐν Σικελίᾳ, Suasoria ad Athenienses pro auxiliis novis Niciæ mittendis, * cum Syracusas in Sicilia obsideret, Olymp. XCI. 3. & non revocanda classe.

T. 2. p. 1. (Gr. f. 36. Lat. f. 209.) Hujus Orationis suæ præcipua argumenta repetit Aristides, Analyseos exemplum quoddam traditurus lib. de dictione Civili p. 314. seq.

30. Εἰς τὸ ἐναντίον, Σικελικὸς β'. Suasoria de auxiliis Niciæ missis iterum revocandis.

T. 2. p. 27. (Gr. f. 38. Lat. f. 217.) Hæ duæ orationes apud Philostratum p. 584. inscribuntur, οἱ βουλόμενοι περὶ τ ἐν Σικελίᾳ, atque referuntur inter eas è quibus imprimis, quantus fuerit Orator Aristides, appareat. Illas perditis male accensuit præstantissimus Canterus, ut viris eruditis Laur. Normanno ad Orat: in inepte exultantes Sophistas, & Godfrido Oleario ad Philostrati vitas Sophistarum pulchre observatum.

31. Ὑπὲρ τ πρὸς Λακεδαιμονίων εἰρήνης, Ad Athenienses pro pace Lacedæmoniis concedenda post cladem ad Pylum, ** Spartanorum classi & exercitui illatam Olymp. LXXXVIII. 3.

T. 2. 56. (Gr. f. 41. Lat. f. 226.)

32.

* Confer Thucydidem VII. 8. seq.

** Vide eundem IV. 15. seq.

32. Ὑπὲρ τῶν πρὸς Ἀθηναίους εἰρήνης, Ad Lacedæmonios pro pace Athenienſibus concedenda, neque evertendis ex Thebanorum ac Corinthinorum ſententia Athenis, *** cum à Lacedæmoniis duce Lyſandro devictæ eſſent Olymp. XCIV. 1.

T. 2. p. 72. (Gr: f: 43. Lat. f. 231.)

33. Λυκτρικὸς ὑπὲρ Λακεδαιμονίων, α'. Suaſoria ad Athenienſes pro juvandis Lacedæmoniis, poſtquam in Leuctrica pugna à Thebanis Olymp. CII. 2. graviter victi fuiſſent.

T. 2. p. 85. (Gr. f. 22. Lat. f. 236.) Confer Xenophontem libro VI. rerum Græcarum p. 609.

34. Λυκτρικὸς ὑπὲρ Θηβαίων, α'. Ad eosdem Athenienſes pro juvandis poſt Leuctricam pugnam Thebanis, ad Lacedæmonios funditus delendos.

T. 2. p. 123. (Gr. f. 26. Lat. f. 248.)

35. Λυκτρικὸς ὑπὲρ Λακεδαιμονίων, β'. Suaſoria altera pro Lacedæmoniis juvandis.

T. 2. p. 164. (Gr. f. 30. Lat. f. 260.)

36. Λυκτρικὸς ὑπὲρ Θηβαίων, β'. Suaſoria altera pro juvandis Thebanis.

T. 2. p. 182. (Gr. f. 32. Lat. f. 266.)

37. Λυκτρικὸς ἐ, ὑπὲρ τῶν μηδετέρους βοηθεῖν, nec Lacedæmoniis nec Thebanis auxilia mittenda eſſe.

T. 2. p. 199. (Gr. f. 33. Lat. f. 272.) Auctor antiquus ὑποθέσεως in has quinque orationes, admirationi eas fuiſſe teſtatur, θαυμάζων ὅ πάνυ ἐπί τε τῇ δεινότητι καὶ τοῖς ἐπιχειρήμασιν.

38. Φιλίππῳ δίοδον αἰτοῦντι διὰ Βοιωτῶν ἐπ' Ἀθηναίους, ἤκουσιν Ἀθηναῖοι εἰκόντες ἑαυτοὺς εἰς συμμαχίαν διδόντες. Philippo Olymp. CX. 3. per Bœotiam * tranſitum in Atticam petenti Athenienſes Thebanis ſuadent belli ſocietatem ſecum inire, & auxilia ad Philippum repellendum offerunt.

T. 2. p. 220. (Gr. f. 44. Lat: f. 279.)

39. Πρὸς Θηβαίους περὶ τῆς συμμαχίας. Ad belli ſocietatem à Thebanis cum Athenienſibus adverſus Philippum Regem ineundam, ſuaſoria altera.

T. 2. p: 247. (Gr. f. 47. Lat. f. 287.)

40. Συμβουλευτικὸς περὶ τοῦ μὴ δεῖν κωμῳδεῖν. Ad Smyrnenſes ſuaſoria de

*** Vide Xenophontem lib. 2. rerum Græcarum, p. 460. ſeq.

* Diodor. Sic. lib. XVI p. 475.

de Comœdiis abrogandis, quarum maledicta & in verbis ac geſtibus turpitudinem bonis moribus (juvenum præcipue) ac pietati & ſanæ menti inimicam graviter perſtringit.

T. 2. p. 274. (Gr. f. 84. Lat. f. 296.) Hæc oratio ſeparatim etiam lucem vidit Græce & Latine Lugd. 8. *non decere in feſtis Deorum, convitiis vel infamibus Comœdiis uti.*

41. Ἐπιστολὴ περὶ Σμύρνης, Epiſtola, de Smyrna terræ motu everſa, ad Imperatores Marcum Antoninum & Commodum ſcripta A. C. 178. Αὐτοκράτορι Καίσαρι Μάρκῳ Αὐρηλίῳ Ἀντωνίνῳ Σεβαστῷ, καὶ Αὐτοκράτορι Καίσαρι Αὐρηλίῳ Κομμόδῳ Σεβαστῷ, Αἰλιος Ἀριστείδης χαίρειν.

T. 2. p. 289. (Gr. f. 65. Lat. f. 301.) Hæc reponi debebat ſupra poſt num. 20. Cæterum Imperatorem Antoninum usque adeo permovit, ut lacrymas continere non potuerit, & inſtaurationem Smyrnæ ſerio cogitarit curaritque. Vide Philoſtratum f. 582. edit. Lipſ. & auctorem περὶ θεσπεσίων in Panathenaicum.

42. Περὶ ὁμονοίας πρὸς πόλεσιν, Suaſoria ad civitates Aſiæ, Pergamum, Smyrnam, Epheſumque ut concordiam colant, nec de primatu inter ſe contendendo, mutuum ſibi afferant exitium exemplo Athenarum & Lacedæmonis, quæ donec concordes fuere, Perſas valuerunt profligare, ſummaque auctoritate, opibus ac felicitate uſæ ſunt, ſimulac vero inter ſe & cum Thebanis contendere cœperunt de principatu, ſibi & Græciæ ſervitutem contraxere. Præcipue p. 329. monet contentionem eſſe de mera umbra, cum omnes tamen ſubſint Romanis, & Imperator ipſe M. Antoninus p. 335. per edictum concordiam illis commendaverit. Exempli quoq; loco illis p. 337. proponit τοὺς πάντα ἀρίστους βασιλεῖς M. Antoninum & Verum, ſumma concordia tam vaſtum moderantes imperium.

T. 2. p. 297. (Gr. f. 160. Lat. f. 304.) Confer gemini argumenti Dionis Chryſoſtomi Orationes XXXVIII.---XLI. & Philoſtratum vita Polemonis Sophiſtæ c. 2. p. 531.

43. Ῥοδιακὸς ad Rhodios poſt Rhodum terræ motu graviſſime afflictam ac tantum non deletam (vide p. 345. 366.) pro urbe reſtauranda.

T. 2. p. 340. (Gr. f. 75. Lat. f. 317.) Perquam diſertam hæc Oratio continet deſcriptionem urbis quam pulchra ante cladem illam

lam fuerit, ac p. 349. ſq elegantem & graphicam hypotypoſin everſionis per terræ motum factæ. In Imperatoris (Antonini Pii) gratia magnam ſpem ſe habere repoſitam innuit p. 368. quemadmodum & Julii Capitolini & Pauſaniæ teſtimoniis conſtat ab Antonino Pio iterum inſtauratam eſſe. Vide Meurſii Rhodum lib. 2. c. 14.

44. Ῥοδίοις περὶ ὁμονοίας. Ad Rhodios libellus ſive Oratio ab abſente transmiſſa quâ ad omittenda diſſidia, iram invidiamque deponendam, & colendam concordiam eos graviter hortatur.
T. 2. p. 374---402. (Gr. f. 73. Lat. p. 328.)

45. Πρὸς Πλάτωνα περὶ Ῥητορικῆς, λόγος α'. Contra Platonis Gorgiam pro Rhetorica, Oratio prima.
T. 3. p. 1. (Gr. f. 106. Lat. f. 345.)

46. Πρὸς Πλάτωνα περὶ Ῥητορικῆς, λόγος β'. adverſus Platonem quem p. 192. τὸν Ῥητόρων πατέρα καὶ διδάσκαλον appellat, pro Rhetorica Oratio poſterior.
T. 3. p. 130. à verbis: ἐπεὶ ἦ καὶ Μιλπάδα &c. (Gr. f. 118. Lat. f. 375.) Hanc diſtinctionem in duas orationes, quam rejicit Canterus, teſtimonio ſuo diſerte comprobat Ariſtides ipſe pag. 183. & Photius p. 680. qui ex quatuor hiſce Platonicis Ariſtidis orationibus ampla excerpta refert Cod. 247. tum Codex Cæſareus teſte Lambecio & Neſſelio. In editione Græca Ariſtidis Florentina his orationibus præmittuntur antiqui ſcriptoris Græci ὑποθέσεις ſive argumenta, quæ in editione Latina & Græco Latina deſiderantur. In illis Syneſii, Theonis & Sophiſtæ alterius Athenienſis mentio. Itaque auctor non poteſt eſſe Sopater Apameenſis, Jamblichi diſcipulus, uti Lambecio & Neſſelio perſuaſum.

47. Πλατωνικὸς γ', πρὸς Καπίτωνα, ad Capitonem Platoni addictiorem Oratio Platonica tertia, qua injuriam ſe Platoni feciſſe vel eum tractaſſe non ſatis reverenter, aut indignius reprehendiſſe negat, variaque colligit quibus Platonem Pericli, Homero & aliis magnis viris ſine cauſa inſultaſſe oſtendit.
T. 3. p. 524. (Gr. f. 124. Lat. f. 509.)

48. Πρὸς Πλάτωνα ὑπὲρ τῶν τεσσάρων, ** Pro quatuorviris, Pericle, * Ci-

** Adde T. 3. p. 130. ſeq 139. ſeq.

* Cimone, Miltiade & Themiſtocle, adverſus illa quæ in eodem Gorgia de illis diſſerit Plato.

T: 3. p: 193. (Gr: f: 127. Lat: p: 405.)

Περικλῆς T: 3. p: 196. (Gr: f: 128. Lat: f: 407.)

Κίμων T: 3. p: 251. (Gr: f: 133. Lat: f: 423.)

Μιλτιάδης T: 3. p: 266. (Gr: f: 134. Lat: f: 427.)

Θεμιστοκλῆς T: 3. p: 293. (Gr: f: 137. Lat: f: 436.)

Κοινὴ ἀπολογία T: 3: p: 368. (Gr: f: 144. Lat: f: 459.) Hanc orationem magnum inprimis Ariſtidi inter Græcos nomen conciliaſſe teſtatur Syneſius in Dione p: 40. Concludit autem illam p: 510. ſeq: gravi invectiva in Sophiſtas ſuæ ætatis melioribus obtrectantes, ipſos omnis veræ virtutis expertes.

49. Αἰγύπτιος. Epiſtola ſive liber lectu dignus de cauſis incrementi Nili, quo opiniones ſive hariolationes aliorum refellit, negatque illud adſcribendum eſſe vel Eteſiis p: 554, 572, 605. aut mari dulci flantibus Eteſiis influenti, quæ Euthymenis Maſſilienſis fuit ſuſpicio p: 596. nivibusve pag: 559. aut aquis ex Africæ & Arabiæ montibus defluentibus, ut Ephoro placuit, p: 586. nec vero imbribus p: 562. nubibusve p: 568. nec Soli (ut Herodotus ſenſit) p: 572, 583, 603. ſed totum eſſe tribuendum magnæ DEI ſapientiæ & providentiæ p: 615. quæ vicarium hunc pluviarum fluvium ſingulari natura donaverit qua inſtar dierum noctiumque vel lunæ creſcat atque iterum minuatur p: 569. cujus rei rationes perinde, ut quod auras non emittit p: 611. & aquæ ejus non facile corrumpuntur p: 612. & πηγαὶ ſive fontes atque origines Nili p: 582. nos lateant.

T: 3. p: 552----617. (Gr: f: 90. Lat: f: 517.) Obiter reprehendit quæ ſcriptores præſtantiſſimi Homerus p: 607. Herodotus p: 575. Pindarus p: 610. De Ægypto † falſa tradidere, teſtatus ſe illam regionem quater totam perluſtraſſe p: 552, 568, 576. & à ſacerdotibus Ægyptiis edoctum p: 615, 608. atque Æthiope quodam τῶν ἐκεῖ ὑδατῶν p: 581.

50. Περὶ ἑαυτοῦ ἐγκωμίου ** De arroganter dicto, ſive Apologia de laude ſui, quam Ariſtidi neſcio quis πφυκὼς ut p: 687. ait, πρὸς τὸ παιδαγωγεῖν, objecerat, & ille variis argumentis

* Adde de Pericle T. 3. p. 539 ſeq.

† Confer quæ de Platone T. 3. p 476.

** Vide de hoc vocabulo T. 3. p. 671. 679.

præcipue vero exemplis magnorum virorum tuetur, veluti probaturus ſuffragio illud Horatii III, 30. Od:

- - . Sume ſuperbiam
Quæſitam meritis - - -

T:3.p:617. (Gr:f:49. Lat:p:538.)

51. Κατὰ τῶν ἐξορχηϑέντων, * in prodentes cauſam ſuam Sophiſtas & Μυστῶν ἔργα χρώντας ἐν τῷ δημοσίῳ p:712. qui auditorum ſuorum gratia ut illis placerent laſcivire ſe & modum excedere dictionemque corrumpere (ἐκβαίνειν τὸ ῥυθμὸν καὶ τὸ ὀρθόν: & ἐξίστασθαι τῆς ἰδέας p:711. profitebantur. Ita enim titulus hujus Orationis interpretandus, non ut Canterus: contra proditores Myſteriorum.

T:3.p:689. (Gr:f:56. Lat:f:562.) Hanc Orationem è MSto Codice velut antea ineditam cum verſione ſua & notis doctiſſimus Vir, Laurentius Normannus vulgavit Uplaliæ 1688.8. titulumque fecit: in inepte exultantes Sophiſtas. Locum ex hac oratione affert Ariſtides ipſe lib: de civili dictione p:312.

52. Πρὸς τοὺς αἰτιωμένους ὅτι μὴ μελετῶν, Apologia ad ignaros auditores à quibus tamen reprehendebatur quod non frequentius declamaret, p: 717. ἀδικεῖν φασί με τὰς μελέτας τῶν λόγων ὐ συνεχεῖς ποιούμενον.

T:3.p: 715----729. (Gr:f: 59. Lat:f:571.) Vide inprimis quæ de ſe p:722. ſeq:

Hactenus editiones Orationum Ariſtidis.

53. Πρεσβευτικὸς πρὸς Ἀχιλλέα, Oratio Ulyſſis nomine ad Achillem ab Agamemnone legati, ſumto argumento ex Iliad: *i.* 225. ſeq: Hanc à Vincentio Obſopoeo acceptam primus Latine vertit & cum contraria Oratione Libanii (T: 1. f: 228. edit: Morelli) Achillis nomine ad Ulyſſem, ex Iliad: *i.* v. 367. ſeq: edidit vir ſummus Joach. Camerarius Hagenoæ A: 1535. 8. additaGræca utriusque loci Homerici paraphraſi. Vertit etiam Canterus f: 337. edit: Latinæ Baſil: licet in Græcolatina & Græca edit: omittitur, unde noviſſime hanc Orationem è MS: velut ineditam antea, protulit & cum verſione ac notis ſuis excudi fecit laudatiſſimus Normannus, Upſal: 1687.8. 54

* Ariſtides T. 3 p. 669. δέδοικα μὲν οὖν μὴ παρὰ κῶφον λέγω, καίτινα τρόπον ἐξορχῶμαι, δεινὸς ἀμυήτῳ τὰ ἱερὰ. & p. 713. Ἀλλὰ καὶ Ἡρακλῆς ἐν Λυδοῖς ὠρχήσατο — μιᾷ γε ἡμέρᾳ καὶ τὸ παιδιᾶς ἕνεκα — ἀλλ' ὑμᾶς ἐν ἅπασιν αἱ θρώπεις ἀπάσας τὰς ἡμέρας ἐξορχουμένους. p 676. ὀρχῶμαι δίπτυχα Synesius Dione p. 40. ὃ μέντοι τοσοῦτον ὁ Δίων ἐξωρχήσατο τὴν ἀρχαίαν Ῥητορικήν

54. [Τεχνῶν ῥητορικῶν] περὶ πολιτικῆς καὶ ἀφελοῦς λόγου, βιβλία β'. Libri duo præclari *de civili & ſimplici dictione*, in quibus civilis dictionis exemplum Demoſthenem, ſimplicis Xenophontem proponit, & præcepta ſua petitis exinde exemplis illuſtrat. Græce primum editi ſunt ab Aldo inter Græcos Rhetores Venet: 1508 fol. Latine verſos edere voluit Canterus, à quo translatum librum de ſimplici dictione vidiſſe ſe teſtatur Leunclavius in Xenophontis vita. Græce caſtigatos à ſe & adnotatis Demoſthenis & Xenophontis locis cum Latina interpretatione ſua & cum animadverſionibus edidit doctiſſimus Normannus Upſal: 1688. 8.

VI. Scripta Ariſtidis deperdita.

1. Δημοσθένους τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐν Ἰνδοῖς ὄντος συμβουλεύων ἐπιθέσθαι τοῖς πράγμασι. *Demoſthenes Alexandro cum eſſet in India ſuadens curſum victoriarum ſuarum proſequi.* Meminit Ariſtides ipſe Orat: 4. ſacra T: 1. p: 575.
2. Δημοσθένης λέγων περὶ ἡγεμονίας. *Sub Demoſthenis perſona oratio de præfectum habenda.* id: p: 576.
3. Ἐπὶ τοῖς μισθοφόροις τοῖς ἀπαιτοῦσι τὴν γῆν, *in mercenarios milites, agrum dari ſibi petentes.* In hac ἀτελὲς ſive exile exordium à quibusdam reprehenſum Philoſtratus p: 583. teſtatur. Argumentum illuſtrat ſcholiaſtes Hermogenis p: 428. μισθοφόροις τισὶν οὐκ ἔχουσιν ἀποδοῦναι μισθὸν, γῆν ἔδοσαν, οἱ δὲ πόλιν ἔκτισαν. Μετὰ ταῦτα χρημάτων ἀπρήσαντες τὸν μισθὸν ἀξιοῦσι δοῦναι, καὶ τοῦ γῆν κομίσασθαι.
4. Λόγος ὑποθαιτούμενος τοῦ τειχισμοῦ τοῖς Λακεδαιμονίοις. *oratio munitionem Lacedæmonis diſſuadens.* ibid.
5. Ψόγος Ἀλεξάνδρου. *Magni Alexandri vituperatio.* Colligas ex eodem Philoſtrato, p: 584. niſi obiter Alexandrum in alia quapiam Oratione Ariſtides perſtrinxit.
6. Ἰσοκράτης τοῦ Ἀθηναίους ἐξάγων τῆς θαλάττης. *Iſocrates ſuadens Athenienſibus ut ſtudium Imperii maris abjiciant*, ib.
7. Πρὸς Καλλίξενον συμβουλεύοντα μὴ θάπτειν τοὺς δέκα στρατηγοὺς, ἐπειδὴ αἰρεθησαν μιᾷ ψήφῳ. *Contra Callixenum qui ſuaſerat decem duces non ſepeliendos, qui uno decreto damnati & ſupplicio affecti erant*, quod cæſorum ad Arginuſas Athenienſium cadavera reliquerant inſepulta. Hermogenes lib. 1. περὶ ἰδεῶν cap: 6. p. 279. Philoſtratus

tus p: 584. Libanius declamatione 37. T: 1. p: 819. laudans Aristidem ὡς καλλιξένῳ.

8 Αἰσχίνης μὴ λαβὼν ὑπὲρ Κερσοβλέπτου τὸν σῖτον, *Æschines ad Cersobleptem* Thraciæ Regulum prodendum *non corruptus* à Philippo. Philostratus, ibid: Hæc oratio oppolita fuit Demosthenì, à quo Æschines illius rei arguitur oratione περὶ παραπρεσβείας.

9 Οἱ φιλίτας ἀπωθούμενοι τὰς σπονδὰς μὴ τὸ κτεῖναι τὰ ἔθνη, *Fœderum communionem recusantes postquam gentiles pacisentium trucidassent*, id:

10 Λόγῳ πείθων Λακεδαιμονίους τοὺς ὀρχηστὰς ἐλαύνειν, *Oratio suadens Lacedæmoniis, ut saltatores expellant.* Libanius Orat: XIX. quæ Aristidi est oppolita, sed cum summa laudis ejus præfatione. T: 2. p: 475. seq:

11 Παναθηναϊκὸς alter Ἀτελὴς καὶ ψυχρὸς, quem loco præstantissimi illius qui exstat, Herodi Attico exhibuit, ut ejus invidiam falleret & ab eo facultatem dicendi de hoc argumento impetraret. Auctor ὑποθέσεως in Panathenaicum Aristidis qui exstat.

12 Ὑπὲρ τοῦ δρόμου, *Oratio de cursu*, cum ab Æsculapio per somnium jussus esset cursu uti. Aristides ipse Orat: IV: sacra Tom: 1. pag: 579.

13 *Secunda & tertia in Æsculapium Oratio.* Tertiæ mentio Orat: IV. sacra T: 1. p: 582.

14 *Laus balnei Cyziceni*, dicta ante suum Cyzico discessum. Orat: V. sacra T: 1. p: 624.

15 Tertia adversus Leptinem Oratio, Demosthenis æmulatione scripta, ut narrat Aristides ipse Orat. tertia Platonica ad Capitonem T: 3. p: 525. seq:

16 Oratio altera tempore pestilentiæ dicta de eo quod non frequentius declamaret: mentio T: 3. p: 717.

17 Ὑπομνήματα de Pyramidibus, Labyrintho & aliis rebus in Ægypto spectatu dignis, quæ in itinere suo mitti in litteras fecerat quæque periisse queritur T: 3. p: 552.

18 Orationes duæ una brevis altera prolixior, de cædendo Critia Tyranno ad Harmodii & Aristogitonis statuas confugiente. Marcellinus ad Hermogenem p: 67. διὸ καὶ Ἀριστείδης λέγων τι, λόγον τοῦτον ἀφ' ἑρμαχέων ἐπλήρωσεν, ὡς ὁμολογουμένου τοῦ δεῖν ἀπελέσθαι τὸν Τύραννον. καὶ οὐδὲν ἔχ ὡς ζήτημα, ἀλλ' ὡς κοινὸν τόπον διεξῆλθεν. Ὁ αὐτὸς δ' Ἀριστείδης ἐν ἄλλῳ λόγῳ ἐμήκυνεν, καὶ μὴ ἀνω-

θαυμαζῆς. ἐν ᾧ τῷ δευτέρῳ τῶν λόγων πεῖσαι ἐθέλησε δεῖξαι.

19 His adde ὑπογραφὰς ὀνειράτων sive uberiores de ſomniis ſuis ab Æſculapio ſibi ægrotanti immiſſis memorias, de quibus T:1. Orat: 4. ſacra p: 579. & Orat: 2. p: 515. Εἰ δέ τις τὰ ἀκριβέστατα γνῶναι βούληθήσεται τῶν γεγονότων ἡμῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὥρα τὰς διφθέρας αὐτῶ ζητεῖν καὶ τὰ ὀνείρατα αὐτά. Καὶ γὰρ ἰάματα παντὸς εἴδους, καὶ διαλόγους τινὰς εὑρήσει, καὶ λόγους ἐν μήκει, καὶ φάσματα παντοῖα, καὶ περιῤῥήσεις ἁπάσας καὶ χρησμῳδίας περὶ παντοδαπῶν πραγμάτων, τὰς μὲν καταλογάδην, τὰς δ' ἐν μέτροις γεγονυίας, καὶ χαρίτων πάντ' ἄξια τῷ Θεῷ, μείζονων ἢ τις ἂν εἰκάσαι. Ex Syneſio de inſomniis p: 155. hoc Ariſtidis opus non abſurde dixeris Πανυκτίδας, ad quem locum Nicephorus in ſcholiis p: 421. σὺν γὰρ τοῖς ἄλλοις βιβλίοις Ἀριστείδης ὁ Ῥήτωρ συνεγράψατο καὶ βιβλίον ἕτερον περιέχον τὸ λεπτὸν τοῦ ὀνείρου αὐτοῦ ὃς ἐν νέσῳ ἑώρα αὐτός.

20 Scripſit etiam πολλὰ μέλη εἰς τὸν Σωτῆρα Ἀσκληπιόν, εἴτε τὸν Ἀίσηπον καὶ Νύμφας καὶ Θερμαίαν Ἄρτεμιν. *Carmina multa in Æſculapium ſervatorem, in Æſepum Myſiæ fluvium, Nymphas & Dianam thermarum præſidem.* Orat: 4. ſacra T: 1. p: 569. ſeq: Μυριάδας γε ἐπῶν οὐκ ἔλαττον ἢ τριάκοντα, tercentena amplius verſuum millia, quibus Æſculapio gratias egit, vide Orat: 2. ſacram T: 1. p: 523. & Orat: 3. p: 548. ubi ſpecimen eorum habes, tum μέλη ſive carmina Γάμον Κορωνίδος * καὶ Γένεζιν Θεοῦ, de Apollinis cum Coronide Phlegyæ filia nuptiis, ex nato ex illa Æſculapio, T: 1. Orat: 1. ſacra p: 505. & Orat: 4. p: 585. & 582. ubi ab Æſculapio ſe πρὸς τῶν μελῶν πίστιν excitatum eſſe ſcribit, & ab Apolline Pæanem in ipſum componere juſſum, cujus initium: Φερμίγγων ἄναξ Παιᾶνα κλήϊσω. Nec minus p: 586. in Panem, Hecatem, Acheloum, cæteros. In Minervam & Bacchum λύζιον, quorum hymnorum itidem initia ibi apponuntur, & in Jovem ipſum & iterum in Bacchum ὀλοκόμιον Mercuriumque, & Smyrnæas Deas &c. Hymnus in Herculem & Æſculapium, cujus initium: Ἰὴ παιὰν Ἡράκλεες Ἀσκληπιέ. id: p: 587. & Orat: in Herculem T: 1. p: 64. Epigrammata quoq; variis donariis quæ Diis dicavit inſcripta à ſe memorat Orat: 4. ſacra p: 589. ex quibus unum hoc in tripode argenteo qui memoriam decem chororum

* Alius fuit Ariſtides, ex cujus περὶ Κνίδου συγγράμματι nonnulla de Coronide profert Scholiaſtes Pindari ad Pythionic. III. f. 196. edit. Oxon.

rum in honorem Æſculapii ab Ariſtide inſtitutorum conſervare debebat, ita ſe habuit:

Ποιητὴς ἀέθλων τε βραβεὺς, αὐξής τε χορηγὸς
Σοὶ τόδ' ἔθηκεν, ἄναξ, μνῆμα χοροστασίης.
Οὐκ ἀφανὴς Ἕλλησιν Ἀριστείδης ἀνέθηκε
Μύθων αἰνέων κύδιμος ἡνίοχος.

21 Omitto quod in ſomnio Ariſtides ſibi viſus eſt dicere *de laudibus Nympharum*, περὶ νυμφῶν ἐπαίνων, ὅτι οὐκ εἶεν θεαὶ χαλεπώτεραι, πάντως ἢ εἶναι γε τῷ ὄντι δοκοῦσιν, αὐτῶν. Orat: 1. ſacra T: 1. p. 493. & ἐγκώμιον ὑγιείας, *de laudibus Sanitatis*. ibid. φιλοσίφαιον ſive φιλησιφάιον Orat: 3. T: 1. p: 559.

22 Ariſtidis Epiſtolæ variæ, ut ad Alexandrum Cotyaënſem quas memorat T: 1. p: 72. Ad Imperatores. T: 1. p: 72. &c.

Interciderunt etiam *Metrophanis* Phrygii Sophiſtæ ὑπόμνημα in Ariſtidem, *Sergii* Zeugmatenſis adverſus Ariſtidem ὑπὲρ τῆς διπολόγων, & *Porphyrii* libri ſeptem in Thucydidis proœmium, contra Ariſtidem, quæ ſingula commemorat Suidas.

VII. Editiones Orationum Ariſtidis.

Græca Orationum LII. Florentiæ ex officina Philippi Juntæ, A: 1517. fol: In hac præter ὑποθέσεις veteris ſcriptoris in Panathenaicum, Leuctricas & Platonicas Orationes habetur p: 155. Λιβανίου πρὸς τὸν μέγαν Θεοδόσιον περὶ τῆς στάσεως, Libanii de ſeditione Antiochena Oratio, quæ in Morelliana edit. Libanii occurrit T: 2. p: 389. In indice orationum quem huic tomo Morellus præmiſit, ait eam ſe depromſiſſe è Germanica edit: Ariſtidis Adrianenſis. Sed cum nulla extet editio Ariſtidis in Germania excuſa, Græcam ſcribere voluiſſe Morellum mihi perſuadeo.

Latina, Baſileæ apud Petrum Pernam 1566. fol: ex erudita & præclara verſione præſtantiſſimi Viri Guilelmi Canteri, qui verſionem ſuam Maximiliano II. Imperatori inſcripſit, Orationibusque Ariſtidis à ſe translatis ſubjecit itidem Latine à ſe redditas *Gorgiæ* orationem in Helenam, *Thucydidis* funebrem in Periclem. *Lesbonactis* hortationem, *Andocidis* de pace, *Herodis* Attici orationem de Rep: *Antiſthenis* orationes Ajacis atque Ulyſſis, *Lyſiæ* contra Eratoſthe-

tosthenem, *Dinarchi* contra Demosthenem, *Alcidamantis* orationem Ulyssis contra Palamedem, & *Gorgiæ* Orationem Palamedis. Denique subjungitur Canteri libellus de ratione emendandi scriptores Græcos, in quo ex Aristide potissimum exempla repetit. Usus est editione Aristidis Florentina ab Arlenio cum MS. collata quam à Jo. Oporino accepit.

GræcoLatina cum Latina versione Guil: Canteri, A: 1608. 8. tribus Voluminibus, oliva Pauli Stephani. In hac nitida nec inemendata editione, cui Gnomologia sive sententiæ insigniores ex Aristide collectæ præmittuntur, subjectæ sunt Variæ lectiones quædam ex Canteri & alio quodam Codice excerptæ. Sed vicissim desiderantur Τπόθεσις Græcæ non contemnendæ veteris scriptoris, (Synesio & Theone tamen quos laudat junioris) in Panathenaicam & orationesPlatonicas, inGræca Juntina editione obviæ, & omissus est præter Guilelmi Canteri notas (quod nollem) marginales, ejusdem libellus de ratione emendandi Græcos auctores, quem Latinæ editioni subjunctum esse jam dixi, & non minus miror prætermissum esse à Jano Grutero, cum in face Artium Tomo tertio libros novarum lectionum Guil. Canteri & Theodori Canteri varias lectiones recudendas daret. Omissæ denique sunt aliorum veterum Oratorum à Guil: Cantero Latine redditæ Orationes.

Editiones singularum quarundam Aristidis Orationum, & librorum de civili ac simplici dictione, supra in recensione scriptorum editorum Aristidis suo loco consignavi. Cæterum opto vehementer ut Clarissimus Vir *Jo. Guilelmus Bergerus*, humaniorum litterarum in Academia Witebergensi Professor digniss. quæ expoliendo insigni huic scriptori in promtu ut audio habet, felicibus auspiciis quamprimum in lucem proferat. Plura Aristidis loca illustrat Ezechiel Spanhemius in Exercitationibus de usu ac præstantia numismatum, & aliis scriptis suis eruditissimis.

VIII. ALII ARISTIDÆ.

Aristides Lysimachi F. Athenienſis, cognomine justus, de quo Plato Theæteto, Thucydides, Nepos, Plutarchus, Suidas &c. Aristi-

des noſter T: 3. p: 146. ſeq: 249, 286, 499. ſeq: 452. ſq: 319. ſq: Ab eo alii etiam ſingularis juſtitiæ ſtudio inſignes viri Ariſtidis cognomento honorati ſunt, ut de Mara quodam ſcribit idem Suidas in μέτριοι, ex Damaſcio in Iſidori vita.

Ariſtides Xenophili filius, & alter junior hoc nomine, quos cum Ariſtide juſto à quibusdam confundi notat Plutarchus in illius vita ſub init.

Ariſtides Athenienſis, quem de animalibus, arboribus & agricultura ſcripſiſſe è Plinio colligit Bernhardus à Mallincrot in paralipomenis ad Voſſium de Hiſtoricis Græcis, nullus eſt, ſed Ariſtides Mileſius à Plinio intelligitur, de cujus ſcriptis Voſſius de Hiſtoricis Græcis, Meurſius in Bibl: Græca & Harduinus ad Plinium videri poſſunt. Fuere autem ἱστορικῶν libri, Γαλατικά, περσικά, Σικελικά & περὶ Κνίδου. Denique laſcivum opus Μιλησιακά quod Siſena olim latine verterat, de quo confer Politian: c: 16. Miſcell: & Nic. Heinſium ad hæc Ovidii 2. Triſt: 443.

Vertit Ariſtidem Siſena, nec obfuit illi
Hiſtoriæ turpes inſeruiſſe jocos.

Ariſtides Eleus Mechanicus, machinæ in hippodromo inventor, cujus meminit Pauſanias in Eliacis poſterioribus p: 504. Idem ut exiſtimo â quo Pythicam & Olympicam palmam reportatam ſcribit p: 490. Sed alius Ariſtides Eleates cujus ſtrategemate Dionyſium deluſum narrat Polyænus VI. c: 11.

Ἀριστείδης ιατρικός, Artemidor: IV. 3.

Ariſtides Quintilianus, de cujus libris de Muſica dixi III, 10, 4.

credimus, *f*) Reip. Athenienſis naufragium, & qui placeret ſibi in magnis opibus vel per nefas corraſis. *g*) Idem tamen teſte Seneca VI. 38. de benefic. damnavit eum qui neceſſaria funeribus venditabat, cum probaſſet magnum lucrum comparaſſe, quod contingere illi ſine multorum morte non poterat. Plurimum valuit Demades auctoritate apud populum Athenienſem per multum temporis, ſed Regum Macedonum potentiæ cedendum ratus, cum à populo durius acta ſua cenſeri intelligeret, contempſit ipſius judicium his verbis: ὅτε ἐαυτῶν ἐστὲ κύριοι ὅτε ἐμοῦ. *Neque veſtri juris eſtis, neque in me jus habetis.* (Suid. in Δημάδ.) Philippo itaque bellum Reip. inferenti præ timore ſe tradidit (Lucian. Tom. 2. pag. 257.) cenſuitque ut pacem cum Rege inirent, non expectatis, quod Phocion prudenter ſuadebat, conditionibus. (Plutarch. in Phocione p. 748.) quin & Epiſtolam ad Philippum ſcripſit & filium ad eum miſit, & decretum fecit, τῷ Φιλίππῳ τοὺς Ἕλληνας ὑπακούειν, *Græcos Philippo parere.* In pugna ad Chæronæam captus ſed liber paulo poſt dimiſſus legationem ad eundem Regem pro reliquis captivis 3090. & in his 1000. civibus obivit, eorumque libertatem impetravit. (Demades ipſe in Orat. Suid. in Δημάδης. Sextus Empiricus 1. contra Grammaticos p. 59.) Alexandro adulatus eum Athenis pro concione ἐψηφίσατο Θεὸν τὸν τρισκαιδέκατον *decrevit tertium decimum adſcribendum inter XII. majores cœlites* ſive Olympios Deos, quod non ferens populus ei indixit multam decem (ita Athenæus VI. p. 251) vel plane centum talentorum (ita Æliani Codices V. 12. Var.) quod merito incredibile viſum viris doctiſſimis. Demades vero de hoc ſimilibusque decretis ſuis ita ſe purgavit: (apud Demetrium §. 301. de elocut.) τὸ τὸ ψήφισμα οὐκ ἐγὼ ἔγραψα ἀλλ' ὁ πόλεμος Ἀλεξάνδρου δόρατι γράφων. *Hanc non ego ſcripſi legem ſed bellum, Alexandri ſpiculo.* Mortuo Rege, Macedonum exercitum Cyclopi excœcato contulit (id. §. 302) cum vero incertus adhuc de illius obitu rumor increbuiſſet, ὁ πεθνηκεν, inquit, Ἀλέξανδρος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὄζει γὰρ ἂν ἡ οἰκουμένη ὑμῶν. *Non mortuus eſt Alexander, Athenienſes, omnes enim terræ odore*

f) Plutarchus in Phocione p. 741. Δημάδης μὲν γὰρ αὐτὸς ἦν ναυάγιον τοῦ πόλεως, ὅτως ἀσελγῶς βιώσας καὶ πολιτευσάμενος, ὥστε Ἀντίπατρον εἰπεῖν ἐπ' αὐτῷ γέροντος ἤδη γεγονότος ἔτι καθάπερ ἱερεῖα διαπεπραγμένα γλῶσσα καὶ γαστὴρ μόνα ἀπολέλειπται. adde p. 751. a. & Pauſaniam Achaicis, p. 547.

g) Plutarch p 755. de muneribus ab Antipatro acceptis meminit & in Apophthegm. p. 188.

cadaveris perfusæ essent (id. §. 300. & Plutarch. in Phocione p. 751.) Dehinc cum regnum Macedoniæ perveniſſet ad Antipatrum, non minus ad nutum hujus Remp. Athenienſem adminiſtravit, ignoſcendum ſibi profeſſus, quoniam ſit πλιτδύμῳ τὰ ναυάγια τ πόλεως *quod naufragia civitatis ſibi eſſent gubernanda.* (Plutarch. Phocione pag. 741. confer p. 753. & præcepta gerendæ Reip. p, 803.) Denique una cum filio *Demea b*) itidem Oratore interfectus eſt à Caſſandro, cum apud eum reperta eſſet Epiſtola ad Perdiccam (Plutarch. pag. 360. vit. Demoſth.) vel Antigonum exarata, qua eum invitaverat ad invadendam Macedoniam, Græciæque regnum ſibi aſſerendum, quod ἐκ παλαιᾶς καὶ σαπρᾶς ῥήμοι *ex vetere ac marcido ſtamine* ſuſpenſum eſſet, ita enim vocabat Antipatrum ætate confectum & cum morbo jam conflictantem. (Plutarch. in Phocione p. 755.) Contigit hoc Olymp. CXIV. 4. Suidas non à Caſſandro ſed Antipatro ipſo interfectum & in lacu Amphipolitano demerſum refert. Ita quod alii narrant de Demoſthene, decem illum talenta à Rege accepiſſe ut taceret, C. Grachus apud Gellium XI. 10. tribuit Demadi. Quod vero Sidonius VIII. 1. Epiſt. Demadem ait fuiſſe Demoſthenis derogatorem, eo fortaſſe inter alia reſpicit, quod Demoſtheni pro Olynthiis dicenti fortiter reſtitit Demades, Suida teſte. Neque amico animo invicem fuiſſe conſtat, tum ex aliis apud Plutarchum in vita Demoſth. tum ex mutuo dicto, quo Demadi clamanti, *ſcilicet Demoſthenes me vult corrigere, ſus Minervam,* ab eo reſponſum fuit: *iſta quidem Minerva nuper in adulterio eſt deprehenſa.* Plutarch. præcept. gerendæ Reip. p. 803. Etiam in Oratione quæ ſub Demadis fertur nomine Demoſthenes arguitur conſilium ſplendidum verbis ſed parum utile dediſſe Athenienſibus, bellum ſuadendo, Δημοσθένης μὲν ἐκύρωσε πόλεμον, καλῶς μὲν τοῖς ὀνόμασιν, σωτήριον δ τοῖς ἔργοις συμβουλίαν εἰσηγαγόμενος τῇ πολίτῃ. Idem Plutarchus in vita Demoſth. p. 850. Demadis extemporalem in dicendo facultatem non dubitat præferre Demoſthenis ſtudio atque apparatui quem ad dicendum attulit, & ibidem ex Ariſtone Chio refert dictum Theophraſti, qui de Demoſthene rogatus ἄξιος, inquit, τ πόλεως *dignus eſt hac civitate Orator:* Demadem autem, ὑπὲρ τὴν πόλιν digniorem civitatis conditione eſſe affirmavit. Demadem præter cæte-

b) Suid. Meminit & Demeæ Oratoris præter Plutarchum in Phocione p. 755. & Athenæum XIII. p. 591. Lucianus in Timone T. 1. p. 149. Alius Demeas gladiatoriæ artis repertor ac Magiſter primus apud Mantinæenſes. Athen. IV. p. 154.

cæteros Atticos facetum celebrat Cicero in Oratore c. 26. unde & plura apophthegmata ipsius à Plutarcho, Stobæo & aliis feruntur, in quibus & illud quod dicebat Draconem leges non attramento sed sanguine scripsisse, ut præter cæteros narrat Tzetzes Chiliad. V. vers. 542. seq. ubi Demades dicitur ῥήτωρ ὠραῖος κάλλει, πολὺ δ' ὡραιότερος ἀποφθεγμάτων λόγοις. Alia ipsius collegit magnus Erasmus libro Apophthegmatum sexto. Sed eodem Cicerone teste nihil scripsit Demades. Ita enim ille in Bruto c. 9. *& is cujus nulla exstant scripta, Demades.* Similiter Quintilianus XII. 10. ait *in agendo clarissimos quosdam nihil posteritati mansurisque mox literis reliquisse, ut Periclem & Demadem.* Ex hoc ipso quod de clarissimo Oratore istud affirmat Fabius, eumque Pericli adjungit, satis apparet loqui ipsum Tulliumque de Demade illo veterum scriptis decantatissimo, non ut erudito Viro Joanni Meursio in Bibl. Attica visum, de Demade altero oratore Suidæ soli memorato, aliis omnibus incognito quem prior adoptaverit. Extat tamen prioris illius Demadis nomine velut post mortuum jam Alexandrum dicta Oratio ὑπὲρ τῆς δωδεκαετίας, sive pro suis per duodecennium proximum gestis Apologia ad populum Athenienſem. Athenienses enim (ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι) non *Olympiadem* alloquitur, ad quam à Demade scriptam esse hanc Orationem Suidas auctor est, parum accuratus auctor. Non abre supposititia videtur Dionysio Petavio quem vide lib. 2: Epist. 7. etsi in illa ex *nauticis salibus*, in forum translatis à Demade, videri possit illud quod ait κρεῖττον ἐπερχόμενον ἐκκλῖναι τὸ νέφος, ἢ φερομένῳ συναπενεχθῆναι τῷ ῥεύματι. Itaque & pro genuina Demadis habetur à Nic. Caussino lib. 1. de eloquentia sacra & profana c. 34. Vossio de natura Rhetoricæ p. 82. aliisque quam plurimis. Græce primum edita fuit ab Aldo Venet. 1513. fol. deinde ab H Stephano 1575. fol. cum aliis oratoribus, denique Græce & Latine à Jano Grutero, Hanov. 1619. 8. una cum Dinarchi, Lesbonactis, Lycurgi & Herodis orationibus. Fragmentum tantum Orationis non Orationem integram ad nos perveniſſe putabat Clariſſ. Neocors eruditis notis ad Suidam, à quo præterea Demadi eidem (præter rem ut existimo) tribuitur Ἰσοχεία Δήλου καὶ τῆς γενέσεως τῆς Λητοῦς παίδων.

XIV. LESBONAX cujus Orationes XVI. Politicas legisse se testatur Photius Cod. LXXIV. antiquior fuisse videtur Viris doctis Lesbonacte Philosopho, discipulo Timocratis Mytilenæo, Po-

tamonis qui Tiberio imperante Romæ Sophiſtam egit patre, de quo vide Lucianum de ſaltatione T. 1. p. 810. Suidam in Λεσβ. & Ποπαμ. & inſcriptionem veterem Græcam quam edidit Berkelius ad Stephanum Byz. in Ἔδεσσα. Lesbonactis Rhetoris vix *duæ Orationes* è ſedecim illis Photio lectis exſtant, *una* perbrevis περὶ ξ πολέμου Κορινθίων ut habet titulus, etſi per totam orationem ne verbulo quidem mentio Corinthi occurrit, ſed Athenienſes in illa inflammantur, ut de Thebanorum ſe ulciſcantur injuriis. *Altera* προτρεπτικὸς λόγος ſive exhortatio inſignis ad eosdem Athenienſes, ut adverſus Lacedæmonios fortiter rem gerant. Niſi vero à juniore Sophiſta viderentur hæ orationes ſcriptæ eſſe, ad tempus belli Peloponneſiaci A. 413. ante CHRISTUM natum, qua ratione hic Lesbonax æqualis eſſet Antiphontis & antiquiſſimorum Græciæ Oratorum. Sed Herodis Attici & aliorum exemplo conſtat Rhetores juniores Atticos (perinde ut de latinis res nota è Seneca & Quintiliano) exercitii cauſſa argumentum ſæpe ex antiqua hiſtoria repetiſſe. Igitur neutiquam neceſſe eſt hunc Lesbonactem antiquiorem haberi illo Mytilenæo, quem πολιτικὰ Φιλόσοφα ſcripſiſſe Suidas teſtatur, etſi eundem eſſe fateor nullis me poſſe certis argumentis demonſtrare. Primus illas duas Lesbonactis orationes Græce vulgavit Aldus Venet. 1513. fol. Inde Henricus Stephanus A. 1575. fol. uterque cum orationibus Ælchinis, Lyſiæ & aliorum. Protrepticum Latine vertit Guil. Canterus & ad calcem Ariſtidis ſui edidit Baſil. 1566. fol. Utramque Græce & Latine, priorem brevem cum ſua, vel Andreæ Schotti ut ſuſpicor, alteram cum Canteri verſione vulgavit Janus Gruterus Hanov. 1619. 8. una cum Orationibus Dinarchi, Lycurgi, Herodis & Demadis. At junior ut exiſtimo fuit Lesbonax Romanus Grammaticus cujus περὶ σχημάτων de figuris Grammaticis ſpiritus & dictionibus exſtat MS. in variis Bibliothecis Galliæ atque Italiæ, & una cum Tiberii, Herodiani, Apoſtolii & aliorum monumentis ſimilis argumenti Græce & Latine A. 1643. vulgare voluit Leo Allatius, neque enim vulgavit, licet edita memorat Labbeus p. 383. Bibl. novæ MSS. qui tamen ipſe vidiſſe ea ſe negat.

CAPUT

CAPUT XXXI.

De Rhetoribus antiquis DEMETRIO, HERMOGENE, LONGINO aliisque.

Liber de elocutione ſub Demetrii Phalerei nomine editus, alterius junioris Demetrii Rhetoris eſſe videtur, qui ſub M. Antonino vixit. 1. *ejus editiones & interpretes.* 2. *Index Scriptorum ab eo allegatorum.* 3. *Hermogenes Tarſenſis.* 4. *Opus illius Rhetoricum quinque ſcriptis conſtans.* 5. *Editiones & interpretes atque Scholiaſtæ Græci editi, inediti atque deperditi.* 6. *Hermogenes alii duodecim.* 7. *Index ſcriptorum ab Hermogene laudatorum.* 8. *Longini περὶ ὕψους liber.* 9. *Ejus editiones & interpretes.* 10. *Alii Longini, ib. Index ſcriptorum ab eo laudatorum ex Clariſſ. Hudſoni editione.* 11. *Scriptorum Longini deperditorum Catalogus.* 12. *Aphthonii Progymnaſmata* 13. *Theonis.* 14. *Index Scriptorum ab Theone laudatorum.* 15. *Rhetores ab Aldo editi.* 16. *Index ſcriptorum in Græcis ad Aphthonium & Hermogenem Commentariis allegatorum.* 17. *Thomæ Galei V. C. Rhetores ſelecti.* 18. *Matthæi Camariotæ Compendium Rhetoricæ.* 19.

I.

DEMETRII PHALEREI nomine exſtat libellus inſignis & lectu dignus περὶ ἑρμηνείας, *de elocutione* ejusque formis quatuor, tenui, magnifica, polita & gravi. Sed facile ſuboluit eruditis hominibus * auctorem ejus non eſſe poſſe veterem illum, cujus Laërtius vitam ſcripſit, Theophraſti diſcipulum, a) *ultimum ex Atticis qui dici poſſit Orator*, ut Tullius & lib. X. cap. 1.

* Franciſco Vavaſſori lib. de ludicra dict pag. 255. Herm. Conringio præfat. ad Epiſtolas ſuas, Joh. Jonſio aliisque.

a) Dixi de illo Demetrio nonnulla lib. 3. c. 11.

1. Quintilianus de Demetrio Phalereo loquuntur. Nam licet nihil habet elegantia, judicio & eruditione illius indignum, multaque paucis docet, tamen ut H. Valesius p. 65. ad excerpta Peiresciana & Tho. Galeus in notis ad Demetrium observavit, sect. 231. laudatur Artemo, qui indicem Aristotelis Epistolarum scripserat, qui quidem longe post Demetrii ætatem vixisse videtur, Sect. 76. Nicias memoratur pictor, qui vixit ætate Regis Attali, ut docet Plinius lib. XXXV. cap. 11. Demosthenem & Xenophontem, à quibus non multum ætate Demetrius Phalereus afuit, ἀρχαίους sect. 77. vocat. De Comœdia sect. 181. non modo tanquam quæ jam sua ætate desiisset loquitur, sed etiam velut ipse non natus Athenis, ἡβίκιζον inquit. Menandri itidem Comœdias quod sect. 197. ait ὑποκείνεσθαι, Philemonis vero legi, vix potest scriptum esse à Phalereo qui Menandri æqualis erat. Postremo sect. 308. laudatur Demetrii ipsius Phalerei vox, qua Crateri Macedonis spiritus contumaciamque notavit. Nec verisimile est ita à se ipso laudatum Demetium Phalereum, cui tamen velut auctori non heri demum vel nudius tertius, sed jam ante aliquot sæcula tributus fuit ille libellus, ut constat ex Epistola Theophylacti, quam inter illas à Meursio editas incassum quæras, sed quam cum Petro Victorio *b*) communicavit è Codice Bibl. Vaticanæ Guil. Sirletus: εἰ ὑπὲρ Περικλέους ἀναδαίζεις, καὶ τὸν δαιμόνιον Ἀριστοτέλη αὐχεῖς; τί τὸν γλῶτταν ἐπίχεις καὶ ἀποπιεῖς σκυτὰ πάτρια; ὁ γὰρ ἐκείνου τὸν κορυφαῖον θιασώτην Θεόφραστον καὶ Δημήτριον, ἂν ὁ μὲν ἀπὸ τοῦ θειότερον φράζειν ἔλαχεν, ὁ δὲ Φαληρεὺς καὶ περὶ ἑρμηνείας λόγον συνταγμάτιον ἀναδαὸν ἐξυύνεγκεν. Ac certe Demetrium auctorem esse non dubito, tot codicum consensu & Ammonii auctoritate permotus, qui commentario in Aristotelis librum περὶ ἑρμηνείας p: 2. ejus meminit his verbis: ὁ γὰρ δὴ καθάπερ Δημήτριος τὸ περὶ λογογραφικῆς ἰδέας βιβλίον συγγράψας, ἢ ἔστιν *c*) αὐτὸ ἐπιγράψας περὶ ἑρμηνείας, ἀξιοῖ καλεῖν ἑρμηνείαν τὴν λογογραφικὴν ἰδέαν. Quoniam vero inter Demetrios celeberrimus facile fuit ille Phalereus, quem in mediocri genere dicendi excelluisse notavit Cicero in Oratore, c. 27. hinc factum ut qui Demetrii alicujus Rhetoris libellus esset, ad Demetrium Phalereum referretur. Igitur assentior clarissimo Viro Johanni Hudsono, qui in præfat ad T. 2. editionis præclaræ Dionysii Halicarnassei, cum monuisset Scholiasten Aristophanis ad Nubes v. 400.

b) P. Victorius præfat. ad Demetrii libellum Florent. 1562.
c) Fortasse leg. ὅτως.

400. (ſive memoria lapſum , ſive quod Dionyſius etiam librum περὶ ἑρμηνείας ſcripſerat & in illo locum Ariſtophanis adhibuerat, quem Demetrii libellus ſect. 150. ab amœnitate commendat) librum περὶ ἑρμηνείας tribuere Dionyſio Halicarnaſſenſi, καὶ σάφα, ἄκρον Ἀθηναίων] χάρις ἐστὶν τίχα ἀλλοτρία, ὡς ἔφη Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασεὺς ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας, hoc judicium ſuum ſubjungit: *Sed utrum Dionyſium noſtrum intelligat an alterum, nam tres fuerunt ex Halicarnaſſo oriundi, (vide Meurſium ad Helladium p: 36:) incertum eſt. Non tamen ignoro librum* περὶ ἑρμηνείας *ſub Demetrii nomine vulgatum Dionyſio noſtro adſcribi à Menagio* (ad Laërtium p. 59. & 222. edit: Wetſten. & anti Bailleti c: 52.) *Iſ. Voſſio* (ad Catullum p: 153. & libro de poëmatum cantu & viribus rythmi p. 91.) *& H. Valeſio* (notis ad excerpta Peireſciana pag. 65.) *Verum cum Demetrios LII. numeret Jonſius* (lib 2. c. 18. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſ:) *quibus addi poteſt Demetrius Halicarnaſſeus à Zenobio in proverbiis (VI: 22.) laudatus, eo magis propendet animus, ut credam Demetrium* quem Alexandrinum Galenus lib. ad Epigenem c. 5. vocat & Laërtius lib. 5. cap. 84. teſtatur ſcripſiſſe τίχνας ῥητορικάς, *aureoli hujus libelli auctorem eſſe, iis rationibus adductus, quibus hanc ſententiam adſtruunt G. Joh. Voſſius* (lib. VI. inſtitut. Oratoriar. cap. 2.) *& Thomas Galeus.* (præf. ad Rhetores ſelectos, qui Marci Antonini ætate vixiſſe obſervat, ita enim ibi legendum pro Antonio. *)*

II. Editiones libri περὶ ἑρμηνείας.

Græce primum vidit lucem edente *Aldo* inter Græcos Rhetores. Venet. 1508. fol. p. 545—573. itaque fallitur Caſelius qui à *Petro Victorio* primum editum affirmat.

Vulgavit equidem Victorius Demetrium bis, ſed diu poſt Aldum, Florentiæ A. 1552. 8. ex Juntæ officina & una cum verſione ſua & inſignibus commentariis, ibid. 1562. fol.

Prodiit etiam Græce Pariſ. 1555. 8. apud Morell: & Argentor. 1556. 8.

Et ex *Joh. Caſelii* recenſione, Roſtoch. 1584. 8. additis in extremo libri Ariphronis Sicyonii pæane in honorem bonæ valetudinis, & Ariſtotelis pæane in Hermeam Atarni tyrannum, ſcolioque Ticreontis Rhodii in vituperationem Pluti. De his tribus dicere me memini lib. 2. c. 15. Cæterum liber de elocutione qui ab eodem Caſelio, ibid. 1585. 4. editus eſt Latine ſub titulo Phalerei,

non eſt Latina interpretatio libri Demetrii, ſed novum ſcriptum illius argumenti à Caſelio compoſitum.

Ex verſione *Marci Antonii Antimachi*, Baſil. 1540. 4. una cum Dionyſii Halic. præceptis de Orat. panegyrica, nuptiali, natalitia & Epithalamiis, atque cum præfat. librorum Polyæni: ſed in hac editione non integer Demetrii libellus occurrit, ſed tantum excerpta de membris & inciſis, de periodis, de componendis Epiſtolis & characteribus dicendi.

Ex verſione Latina *Natalis Comitis*. Venet. 1557. 8. una cum Alexandro Rhetore.

Cum verſione Latina & notis *Stanislai Ilovii*. Baſil. apud Oporin. 1557. 8 additis Dionyſii Halic. quibusdam Opuſculis ab eodem Ilovio Latine translatis. Falſus igitur fuit præſtantiſſimus Caſelius etiam in hoc, quod a nemine ante ſe in Germania Demetrii librum editum exiſtimavit.

Ex verſione & cum ſcholiis *Franciſci Maslovii*, Patav. 1557. 4.

Cum verſione Victorii, & ſectionibus ejusdem in contextu, & Panigarolæ ad oram libri notatis. Venet. 1645. 4.

Inter Rhetores ſelectos editos à *Thoma Galeo*, Oxon. 1676. 8. primo loco occurrit Demetrii liber cum Victorii interpretatione Græce & Latine, diſtinctus ex ejusdem Victorii edit. in ſectiones 331. additis notis eruditis, quibus præclarus editor hunc ſcriptorem illuſtravit, uſus Codice MS. Cantabrigienſi, & editionibus Victorii, Morelliana & Maslovii:

Petri Angeli Bargæi commentari in Demetrium, quorum meminit Rogerus Aſchamus Epiſtola ad Jo. Sturmium, non viderunt lucem quod ſciam.

Italice, ex *Segnii* interpretatione. Florentiæ 1603. 4. & ex paraphraſi *Franciſci Panigarolæ* Venet. 1609. 4.

III. Index Scriptorum, aliorumq; in libro περὶ ἑρμηνείας memoratorum, concinnatus à me ad ſectiones minores editionum Victorii & Galei.

Ægyptii Deum celebrantes ſeptem vocalibus, 71.

Ænigma (Cleobulines) de cucurbitula, ſect. 102.

Æſchi-

Æſchines Orator, 211.
Æſchines Socraticus, 310, 319.
Alcidamas, 12, 116.
Μυσήια ἐν ἀλληγορίαις, 101.
Anacreon, 5.
Anonymus, 97, 115, 121, 162. & paſſim.
Antiphon, 53.
Antiſthenes, 261.
Archidemus. 34.
Archilochus, 5.
Ariſtippus, 317.
Ariſtophanes, 150, 153, 162.
Ariſtoteles, 11, 28, 29, 34, 38, 39, 41, 81, 97, 116. 128, 144, 155, 158.
Ejus Epiſtolæ, 231, 239, 242. ad Alexandrum 243. ad Antipatrum. 233.
Artemo, ὁ τὰς Ἀριστοτέλους Ἐπιστολὰς ἀναγράψας, 231.
Attici, 117, 181.
Clitarchus, 330.
Κωμῳδικὰ παίγνια καὶ σατυρικά, 143.
Crates Cynicus, 271. Κρατητικὴ πιττική, 172.
Cteſias 218. ſeq. 222.
Demades, 299. ſeq. 304.
Demetrius Phalereus, 308.
Demoſthenes, 11, 31, 257, 259, 262, 265, 284, 287, 296.
Dicæarchus, 135.
Diogenes Cynicus, 272, 273.
Dionyſius, 99.
Διθυραμβικῶν συγκείμενα, 91.
Dores, 180.
Epicharmus, 24.
Euripides, 199.
Gadarenus (Theodorus forte Rhetor) 246.
Gorgias, 12, 15, 29.
Hecatæus Mileſius 12. in principio Hiſtoriæ, 2.
Heraclitus, 196.
Herodotus, 12, 17, 37, 44, 66, 112, 184.
Hippocratis Aphoriſmi, 4, 247.
Hippocrates alius, 225.
Hipponax, 132, 325.
Homerus, 7, 5, 12, 37, 48, 52. 54. 56, 61, ſeq. 84, 107—111, 130, 150, 267, 269, 275.
Iſocrates, 12, 23, 25, 29, 68. 322.
Lacedæmoniorum Epiſtola ad Philippum, 8, 9, 102, 252. Lacones βραχυλόγοι, 7.
Lyſias, 128, 194, 279.
Menander, 197. Ejus Μισούμενος, 154.
Muſici, 178.
Nicias pictor, 76.
Peripatetici, 184.
Φακῆς ἐγκώμιον, 172.
Phidiæ opera ampla ſimul & exquiſita, 14.
Philemon, 197.
Philiſtus, 203.
Φρυγίζειν ἢ σκυθίζειν, 96.
Plato, 5, 37, 51, 56, 80, 184, 186. 211, 225, 235, 279, 306, 309, 319. Epiſtola ad Dionem, 237, 243.
Poëta, 79.
Polycrates, 120.

Praxiphanes, 57.
οἱ γὰῦ ῥήτορες γελοίως ποιοῦσιν, 305.
Sappho, 127, 132. seq. 146, 163, 167. seq.
Σάτυρ@ αἰτὶ τραγῳδίας, 170.
Sophocles.
Sophron, 128, 151. seq. 154, 157.
Sotades, 193.
Theognis, 86.
Theophrastus, 41, 114, 175, 229.
Theopompus, 27, 75, 251, 258. 262.
Thucydides, 25, 39, 40, 44, 45, 48, 49, 65, 72, 113, 184 212. Prælonga ejus Epistola, 237.
Τηλαυγὴς ϑύλακ@, 172.
Timandram accusans, 326.
Xenophon, 3, 6, 19, 37, 80, 85, 90, 93, 98, 103, 121, 131, 134, 137, 139, 156, 184, 204 318.

IV. HERMOGENES Tarsensis Rhetor, Callipi F. nepos forte vel propinquus fuit Hermogenis Tarsensis, quem propter quasdam in Historia figuras, librariis etiam qui eam descripserant cruci affixis occidit Domitianus teste Suetonio c. X. Vix quindecim annos natum auscultavit & admiratus fuit Marcus Antoninus jam Imperator, quem Hermogenes ita allocutus esse fertur: *a)* ἰδὺ σι, βασιλεῦ ῥήτωρ παιδαγωγῦ δεόμ@, ῥήτωρ ἡλικίαν ϖεῖμῶν. *En tibi Imperator Rhetorem qui pædagogo indiget, Oratorem qui annos exspectat.* Musonium quoque Philosophum Hermogenis fuisse auditorem Suidas refert, quod de celebri illo Philosopho Stoico accipere tempus non patitur. Itaque nisi fallit nos Suidas, de alio juniore Musonio hoc sit intelligendum, de quo apud Aristidem Rhetorem mentio. Anno decimo septimo *b)* ætatis scripsit τίχνῶν ῥητορικῶν & anno vigesimo librum de ideis, qui jam pridem in omnium fuere manibus: sed mox anno vigesimo quinto virum defecit memoria, atque adeo dicendi facultas, neque eam recuperasse constat, licet diu post vixit & ultimam senectutem attigit. Itaque contemtui habitus locum dedit Antiochi Sophistæ dicterio: Ἑρμογένης ἐν παισὶ μὺ γέρων, ἐν ϑ γέρουσι παῖς. *Inter pueros senex, inter senes puer.* Mortui in cadavere dissecto cor pilis obsitum *c)* est repertum

a) Philostratus 2. de Sophistis p. 575. cujus verba adducit etiam Sholiastes Hermog. p. 13.

b) Suid. in Ἑρμογένης. & Auctor Vitæ Hermogenis Græce è Codice Barocciano editus à Godfrido Oleario V C. in eruditissimis notis ad Philostratum, p. 577.

c) Hesychius illustris in Ἑρμογ. Plura exempla hominum quorum cor pilosum est repertum, collegit elegantiss. Muretus XII. 10. Var. Lect. Pontanus bellar. Attic. p. 301. & Alexander Tassonus in libro Italice edito cui titulus *pensieri diversi*, lib. VI.

pertum, & majus etiam quam hominum esse solet. Cognomine dictus est ξυσὴρ sive *scalptor* nescio an ideo, quod doceret dictionem scalpello quasi deradere, ut Synesius in Dione pag. 47. dixit τὸ λέξιν καθῆραί τε καὶ ἀποσμιλεῦσαι.

V. Hermogenis opus Rhetoricum quinque constabat scriptis, è quibus ad nos pervenerunt posteriora quatuor. Illud diserte docet nos Jo. Tzetzes Chil. VI. hist. 79. cujus verba adscribam:

Ῥητορικὴν μὲν γίνωσκε τὴν Ἑρμογένους τέχνην,
Τὴν βίβλον Ἑρμογένους ἢ σοφιστικὴν με δ) καλεῖν.
Αὕτη ἢ σοφιστοῦ ῥητορικῆς ἡ βίβλος.
Πέντε βίβλους ὑπάρχει μὲν, εἰς πέντε διαιρεῖται,
Εἴς τε τὰ προγυμνάσματα, στάσεις καὶ τὰς ὑρίσεις,
Ἰδέας καὶ πρὸς μέθοδον δεινότητος σὺν τούτοις.

Idem repetit Chiliad. XI. hist. 369. atque omnium quinque argumenta copiose prosequitur. Exstant igitur:

1. ΤΕΧΝΗ ΡΗΤΟΡΙΚΗ Διαιρετικὴ περὶ στάσεων, *Ars Rhetorica de partitione statuum & quæstionum Oratoriarum* e) in XIV. genera, quam duodevigesimo ætatis anno scripsit, teste Suida, apud quem non duo diversi libri sunt: τέχνη & περὶ στάσεων sed verbis interjectis parenthesi inclusis ambo conjungenda videntur hoc modo: ἔτη ἢ γεγονὼς περὶ ὀκτωκαίδεκα γράφει τέχνην ῥητορικὴν (ἣν μὴ χείρας ἔχουσιν ἅπαντες) περὶ στάσεων, βιβλίον ἕν, vel certe τέχνη est vocabulum generale, universa Hermogenis scripta rhetorica complexum. Apud Eustathium quidem ad Homer. ὁ τῶν στάσεων ἐξηγητὴς est Hermogenes. In hanc τέχνην περὶ στάσεων Commentaria *Syriani, Sopatri* & *Marcellini*, & ex *Porphyrio* pag. 162. & *Epiphanio* p. 192. & *Anonymo* p. 190. 192. fragmenta edita sunt Græce ab Aldo 1509. fol. Librum ipsum Hermogenis Græce

 vulga-

VI. cap. 30. De Aristomene Messenio idem tradit præter alios Dio Chrysost. XXXV. p. 430. de Leonida Plutarchus in parallelis minoribus p. 306. Porro quod ad prægrandem cordis magnitudinem attinet, Aristoteli & Plinio observatum timidissima quæque animalia maximo corde gaudere. Confer Bocharti Hieroz. I. p. 798. & Vignolii Marvillii Miscellanea Histor. & Litterar. T. 1. p. 61. seq.

d) Semper fere in penultimis syllabis versus politici debent habere tonum sive accentum, quandoque tamen hoc negligit Tzetzes, ut VIII. Chil. versu 19.

e) Vide Schol. Hermogenis p. 120.

vulgarunt præterea Parisienses Ao. 1530. 4. & Jo. Caselius Rostoch. 1583. 8.

Latine vertit *Natalis Comes*, Basil. 8.

Paraphrasi interpretatus est *Hilarion Monachus* Ven. 1523. & Friburgi Bisgoiæ 1541. 8. Argentor. 1568. 8. Alteri cui iam Hermogeni tributum hunc librum fuisse à nonnullis testatur Scholiastes Græcus Hermogenis, qui illis neutiquam assentitur, p. 13. Ex eodem p. 15, & 162. colligo *Porphyrium* quoque Commentario illustrasse hunc Hermogenis libellum. Minucianus vero ante Hermogenem de illo argumento scripserat. Vide p. 77. ubi variæ vocabuli στάσις etymologiæ, & definitio p. 78.

2. ΠΕΡΙ ΕΥΡΕΣΕΩΝ *De inventione Oratoria libri IV.* ad Marcum Julium, quem κεφάλαιον appellat. In hos scholia Anonymi veteris Christiani idem Aldus edidit, p. 352—376. in quibus sæpe etiam capitum mentio, ut p. 356, 358, 359, 364. ἐν τῷ ἑνάτῳ κεφαλαίῳ & τρίτα τέμνε μαθήσῃ, &c. Gregorius Theologus laudatur p. 364, 395, 399, 401, 416, 417. Hi quatuor Hermogenis libri cum versione & prælectionibus *Jo. Sturmii*, edente discipulo ejus Johanne Cocino Pesecensi Bohemo prodiere Argentorat. 1570. seq. tribus Vol.

3. ΠΕΡΙ ΙΔΕΩΝ *De formis Oratoriis*, non singulorum quorundam Oratorum, sed universe de formis & characteribus dicendi omnis generis, licet ex Demosthene maxime exempla petiit, *Libri II.* in quos & ipsos commentaria Græce ab Aldo edita exstant nescio cujus auctoris certe non ineruditi atque itidem Christiani, ut ex p. 385. perspicue colligitur, ubi legas χρῖστις γυνάτων & p. 390. allegantur ἐκ τῆς Θείας γραφῆς quædam de serpente protoplastorum seductore. p. 376—415. A Marcellino p. 71. ἰδέα definitur ἐξαγγελία τοῦ λόγου καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ καὶ ὁ χαρακτήρ & p. 74. à Sopatro πίστις τῆς φράσεως. Adde p. 76.

Libri Hermogenis περὶ ἰδεῶν Græce editi separatim cum libro περὶ δεινότητος Paris. 1531. 4.

4. ΠΕΡΙ ΜΕΘΟΔΟΥ ΔΕΙΝΟΤΗΤΟΣ *Methodus apti & ponderosi generis dicendi.* In hunc libellum quem laudat Tzetzes Chil. VIII. hist. 169. brevis commentarius Græce ab Aldo vulgatus exstat, p. 415—417. Non absolutum hoc scriptum ab Hermogene, &

& Minuciano atque Aſſini plurima auctorem debere, notat Matthæus Camariota in compendio Rhetoricæ p. 22.

5. *Priſciani* liber *de XII.* * *præexercitamentis Rhetoricæ* ex Hermogene, (ipſe enim Hermogenis liber intercidit) exſtat in Grammaticis Latinis Heliæ Putſchii p. 1329. & in Rhetoribus Latinis Franciſci Pithoei p. 322. & in variis Priſciani editionibus quas in Bibl. Latina recenſui. Hermogenis Artis & progymnaſmatum Compendium Græce ſcripſit *Matthæus Camariota*, (qui captæ CPoleos temporibus vixit) MS. in Bibl. Reg. Pariſ. Auctor συνοπτικὴς τῶν ἀφθονίου ῥητορικῆς quam ſub ejusdem Matthæi nomine Hœſchelius edidit, & Scheferus deinde vertit ac notis illuſtravit: Τὰ ῥητορικὰ προγυμνάσματα εἰς δώδεκα προείρηται, πρὶν ὁ Ταρσεὺς Ἑρμογένης, εἰς ὕστερον ἢ πᾶσι εἰς δέκα καὶ τέσσαρα παρεξέτεινεν ὁ Ἀντιοχεὺς Ἀφθόνιος. Pluribus hoc docet Jo. Tzetzes Chil. XI. hiſt. 369. Ex his patet non accurate Suidam de *Aphthonio* ſophiſta tradere, eum ſcripſiſſe progymnaſmata in Hermogenis artem. Rectius enim dixiſſet eum in Hermogenis progymnaſmata ſcripſiſſe, eaque magis perſpicue explicaſſe & exemplis dilucidaſſe, quo ipſo factum videtur ut ſervato Aphthonii libro, Hermogenis ille perierit. Perierunt etiam Hermogenis (alterius forte, quem occidit Domitianus) libri II. περὶ κενῆς δυνάμεως, eidem Suidæ memorati in Ἑρμογένης.

VI. Editiones Hermogenis.

Græce ſcripta Hermogenis prodiere cum Commentariis Græcis *Syriani*, ** *Sopatri & Marcellini* in εἴδη & Anonymi Chriſtiani in reliqua Venet. apud *Aldum* 1508. 1509. fol. inter Græcos Rhetoras, 2. Volum. Syrianus p. 63. etiam in progymnaſmata ſcripſiſſe ſe innuit, ἔγνωσαι πολλάκις καὶ ἐν προγυμνάσμασι.

Græce ſine commentariis, adjunctis Aphthonio & Longino, è recenſio-

* Hermogenes in uno progymnaſmate conjunxerat confirmationem & confutationem, in uno quoque vituperationem & laudem. Aphthonius poſtea hæc diviſit, atque ita quatuordecim progymnaſmata propoſuit.

** De *Syriano* hoc qui Procli præceptor fuit, dicam infra lib. V, *Sopatrum* intelligo Sophiſtam ad quem Epiſtola Æneæ Gazæi nona, & cujus eclogas laudat Photius Cod. 161. *Marcellinus* idem mihi videtur cujus vitam Thucydidis habemus.

cenſione *Franciſci Porti* Cretenſis. Genev. 1569. 8. apud Jo. Criſpinum.

Græce & Latine cum verſione Latina *Caſparis Laurentii* Genev. 1614. 8. Titulus commentarios etiam promittit, ſed quos in libro ipſo nullos video.

Editiones & interpretes ſingulorum quorundam Hermogenis librorum ſupra ſubinde indicatos hic nolo repetere. Neque prolixius memorare Rhetores recentiores, ut Georgium Trapezuntium, qui in quinque libris Rhetoricorum ex Hermogene profeciſſe ſe non diſſimulat, & ei viciſſim affundit lucem.

Quæ in Hermogenem ſcripſerunt *Porphyrius*, tum *Metrophanes* Suidæ & Scholiaſtis Hermogenis laudatus, interciderunt: Quemadmodum & Hermogenis ipſius σύγγραμμα περὶ προοιμίων, quod jam Marcellini tempore non extabat, ut teſtatur commentario ad Hermogenis στάσεις p. 176. In Bibliotheca Auguſtiſſimi Imperatoris ſervatur Syntagma MS. expoſitionum variorum auctorum Græcorum in Hermogenis artem Oratoriam, nempe τὸ ὕψος *Longini*, *Jamblichi*, *Syriani* & *Simplicii*: Chriſtianorumque *Johannis Siculi*, *Johannis Geometræ*, *Gregorii* Metropolitæ Corinthi, (Pardi cognomento vide, Labbei Bibl. MS. pag. 104.) *Johannis Doxopatri*, & *Georgii Diaretæ*, ut teſtatur Leo Allatius lib. VII. de Bibl. Vindob. pag. 257. ſeq. ubi ex Allatio de Georgiis p. 321. notat Diæretam dictum ob Scholia quæ in Διαιρέσεις στάσεων dixerat. Idem Allatius memorat p. 1369. *Georgii Pachymeris* μελέτας in Progymnſmata & στάσεις, itemque p. 386. *Georgii Gemiſti* Epitomen MS. in Hermogenis artem aliaque ſcripta Rhetorica, qualem etiam elaboravit *Matthæus Camariota*. *Troili* * Sophiſtæ Prolegomena MSS. in Hermogenis (non Ariſtotelis ut Labbeus p. 110. Bibl. nov. MSS.) è quibus locum affert Langbænius ad Longinum p. 17. manu exarate ſunt in variis Bibliothecis. Jam olim ſcriptor ad Herennium libro & capite primo notavit *Rhetores Græcos, ne parum multa ſciſſe viderentur, ea conquiſiviſſe quæ nihil attinebant, ut ars difficilior cognitu putaretur.*

VII.

* Hic Troilus patria Sidetes, Socratis Scholaſtici præceptor floruit ſæculo poſt CHRISTUM natum quinto. Vide Valeſ. ad Socratem VII. 27.

VII. Fuere & alii Hermogenes, ut 1) Socraticus Hipponinici F. de quo Plato & Xenophon. 2) Clodius Hermogenes, Cic. XIII. ad Attic. Epiſt. 24. 3) M. Tigellius Hermogenes Muſicus & Poëta, quem in ſectatur Horatius lib. 1. ſat. 2. & alibi. 4) Hermogenes Hiſtoricus inter eos qui de Judæis mentionem fecerunt, memoratus à Joſepho 1. contra Apionem p. 1051. cujus locum adduxit etiam Euſebius p. 485. præparat. Forte idem quem ἐν τῷ περὶ Φρυγίας laudat Schol. Apollonii II. 724. 5) Hermogenes quem Vitruvius teſtatur ſcripſiſſe de templo Dianæ, præf. libri VII. 6) Hermogenes Aſpendius, Patrocli ſub Antiocho Seleuci F. legatus, de quo Memnon apud Phot. Cod. 224. 7) Hermogenes derelictor Apoſtoli Pauli 2. Tim. 1, 15. unde Apoſtolicus Hermogenes dicitur à Tertull. c. 1. contra Hermogenem Africanum: *nec ipſe Apoſtolicus Hermogenes in regula perſeveravit.* Hoſtibus divinitatis CHRISTI accenſetur ab Epiphanio hæreſi LI. 6. 8) Hermogenes Africanus auctor Hermogenianorum ſive Materiariorum qui materiam æternam eſſe docebant, confutati à Tertull. libro contra Hermogenem. Aliis Hermogenes iſte videtur dici Hermias. 9) Hermogenes cujus βλάσφημα γράμματα memorat Socrates VII. 12. 10) Hermogenes Rhinocurorum Epiſcopus inter eos qui Neſtorium damnarunt in Concilio Epheſino p. 117. 11) Hermogenes chirurgus & Medicus malus quem perſtringit Lucilius in Græcis Epigrammatibus. 12) Hermogenes Græciæ Pro Cos. ad quem Himerii λαλιὰ Photio memorata. Omitto alios, ut Hermogenem furis nomen apud Martial XII. 29. & de quibus Reinel. pag. 610. Epiſtolar. ad Hofmannum.

VIII. Index ſcriptorum ab Hermogene allegatorum, ad Paginas editionis Genev. 1614. 8.

Æſchines Orator, p. 84, 325, 436, 495, 498, 539. 542. ejus contra Timarchum, 131, 132, 133, 439. adverſus Cteſiphontem, 542.
Æſchines Socraticus, 396, 506.
Αἰτωπικοὺς μύθους & δραματικοὺς finxit Nicoſtratus, 506.
Anacreon, 389.

Andocides, 501.
Antiphontes duo Oratores, Rhamnaſius cujus ſunt λόγοι φονικοὶ & alter Antiphon περὶ μοσχείου καὶ ἐνυπνοκρίτης cujus ſunt: λόγοι περὶ ἀληθείας, καὶ ὁ περὶ ὁμονοίας καὶ οἱ δημοτελικοὶ καὶ ὁ πολιτικός, 496. ſeq.
Archilochi tetrametri trochaici, 383.
Ariſtides juſtus, 7. Ex Ariſtidis Rhetoris Oratione contra Callixenum pro decem ducibus ſepeliendis, 279.
Ariſtophanes in Acharnenſibus, 565.
Callixenus, 279.
Comicum dicendi genus, 562. ſeq.
Critias Orator laudatur p. 497.
Demades legatus miſſus ad Philippum, 93.
Demodocus, 481.
Demoſthenes, 3, 22, 52, 63, 70, 193. ſeq. 418, 419. ſeq. 371. & ſingulis fere paginis. Ejus Epiſtola ὑπὲρ τῶν Λυκόργου παίδων & Epiſtola ὑπὲρ τῶν ἐκποδὼν καθίδου, 444. Oratio contra Ariſtocratem, 128. contra Cononem, 121. pro Corona, 320. contra Leptinem, 216. contra Midiam, 418, 531. in Neæram, 320, περὶ παραπρεσβείας, 129. Philippicæ, 530, 565. contra Timocratem, 131, 196, 442. πρὸς τῷ ῥήτορι apud Demoſth. 442. &c.
Didymus Grammaticus, 496.
Dinarchus, 296, 494. hordeaceus Demoſthenes, 495.
Dionyſius (Halic.) ὃς δοκεῖ περὶ λέξεώς τι πεπραγματεῦσθαι, 371.
Dorica dialectus, 283.
Euripides 226, 227.
Gorgias, 463, 478.
Grammatici, 220.
Hecatæus Mileſius, παρ' ὃν δὴ μάλιστα ὠφέληται ὁ Ἡρόδοτος, 513.
Herodotus, 281, 399, 405, 406, 508, 509, 531. Hecatæo è quo profecit ſuavior, 513.
Homerus Tragicorum parens, 561. poëtarum, Oratorum & λογοποιῶν præſtantiſſimus, 481. in omnibus formis orationis excellentiſſimus tum Poëtarum tum Oratorum, 482. ſeq. Allegatur p. 211, 224, 225, 290, 326, 371, 406, 520, 521, 529, 534, 536, 537, 560, 562. &c.
Hyperides, 420, 491, 498.
Iſæus, 490.

Isocrates, 270, 333, 353, 355, 357, 361, 396, 464, 490, 492. seq. ἐν πανηγυρικῷ, 536.
Leges quædam, 16, 17, 71.
Lycurgus Orator, 500.
Lysias, 352, 420, 461, 462, 478, 490.
Menander Comicus, 223, 383, 399.
Nicostratus Orator, 507.
Pericles, 4, 29, 34, 61, 66, 86, 142, 144, 147, 227, 228, 230, 457.
Pindarus, 285.
Plato, 278, 282, 283, 406, 418, 476, seq. 518, 534, 536. &c.
Polus Orator, 478.
Sappho, 403.
Simonides Theocrito laudatus, 452.
Συμπόσια Σωκρατικά, 565. Platonis & Xenoph, 505, 566.
Solon legislator, 74,
Stesichorus σφόδρα ἡδὺς διὰ τὸ πολλοῖς χρῆσθαι μυθικοῖς, 409.
Theocritus, 283, 388, 389. ἐν Χαρίτων ἢ Ἱέρωνι, 452.
Thucydides, 286, 449, 497, 509, 510, 521, 535, 537, 550, 564.
Xenophon, 404, seq. 410, 412, 503, συμπόσιον, 505, 566, ἀπομνημονεύματα, 530.

IX. *Dionysius* LONGINUS, Suida teste *Cassius* etiam dictus, nepos forte Cassii Longini cujus apud Plutarchum proœmio lib. IX. symposiacon mentio, videtur diversus fuisse à Dionysio Phaselite, *a*) licet Suidas Longinum affirmat scripsisse λέξεις Ἀντιμάχου, & auctor vitæ Nicandri Dionysium Phaselitem allegat ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἀντιμάχου ποιήσεως & περὶ ποιητῶν. Nam ne dicam diversorum hos esse librorum titulos, sane auctor vitæ & Pindari Scholiastes qui itidem Dionysii Phaselitæ mentionem facit, potius notiore nomine Longini eum appellassent. Interim nec satis exploratum est fueritne Emesenus, licet eum Emesenus Rhetor Cornelius Fronto Plutarchi nepos natum ex sorore sua *b*) Frontonide heredem reliquit. Syriaci certe sermonis

a) Eundem cum illo non dubitat esse Vir doctiss. Doctiss. Gerardus Langbænius. Video etiam Dionysium Phaselitem à Clariss. Schurtzfleischio eundem haberi cum Dionysio Charmidæ filio, cujus itidem in scholiis ad Pindarum pag. 381. edit. Oxon. mentio. Sed plures potuerunt esse Dionysii Grammatici, qui in Pindarum elaborarunt, & videtur Scholiastes diserte distinguere alterum hac προσθήκῃ ab Dionysio quem modo Phaselitem, mox omisso Dionysii nomine τὸν περὶ τὸν Φασηλίτην p. 421, nominat.

b) Suidas in Φρόντων.

nis ignarus non fuit, diu verſatus in Phœnicia & Palmyræ apud Zenobiam Reginam, quæ ipſius etiam conſilio ſuperbiorem illam Epiſtolam ad Aurelianum Syriaco idiomate *c*) ſcripſit. Longe maximum autem ſtudium impendit litteris Græcis, & ut omni eruditione pectus imbueret, Athenis, Romæ & ubicunque terrarum, (varia enim loca una cum parentibus ſuis adiiſſe ſe teſtatur) doctiſſimos quosque viros auſcultavit, quorum celebriores nominat in Proœmio libri περὶ πλάθς apud Porphyrium in Plotini vita c. 20. *d*) Ejusdem Plotini judicium de Longino extat, quo *Philoſophum* eum negavit, *e*) *Philologum* eſſe confeſſus eſt, licet multa etiam philoſophici argumenti Longinus ſcripſit, & non perfunctorie in illo quoque ſtudio verſatum ſe eſſe fuit teſtatus: Platonis ſingillatim cultor, cujus natalem ſive Platonia (Πλατώνεια enim non Πλωτίνεια ibi legendum) celebravit teſte Euſebio X. 3. præparat. At in antiquitate omni & humaniore doctrina excellentissimus fuit, nec minus judicii exquiſiti atque κριτικώτατος, qua de re nota ſunt Eunapii & aliorum veterum teſtimonia *f*) Longini libro de quo jam dicturus ſum à viris doctis præfixa. Hinc & in Theophylacti Epiſtola XVIII. ἀπὸ Λογγίνου κρίνειν veluti proverbio dicitur pro male judicare, perperam enim Marinerius Theophylacti verba reddidit ſic: *Tu igitur Longini judicia ne mihi imponas, ne videaris ipſe juxta Longini ſenſum aliquid decernere.* Rectius utique Jac. Tollius vir præſtantiſſ. *Ne mihi igitur Longini cenſuras adtribuas, ne & ipſe nonnullis non ſecundum Longinum judicare videaris.* Certe quemadmodum Ariſtarchi ita Longini nomen pro Critico & erudito cenſore uſurpatum obſervare licet, ut in S. Hieronymi ad Ruſticum Epiſtola 95. *Criticum* * *diceres eſſe Longinum, cenſoremque Romanæ facundiæ.* Inter diſcipulos Porphyrium habuit de quo ſupra dixi, ſed & Zenobia Orientis regina Longino Magiſtro uſa eſſe ad Græcas litteras dicitur, Vopiſco teſte in Aureliani vita c. 27. Hæc Zenobia quæ poſt Odænathum Regem Palmyrenorum maritum ſuum A. C. 267. occiſum, regni molem in ſe ſuſceperat, finesque adjecta

c) Vopiſcus in Aureliano c. 27.

d) ſupra p. 127 ſeq.

e) Porphyr. vita Plotini c. 14. ſupra p. 116 ubi Longinus ettam à Porphyrio φιλαρχαιότατος appellatur, puto enim falli eos qui hoc nomen proprium eſſe putant neſcio cujus Philoſophi.

f) Teſtimoniis veterum de Longino addendus inſignis locus Procli in IV Platonis de Rep. p. 415 ubi ex Porphyri συμμικτοις refertus Longini diſputatio quam habuit cum Medio Stoico de partibus animæ.

* Male *Oeticum* legit Joh. Marcianæus T. 4. p. 776.

adjecta Ægypto & aliis regionibus auxerat, ab Aureliano Imp. victa bello A. C. 273. & capta inter eos quorum usa consilio esset, Longinum etiam nominavit, itaq; Imperator eum statim occidi jussit. Sane in morte Longinus se gessit ut *Philosophum* decuit, non enim modo ipse supplicium subiit fortiter, sed & alios qui iniquius illud patiebantur solatus est *g)* Inter scripta ejus plurima atque *μέγα τοῖς παιδείας μεταποιουμένοις ὄφελος φέροντα magnam doctrinæ studiosis utilitatem adferentia h)* unicum ætatem tulit, *περὶ ὕψους*, liber *de sublimitate* orationis (non integer, quod dolendum) ad Terentianum, quem *χρήσιμον* vocat & *φιλότεχνον*, atque ut doctis viris (non plane certa conjectura) videtur, haud diversum ab illo Terentiano, cujus librum elegantem de metris, Latino carmine legimus.

X. Editiones libri de sublimi dictione.

GRÆCÆ.

1. Basil. apud Oporin. 1554. 4. ex *Francisci Robortelli* editione, cum ejus notis.
2. Venet. 1555. 4. apud Paulum Manutium, qui primus se illum vulgare credidit, ex Codice Bibliothecæ quam Venetis legavit Bessarion Cardinalis. In hac editione versus Poetarum quos laudat Longinus ab ejus verbis distincti sunt, quod facere Robortellus neglexit.
3. Ad calcem Aphthonii & Hermogenis, Genev. apud Crispinum 1569. 8. *Adjunximus*, inquit editor, *Dionysium Longinum, summi judicii Rhetorem, quem & ipsum pessime habitum ipse* Franciscus Portus Cretensis *olim Fermriæ Venetiisque veluti redivivum curavit judicio & industria magis quam subsidio librorum, quorum præter unum* (Dudithii, ut viri docti conjiciunt) *vix alterum exemplar MS. nedum tertium reperiretur: in quo plus laboris suscipiendum fuit & ad conjecturas & ad ingenium fugiendum.* Hæc editio cum emendationibus è Codice Is. Calauboni à G. J. Vossio adscriptis fuit in Bibl. Petri Francii V. C.

g) Zosimus lib. 1. c. 56.
h) idem ibid.

LATINÆ.

Ex interpretatione *Petri Pagani*, Venet. 1572. 4.

Versio elegantissimi *Mureti* quam promisit p 113. ad Catullum, perinde ut illa quam *Andreas Dudithius* parasse se testatur præfat. ad Dionysii Halic. de Thucydide judicium, nunquam vidit lucem.

GRÆCOLATINÆ.

Cum versione Latina, synopsibus & notis *Gabrielis de Petra* Professoris Græcæ linguæ apud Lausannenses. Genev. 1612. 8. apud Jo. Tornæsium.

Cum versione Petræ & eruditis notis *Gerhardi Langbænii*, Oxon. 1636. 8.

Cum triplici versione Pagani, *Dominici Pizimentii* Vibonensis ac meliore Petræ, & prælectionibus *Caroli Manolesii*, Bononiæ 1644. 4. Hanc ἔκδοσιν omnium postremam & tempore & dignitate vocabat Tan. Faber.

Cum versione Petræ ad calcem descripta, notisque *Tanaquilli Fabri* Salmur. 1663. 8. quæ editio cum plurimis notis MSS. possessoris fuit in Bibliotheca V. C. Petri Francii.

Luculenta & præclarissima editio *Jacobi Tollii*, qui Codice Is. Vossii cum Manuscripto Parisiensi collato, Veneto item S. Marci, & lectionibus trium Codd. Bibl. Vaticanæ usus novam præclaram versionem & notis integris Robortelli, Porti, Gabrielis de Petra, Langbænii, Fabrique suas addidit, subjunxitque fragmenta Longini (è Plotini vita à Porphyrio scripta & Eusebii XV. 21. præparat. Ev.) nec non Gallicam Boilavii versionem, cum auctoris atq; Andreæ Dacerii suisque notis Gallicis. Deniq; subjungitur gustus Criticarum Tollii animadversionum in Longinium Lugd. Bat. 8. A. 1677. pridem editus & cum insigni accessione hic recusus, quo veteres scriptores inter se contenduntur, ut capitibus 3. 13. & 14. fortuitorum Tollius fecerat, editorum Amst. 1687, 8. Volumen claudunt variæ lectiones ex Codd. Vaticanis 285. 294. & optimi 1417. à V. C. Laurentio Zaccagnio ad Tollium missæ, Petræque synopses & hujus item ac Fabri præfationes, & index locupletissimus. Quæ de Longino ipso Petra, Langbænius & Faber observaverant, libro præmittuntur, qui Serenissimo Principi electorali Brandenburgico

gico Frid. Wilhelmo ab auctore inscriptus, & nitide atque emendate excusus prodiit Trajecti ad Rhen. 1694. 4.

Novissime præstantissimns Vir *Jo. Hudsonus* nitidam & insignem Longini editionem emisit Oxonii 1710. 8. cum versione Latina, Græcis emendate excusis & diligenter recensitis per singulas paginas substrata, & notis ad intelligendum scriptorem undique in oportunam brevitatem contractis. Latina versio *Jac. Tollii* est, verum ab editore hinc inde interpolata, & verbis otiosis amputatis ad Græcum fontem exacta. De Longino ejusque scriptis diligentior notitia, & testimonia uberiora præmittuntur. Indices etiam utilissimi tres, verborum rerumque & scriptorum à Longino laudatorum, insertis virorum doctorum observationibus. Subjectæ etiam sunt ad calcem Voluminis Variæ lectiones ex Codice MS. illustris Viri Johannis Mori, Elienſis Episcopi, & in præfatione Græce insertum apospasmation ex libro Longini περὶ μέτρων, quod infra cum lectore totum communicabo.

Sub initium præsentis anni 1711. Witebergæ in 4. laudatissimo instituto *D. Henricus Leonhardus Schurtzfleischius*, doctissimi Viri *Conradi Samuelis Schurtzfleischii* fratris sui ἐξ μακαρίτου Observationes ad Longinum vulgavit, in quibus Codicem MS. Ambrosianæ Bibliothecæ & editionem Græcam Pauli Manutii singulari industria conferens, ingenio atque doctrina sua locis quamplurimis lucem attulit non vulgarem.

Leo Allatius in Eustathii Hexaëmeron p. 6. *Neque minus fur est qui bona aliorum furripit, quam qui mentis monumenta & aliorum studia suffurantur, & auctorem silentio præterit, de quo si quis plura desiderat, adeat nostros in Longini de sublimi genere orationis libellum commentarios.* Spectat huc aliquomodo Allatii liber de erroribus magnorum Virorum in dicendo, qui prodiit Romæ 1636. 8. Nam commentarii quidem illi in Longinum editi non sunt, neque *Antonii Quarengii* disputatio de judicio Dionysii Longini in Comparatione Demosthenis & Ciceronis, memorata eidem Allatio p. 45. Apum urbanarum. Neque quæ *Caspar Scioppius* contra Longinum se scripturum minatus est, ut ex Casauboni Epist. 665. cognoscas. Operæ pretium interim fuerit adire quæ de Meteoris orationis, sive dictis in speciem sublimibus, revera

vera inanibus atque vitiosis scripsit Longino suffragatus V. C. *Samuel Werenfelsius* singulari diatriba, Basil. 1696. 4. quæ deinde ejusdem libro de logomachiis eruditorum subjecta prodiit Amstelod. 1702. 8.

GALLICÆ.

Ex eleganti versione *Nicolai Boilavii Desprei*, cum ejusdem & *Andreæ Dacerii* notis, prodiit ad calcem Satirarum Boilavii, qui omnium manibus teruntur. Paris. & Amst. 1689. 12. atque inde sæpius. In editione Amstelod. 1701. 12. accedunt observationes Criticæ adversus ea quæ Claudius Perraultus in invidiosa comparatione veterum cum recentibus, Homero, Pindaro & aliis antiquis scriptoribus objecit. Eandem Boilavii versionem cum ejus Daceriique & Tollii notis jam dixi subjunctam quoque legi editioni insigni Græcolatinæ Longini Trajectinæ.

Varii *MSti Codices* libri Longiniani exstant, quorum partem jam memoravi, sed universi illi ex uno Codice Regio Parisiensi profluxisse videntur Richardo Simoni libro 2. Epistolarum selectarum Gallice editarum Epist. 24: p. 145. seq. quod ex eo colligit, quoniam eædem in omnibus lacunæ occurrunt, ut sect. 3. duorum, & sect. 9. octo foliorum.

Alii Longini.

Cassius Longinus, de quo Plutarchus in proœmio libri IX. convivalium quæst. Verba ἀπὸ ξένης ibi de exilio accepit Nic. Antonius lib. de jure exulum, p. 72.

Cornelius Longinus, cujus Epigrammata quædam Græca leguntur in Anthologia p. 453, 555. edit. Wechel.

Longini, quorum mentio in inscriptione Ancyrana apud Clariss. Montfauconum, p. 165, palæographiæ Græcæ, Γ. Λογγείνῳ *a)* Παυλείνῳ Γ. Λογγεῖ ☞ Σάεραις καὶ Γ. Λογγεῖ ☞ Κλαυδιανὸς πατρὶ μνήμης χάριν.

Longinus, Monachus, calligraphus circa A. C. 1272. cujus apud eundem Montfauconum mentio p, 65, 102, 322.

Longini Martyres, de quibus Martyrologia 24. April. 2. Maj. 24. Jun. 21. Jul. &c.

Longini

a) Veteres librarii atque ita sculptores quoque passim negligunt Grammaticorum illud scitum, γκ, vel, γχ, vel, γγ ponendi pro νκ, νχ, νγ, ut V. C. Jacobo Gronovio etiam observatum præfat. ad Harpocrationem.

Longini de quibus Inſcriptionem lapidis in comitatu Ceſtriæ non ita pridem effoſſi affert vir doctiſſimus Joh. Hudſonus: *Flavius Longinus trib. mil. leg. XX. Longinus filius ejus, domo Samoſata.*

Mitto alios hujus nominis in Gruteriano inſcriptionum opere, tum octo vel novem conſules Romanos & duos Anaſtaſio imperante tyrannos, Longinum item exarchum Ravennatenſem ſub Juſtino juniore, & quod militis memoriam qui latus CHRISTI λόγχῃ ſive lancea perfodit, Longini nomine celebrant Martyrologia 15 Martii, quemadmodum Menologia hoc nomen 26. Octobr. tribuunt Centurioni qui ſub cruce ſtans inſigne illud de filio DEI teſtimonium edidit. In Pſeudo-Lino de actis S. Pauli incerta fide traduntur à Nerone ad Apoſtolum miſſi qui nuncium de ſupplicio perferrent Megiſtus, Longinus & Aceſtus, & ſermonibus Pauli, ut CHRISTO nomen darent paſſi fuerint ſe perſuaderi.

XI. Index ſcriptorum in Dionyſii Longini libro περὶ ὕψους memoratorum, ad paginas editionis V.C. Joh. Hudſoni.

Æſchylus, pag. 7, 54, 55.
Ammonius (Platonicus) 48. de locis à Platone ex Homero in Academiam derivatis.
Amphicrates, 9, 13.
Anacreon, 90.
Apollonius Rhodius, 101. Ἀργοναυτικῶν ποιητής, ibid.
Aratus, 39, 80.
Archilochus, 40, 47, 101.
Arimaſpiorum carminum auctor, 37, 38. (Ariſteas ut putant Proconneſius)
Ariſtophanes, 121.
Ariſtoteles, 92.
Bacchylides. 101.
Cæcilius Rhetor libro περὶ ὕψους, 1, 2, 11, 21, 22, 90, 91.
ἐν τοῖς ὑπὲρ Λυσίου συγγράμμασιν, 89.
Calliſthenes Rhetor, 9.
Cicero, 44, 45. ex quo loco patet Latinæ quoque linguæ non fuiſſe Longinum imperitum.
Clitarchus Hiſtoricus, 9.
Demoſthenes, 40, 44, 45, 49, 59, 60, 61, 62, 66, 68, 73. 77, 92, 102, 103, 104, 105, 110, 118.
ἐν τῷ εἰς τὸν Μειδίαν, 68, 69.
——ἐπὶ τῷ Ἀλεξαγόραι, 83.
Eratoſthenes Cyrenæus, 101.
ἐν τῇ Ἑρμῇ, 101.
Eupolis Comicus, 60.
Euripides, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 121, 122.
Gorgias Leontinus, 8.

Hecatæus Mileſius, 75, 81, 83.
Hegeſias, 9.
Herodotus, 15, 47, 49, 72, 77, 87, 91, 114, 125.
Heſiodus, 25, 48.
ἐν ἀσπίδι, 25.
Homerus, 14, 21, 24, 25, 26, 27, 29, 30, 31, 32, 37, 38, 49, 52, 67, 80, 81, 82, 84, 100, 110, 132.
ἐν νεκυίᾳ, (Odyſſ. λ.) 23.
Hyperides, 57, 102, 104.
Jon Chius, 101.
Iſocrates, 12, 112.
ἐν τῷ λόγῳ παναγυρικῷ, 113.
Longinus ipſe ἐν τοῖς περὶ Ξενοφῶντος, 20. περὶ συνθέσεως λόγων commentarii duo, 116. Græcum ſe vocat, 44. (Jonſio Judice Athenienſis.)
ἴδιον σύγγραμμα περὶ παθῶν promittit, 137.
Lyſias, 98, 103, 106.
Matris, 9.
Moyſes ὁ τῶν Ἰουδαίων νομοθέτης οὐχ ὁ τυχὼν ἀνήρ, 28.
Philiſcus vel Philiſtus, 121.
Phrynichus (Trag.) 77. Ejus Μιλήτου ἅλωσις, ibid.
Pindarus, 101.
Plato, 13, 14, 15, 45, 47, 48, 49, 77, 84, 85, 95, ſeq. 106, ſeq. 110.
ἐν τοῖς νόμοις, 87.
ἐν τῇ πολιτείᾳ, p. 45.
Sappho, 33, 34. ſeq.
Simonides, 55.
Sophocles, 9, 55, 102.
V. Cum de libro περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων, qui fertur ſub nomine *Ammonii* Grammatici, dixerim ſupra c. XXVI. p. 173. ſeq. juvat hoc loco nonnulla ſubjungere de PTOLEMÆO Aſcalonita, qui ab eodem Ammonio laudatur, & jam ſub Ptolemæi, jam ſub Aſcalonitæ nomine allegatur in ſcholiis minoribus atque ab Euſtathio ad Homerum. Dubito idemne ſit Ptolemæus, à quo definitionem Grammatices quam Dionyſius Thrax dederat, reprehenſam ſcribit Sextus Empiricus lib. 1. contra Matth. p. 13. & 15. atque Scholiaſtes ineditus ad Dionyſium Thracem. Equidem uterque Ptolemæum hunc Peripateticum appellant, diverſum utique à Ptolemæo Peripatetico juniore, de quo apud Porphyrium in Plotini vita c. 20. Longinus: nec dicam de aliis Ptolemæis Grammaticis de quibus Suidas, qui Ptolemæi Aſcalonitæ mentionem facit his verbis: Πτολεμαῖος ὁ Ἀσκαλωνίτης γραμματικὸς ὃς ἐπαίδευσεν ἐν Ῥώμῃ. ἔγραψε περὶ ῥωδίων ὁμηρικήν. περὶ Ἑλληνισμοῦ ἤτοι ὀρθοεπίας, βιβλία ιέ. περὶ μέτρων. περὶ τῆς ἐν Ὀδυσσείᾳ Ἀριστάρχου διορθώσεως, περὶ διαφορᾶς λέξεων, καὶ ἕτερα γραμματικά. Hoc περὶ διαφορᾶς λέξεων ſcriptum Suidæ memoratum, ſive fragmenta ejus nactus ſum è Bibliotheca Gudiana, cumque Ammonio conferens, obſervavi pleraq; omnia apud Ammonium legi iisdem verbis, ita tamen ut ordine litterarum ab eodem digeſta ſint, & in editionibus Ammonii etiam emendatioribus, ut quas H. Stephano & Bonav. Vulcanio debemus, non pauca poſſint ex hoc Aſcalonita vel ſuppleri vel corrigi, ut cuivis patebit ex hoc ſpecimine:

ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΤΟΥ ΑΣΚΑΛΩΝΙΤΟΥ περὶ διαφορᾶς λέξεων.

1. Διαφέρει αὐχὴν δέρης, Αὐχὴν μὲν γὰρ λέγεται τὸ ὄπισθεν τῆς τραχήλου. δέρη δὲ τὸ ἔμπροσθεν καθ' ὃ θύει ἡ φάρυγξ.
2. Ῥὶς μὲν λέγεται ἡ ἀπὸ τοῦ μετώπου καταγωγὴ μέχρι τῆς χείλους, μυκτῆρες δὲ αἱ τοῦ ῥινὸς κατατρήσεις, δι' ὧν ἔξεισιν a) ἀποματτόμενον.
3. Ἑστιάτωρ μὲν ἐστὶν ὁ ἑστιῶν, δαιτυμὼν δὲ ὁ ἑστιώμενος, καὶ b) πλάτωνα.

a) Plenius apud Ammon. τὸ ὑγρὸν ἀποπυσσόμενον.
b) Verba κατὰ Πλάτωνα apud Ammonium deſiderantur.

4. Ἄρνες μὲν λέγονται οἱ νεογνοί. Ὡς ἢ λύκοι ἄρνεσι ἐπέχεσθον *e)* ἢ ἐρίφοις. Ἀρνειοὶ ἢ οἱ πεφηκότες τῇ ἡλικίᾳ.

5. Ἀπονίψασθαι μὲν λέγεται τὸ μὴ τὸ φαγεῖν, καὶ χεῖρας ἢ ὕδωρ αἰτῆσαι, πρὸ δὲ φαγεῖν *d)* καὶ μὴ τὸ φαγεῖν.

6. Φεύγει μὲν δίκην ὁ κατηγορούμενος, καὶ δὲ ὁ κατηγορῶν διώκει. Ἀποφεύγει ἢ ὁ νικήσας καὶ λυθεὶς τῆς καταχρίσεως. *e)*

7. Ἀγροικος *f)* βαρύτονον ὁ ἐν ἀγροῖς διατρίβων· ἀγροῖκος ἢ προπετέστερόν τι, ὁ μὴ ἡμερος.

8. Ἀσφόδελος μὲν προπαροξυτόνως ἡ βοτάνη, ὀξυτόνως ἢ ὁ τύπος.

9. Ἀμυγδαλῆ πρωϊαιτεροειδέως τὸ δένδρον, ἀμυγδάλη παροξυτόνως ὁ καρπός.

10. Ἁπλᾶς καὶ ἁπλᾶ διαφέρειν φασίν. Ἁπλᾶς μὲν δύσι τὸ μήποτε πλάσμονον, ἁπλᾶ ἢ τὸ ἀδιάστατον πλειθύσας.

11. Ἀπολογείας δὲ ἀπολογίζεσθαι διαφέρει. Ἀπολογίας μὲν δὲ τὸ ἀποδιδόναι τὸν λόγον, ἀπολογίζεσθαι *g)* ἢ ἐν τῷ λόγῳ τινὰ κατηγορίαν αἰσχύνειν.

12. *b)* Ἀμφὶ, περί. Τὸ ἢ ἀμφὶς, ποτὶ μὲν σημαίνει τὸ περὶ, ποτὲ ἢ χωρίς.

13. Ἀντικρὺ μὲν τὸ ἐπ' εὐθείας. ἀντικρυς ἢ τὸ διαρρήδην καὶ φανερῶς καὶ τὸ ἐπ' εὐθείας τοπικόν.

14. Ἀκταὶ μέν εἰσιν οἱ πετρώδεις τόποι θαλασσείμονες τῇ θαλάσσῃ, *i)* ἀπὸ δὲ ἀγνυσθαι τὰ κύματα τὰς πέτρας προσδρησσόμενα. Θῖνες ἢ οἱ ἀμμώδεις αἰγιαλοί.

15. Ἀναβάτης μὲν ἵππου, ἀποβάτης ἢ *k)* νεώς.

16. Ἀναζῆναι μὲν τὸ ἐπὶ πλεῖον τινὰ ὁρμῆσαι, ἐγερθῆναι ἢ τὸ ἐκ κοίτης.

17. Ἀνάμνησις καὶ ὑπόμνησις διαφέρει. Ἀνάμνησις μὲν γίνεται ὅταν τις *l)* ἀφ' ἑαυτοῦ εἰς μνήμην ἔλθῃ τῶν παρελθόντων. Ὑπόμνησις ἢ ὅταν ὑφ' ἑτέρου τινὸς ἐπὶ τοῦτο προαχθῇ.

18. *m)* Ἀπαρόσκυον, καὶ ἀπαρασκύαστον διαφέρει. Ὁ μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν χορη-

c) Apud Ammonium desunt verba ἢ ἐρίφοισιν.
d) Apud Ammonium supplenda verba postrema, καὶ μετὰ τὸ φαγεῖν.
e) Ammon. τῆς κατηγορίας, eodem sensu.
f) Contra prorsus Ammonii Codices: προπεπαρασκευασμένος μὲν ὁ ἐν ἀγρῷ κατοικῶν, προπαροξυτόνως δὲ ὁ σκαιὸς τοὺς τρόπους.
g) Aliter Ammonius, quem si placet vide.
h) In Ammonio hæc observatio tota deest.
i) Verba ἀπὸ δὲ &c usque ad θῖνες, & deinde vox αἰγιαλοὶ deest in Ammonio.
k) Ammon. νηός.
l) Verba ἀφ' ἑαυτοῦ supplenda in Ammonio.
m) Hæc tota observatio in Ammonio desideratur.

χορηγίαν ἔχων, ἀνδραγαθία. Ὁ δὲ διέπει, ἀνδραγαθίας, οἷον, οἱ * μονομαχοὶ ἀνδραγαθίαν.

19. Ἀνδραγαθία n) ἀνδρείας διαφέρει. Ἀνδρεία μὲν γὰρ δύναμις ἐπαινουμένη. ἀνδραγαθία δὲ καὶ τῇ ψυχικῇ ἀρετῇ ἔχει μαρτυρίαν.

20. Ἅμα καὶ ὁμοῦ διαφέρει. Ἅμα μὲν γάρ ἐστιν χρονικὸν ἐπίρρημα, ὁμοῦ δὲ τοπικόν.

21. Ἀποκήρυκτος μέν ἐστιν ὁ ἐπὶ ἀδικήματι ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐκβληθεὶς τῆς οἰκίας. Ἐκποιητὸς δὲ ὁ δοθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς εἰς υἱοθεσίαν ἄλλῳ, ὃν λέγεται ο) εἰσποιητὸς γεγονέναι.

22. Ἄστρον μέν ἐστι τὸ ἐκ πολλῶν ἄστρων μεμορφωμένον ζῴδιον, οἷον Ὠρίων, ἡ Ἄρκτος. Ἀστὴρ δὲ ὁ εἷς.

Cætera nolo integra deſcribere, ſed tantum annotabo quæ in Ammonio vel omiſſa ſunt vel, aliter atque rectius apud Ptolemæum leguntur, quod ſi nulla differentia ſit, tantum primum verbum obſervationis cujusque apponam.

23. βλέπει. 24. διορᾷ. 25. Ὀφθῆναι ἐπὶ χρόνου καὶ ἐπὶ ὀρθοῦ. ὡς Φαμεὶ Ὀφθῆναι καινόν. Ὀφθῆναι δὲ οὐκ ἔστιν ἐπὶ χρόνου, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ἐπ' ὀφθείας, οἷον Ὀφθῆναι χωρίον &c. 26. ἄρας. 27. ἐξόρυξε. 28. Θεατὴς μὲν Ὀλυμπίων καὶ τῶν ὁμοίων λέγεται, θεωρὸς δὲ εἰς θεὸν πεμπόμενος. 29. ἰσθμὸς—ὑπὸ θαλάσσης—θαλάσσης πορος &c. 30. λυχνοῦχον καὶ λαμπῆνα τὸν νεὼ Φανόν, (male apud Ammon. Φασὶ τὸν ἱερὸν) & deinde πανὸν, non Παννός. 30. Λίβανος καὶ τὸ δένδρον καὶ τὸ θυμιώμενον καὶ τὸ ῥητίνη. 32. μάχη. 33. αἴθε ἀπαρέμφατον ἀόριστον. 34. ἐπιφθαλμος. 35. τὸ μὲν ὀφέποτε καὶ ἐπὶ τοῦ παρελήλυθότος καὶ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος λέγεται, τὸ δὲ ὀφεπώποτε ἐπὶ τοῦ παρελήλυθότος, ὥστε οἱ λέγοντες ὀφεπώποτε ψεύσεται, σολοικίζουσιν. 36. σωφρονος, pro ἐξυτόνως quod eſt in Ammonio leg. ex Ptolemæo ζαρυτόνως. 37. ὁ δὲ, ὅδε. 38. τιμωρεῖσθε. 39. ἡ χάραξ — ἀνδραδεσμευμένων ῥάβδων. 40. Ἐπίκουροι—ὡς οἱ Λύκιοι τῶν Τρώων. σύμμαχοι—ὡς τοῦ Ἀγαμέμνονος Μυρμιδόνες καὶ οἱ ἄλλοι Ἕλληνες. 41. ὁ ἕνεκα σωδεσμος —— ἕνεκα Ἑλλήνων pro quo rectius apud Ammon. ἕνεκα Ἑλένης. 42. ἐμβάδες μὲν

* Sic MS. forte legendum *οἱ μονομάχοι gladiatores non inſtructi.*

n) Ammon. ἀνδραγάθημα.

o) Ita legendum apud Ammon. pro ὃ λέγεται.

κωμικὰ πάθημα, ἐμβαῖ τραγικά. 43. διαστόλης ὁ τῶν ἀργυρωνήτων κύριος. κύριος ἢ πατὴρ ἢ γυναικός. 44. δικασής. 45. διφθέρα—νάκος αἰγὸς δέρμα, κῶας ἢ πρόβατον. 46. Δαμάλη. 47. διδάξω. 48. ὄφλημα. 49. Τίθησι. 50. αἰτιβάλλεται. 51. μαρτυρία. 52. βασιλέως—τύραννος pro quo Ammon. κοίρανος. 53. ἄβαξ. 54. ἀπαγγελκέκηρυχα. 55. μνημεῖα: 56. βλέφαρα. 57. ἐκπολεμῶσαι—ἐκπολεμῆσαι ἢ τῷ πολέμῳ ἐξελθεῖν. 58. κεφαλή. 59. ἀρχή. 60. κόπτει. 61. ἄρρως. 62. αὐθις. 63. ἀποκεφῆναι. 64. βοὸς. 65. περὶ μοίρας. 66. ἐπιστῖλαι. 67. ἡδὺς. 68. Τὸ ἑωσφόρος. 69. ἐπαγγέλλει. 70. ὀλοφυής. 71. βρύκειν—βρυχᾶται. 72. & 225. ἀπελεύθερος. 73. αἶνος ὅτι λόγος καὶ ἀπόλυσιν μυθικὴν &c. παροιμία ἢ—ἐνδέχεται τὸ αἶνος, καίπ ἔξωθεν ἐνδεχομένη. 74. αἰσχεῖος—κατασκεῖος ἢ ἐπ' ἀνθρώπων ἐν κλίναις ὄντων. 75. πόλις. 76. πῆχ. 77. τιτθή. 78. φίλος. 79. ὅσιον. 80. ἕλκος. Apud Ammon. legendum: χρόνιον πάθος. μόνον, licet in Ptolemæo illud μόνον desideratur, qui denique addit: τραῦμα ἢ ἡ διὰ σιδήρου τρῶσις γινομένη, πληγὴ ἢ ἡ ἐκ χειρὸς πλῆξις. 81. ἐοικότα. 82. Τὸ ἔνδον. 83. ἡ ἀπὸ πρόθεσις ἀπ' Ἀθηνῶν, ἔρχεται δὲ Σωκράτους ἔρχεται. 84. αἰδοῦς—ὧν σεβασμίως τις ἔχει. 85. ἀπιστραφὴς. 86. ἐνθύμημα—ἐνθύμιον ἢ ἀπὸ τοῦ περιστροφῆς οἱ ἀρχαῖοι φασιν. 87. Ζώνην λέγουσιν τὸν τοῦ ἀνδρὸς, ζώνιον ἢ τὸ τῆς γυναικός. 88. ἡ κέδρος. 89. Τὸ ἄγαν. 90. χλαῖνα παχὺ ἐγκοίμητρον καὶ τετράγωνον, χλανὶς δὲ φορούμενον καὶ τῇ ἐργασίᾳ μαλακώτερον, ἡ ἢ χλαμὺς Μακεδόνων ἐστὶν ἄρμα, καὶ ἔχει κυκλοτερῆ τὰ κάτω. 91. ἀποφορὰ—ἢ τῶν ὑπηκόων τοῖς ἄρχουσιν ἀποτελούμενον. εἰς φορὰ δέ ἐστιν ὑπὸ τῶν πολιτῶν δημοσίας ἕνεκα χρείας ἀποδόμενον τῇ πόλει. 92. ζῆλος—ζηλοτυπία τὸ ἐν μισεῖ ὑπάρχειν, οἷον ζηλοτυπεῖ ὅδε τινὰ δε. 93. ἡσυχάζειν τὸ ἀτρεμεῖν δι' ὅλου σώματος, σιγᾶν ἢ τὸ μὴ λαλεῖν. 94. πρᾶπεδον. 95. πρατεία. 96. τὸ λαχεῖν. 97. τὸ αἰτεῖν. 98. Διαβόητος. 99. ἴσθι καὶ γίνου διαφέρει, ὅτι τὸ ἴσθι σημαίνει τὸ γίνωσκε, σημαίνει ἢ καὶ τὸ γίνου. 100. Ψέλλιον τὸ τοῖς ἄκροις βραχίοσιν τῶν γυναικῶν περικείμενον χρυσοῦν κόσμημα. Ψάλλιον ἢ τὸ τοῖς ἵπποις περικείμενον, ἐν τῷ στόματι. 101. ἀπλήμιον. 102. πρεσβεύων ἢ. 103. ἄγγελος. 104. Θοῆς. 105. Ἰουδαῖοι καὶ Ἰδουμαῖοι διαφέρουσιν. Οἱ μὲν γὰρ Ἰουδαῖοι ἐξ ἀρχῆς, Ἰδουμαῖοι δὲ τὸ μὲν ἀρχῆθεν οὐκ Ἰδουμαῖοι, ἀλλὰ Φοίνικες καὶ Σύροι. 106. ἀληθὴς—ἀληθὲς τὸ κατ' ἐπερώτησιν λεγόμενον σημαίνει τὸ ὁμοῦ καὶ τῷ ὄντι. 107. αἰσχόμενοι, καὶ αἰσχυνθέντες &c. 108. κατοίκησις. 109. Κίθαρις. 110. ὑπαντῆσαι—ἀπάντησιν εἰς τὸν δίκλινον &c. 111. Κηρύξαι. 112. κύειν.

113.

113. & 155. κομᾶν καὶ κεκειρᾶν ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι. 114. ἀποστασίαν. 115. ἀπίχνως. 116. ἀτιμᾶν — ὁλοχερῆ ἀτιμίαν. 117. ἄχει. 118. βωμὸς μὲν γάρ ἐστιν ὁ ἐπ' ἐσχάραν ἐξέχων, ἐφ' ὃν τοῖς ἀρχαίοις Θεοῖς αἱ θυσίαι ποιοῦνται. Ἑστία δέ ἐστι βωμὸς περιφερὴς ἐπίσταθμον οὐκ ἔχων. Ἐσχάρας δὲ ἔλεγον οὐ τὰ ἡρώων βωμούς, οὐδὲ τὰς ἐν κοινῇ χρείᾳ — διὰ τοῦτο γοῦν οὐκ ἰκέτας ἐπὶ Ἑστίαν καταφεύγειν. 119. γυμνασθῆναι — γυμνάσασθαι. 120. δῆμιος. 121. διηγεῖσθαι. 122. διωλὸν μὲν γὰρ ἱματίον φασιν, διωλάσιον δὲ ἐπὶ τοῦ ἄλλου παντὸς μέγεθος διαφέροντος, ἢ διάστημα, οἷον διωλάσιον, ἔχει τοσοῦτον, διωλάσιον ἀφέστηκεν ἥδε ἡ πόλις τῆσδε, οὐχὶ διωλόν. 123. δυώδεκα. 124. ὅτι, καὶ διότι. 125. οἴκαδε. 126. πελασγὸς. 127. πλόσιος — ἔνσορος ὁ ἐπὶ τοῖς ὑπερβαλλούσαις χρείας αἰσχύνης &c. 128. & 219. πῆ 129. ῥάφανος. 130. δώματα. 131. κτήματα — — τὰ μὲν ἡμέτερα, ἐπικτήματα, ὡς ἀλλότρια· τὰ δὲ ἑαυτοῦ, κτήματα, ὡς ἐνοίκια. 132. ἐγχείσαι — — ἤ τινος τοιοῦτον, ὅταν παίσῃ· ἀναλεῖψαι δὲ ἐπὶ ὀφθαλμῶν. 133. εἰκὼν — — καὶ τὸ ἄλλων θηρίων. 134. ἐκκλησία. 135. ἔνδοξος ὁ ἐπίσημος καὶ Ἀχιλεὺς &c. 136. τὸ Ἀφρογένειαν. 137. σαφυλὴ ὀξυτόνως ἡ ὀπώρα· σαφύλη δὲ βαρυτόνως ὡς φαιδύλη, ἡ δοκεῖ μία εἶναι τῶν τιθηναμμένων τὸν Διόνυσον ἐπὶ τοῦ καθημένης μολύβδου ὧδε τὸ δεξιοπίκτοσι πόδε). 138. σημεῖον. 139. ἤλπισαν. 140. ἱερεῖον — — χρησιμώτερον δὲ τὸ ἱερεῖον &c. 141. χῶμμα — — διασυρμός τινας περιέχοντας. 142. σῆναι καὶ σαθῆναι. 143. τὸ ἱππεῖς καὶ ἱππέας διαφέρει. Ἱππεῖς μὲν λέγουσιν οἱ Ἀττικοὶ ἐπὶ ὀνομαστικῆς πτώσεως, ἱππέας δὲ ἐπὶ αἰτιατικῆς, ἐπιτεταμένως. Ὁμοίως βασιλεῖς καὶ βασιλέας, καὶ τ' ἄλλα προσηγορικά. 144. ἴσοι. 145. Ἰταλιῶται μὲν λέγονται Ἕλληνες οἱ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, Ἰταλοὶ δὲ βάρβαροι. καὶ ὁμοίως Σικελοὶ μὲν βάρβαροι οἱ ἐν Σικελίᾳ, Σικελιῶται δὲ Ἕλληνες οἱ ἐν τῇ Σικελίᾳ. 146. τρίετες, quem locum Ammonius nominatim laudat Ptolemæo Aſcalonita auctore allegato. 147. ὑπόχεσις — — ὁ δίχα τοῦ κλήσεώς τι παρέχων βουλόμενος. 148. Κάλλαια. 149. Κόρδαξ. 150. Κάταγμα. 151. Καταχύματα. 152. Κέλης. 153. Κιβωτὸς. 154. Κλῆσις. 155. & 113. Κομᾶν. 156. Κόρυδος — — Σωτείρας Κόρης ἱερόν. 157. Κυβεύειν. 158. Κύπτειν — — κυπτάζειν δὲ τὸ στρατεύεσθαι, pro quo rectius Ammonii Codices, στραγεύεσθαι. 159. Κωμῳδός. 160. λαλεῖν. 161. λῆμα. 162. λογογράφος. 163. Μακρολόγος. 164. Μαχαί-

Μαχαίρας. 165. Μινυείζειν. 166. Μοχθηρὸς. 167. Ναοὶ. 168. Νάυκληροι. 169. οἰκίζειν. 170. δυσπειθὴς. 171. δῆλοι. 172. διχόπωμον. 173. οἰκότριψ. 174. οἶνη. 175. ὄκνον 176. ὄχθη. 177. παιδεία - - ἡ ἐκ παιδὸς ἀγωγὴ ἐπ' ἀρετὴν ὁδηγοῦσα. 178. παιδίσκη. 179. πὰις. 180. μεταβολὴ - - ἀλλείωσις ὁ μόνον μεταχαρακτηρισμὸς, ἀλλὰ καὶ τὸ πρότερον ὑπολήψεως εἴησις ἑτέρα. Ἑτεροίωσις δὲ, ὅταν ἀφ' ἑτέρου χρώματος εἰς ἕτερον μεταβάλλει. 181. πρεσβύτης καὶ πρεσβεβηκὼς καὶ γέρων διαφέρουσι. Βρέφος μὲν γὰρ ὅτι τὸ γνησίως ἀθρέως. παιδίον δὲ τὸ τρεφόμενον ὑπὸ τῆς πιθανῆς παιδαγωγίας. παιδάριον δὲ τὸ ἤδη πειπατῶν καὶ τῆς λέξεως ἀντεχόμενον. παιδίσκον δὲ ἐν τῇ ἐχομένῃ ἡλικίᾳ. παῖς δὲ ὁ διὰ τῶν ἐγκυκλίων μαθημάτων ἐρόμενος. τὸν δὲ ἐχόμενον οἱ μὲν πάλληκα, οἱ δὲ βάπαιδα, οἱ δὲ αὐτόπαιδα, οἱ δὲ μελλέφηβον. Ὁ δὲ μετὰ ταῦτα ἔφηβος, ὁ δὲ μετὰ ταῦτα μειράκιον, εἶτα μειρακὶς, εἶτα νεανίσκος, εἶτα νεανίας, εἶτα αἰὴρ μέσος, εἶτα πρεσβεβηκὼς, ὃν καὶ ὠμογέροντα καλοῦσιν, εἶτα γέρων, εἶτα πρεσβύτης, εἶτα ἑκατόγηρως. 182. ὄπικήδειον. 183. ὦδαβολὴ. 184. ὠαρεαὶ. 185. πάσσαλοι. 186. πένης — — πτωχὸς δὲ κατεπτωκὼς καὶ πεπτωκώς. ἦλθε δ' ἐπὶ πτωχὸς παιδάριον, ὃς καὶ ἄξυ πτωχεύεται Ἰθάκλου. 187. πλημμυρίδες τῶν ποταμῶν, πλημμυραὶ δὲ μὴ ξηραὶ τῶν τροχῶν σύριγγες. 188. διαπολιτεύεσθαι μὲν λέγεται οὐκ ἐκ τῆς αὐτῆς πόλεως &c. 189. πομπὴ. 190. μετρεῖσθαι. 191. νεαρὸν. 192. νῆες. 193. πρότερα. 194. ῥὶς. 195. πυθαγόρεια. 196. πρῶτον — — — Εἰ δέ τις εἶποι, πρώτως ἦλθον εἰς Ἀθήνας, ἁμαρτάνει, ἐχρῆν γὰρ εἰπεῖν, πρῶτον. 197. Νηρηίδας. 198. ξόανον — — ἄγαλμα δὲ τὸ Πάριον &c. 199. οἰκεῖοι. 200. ὀλίγον. 201. ἔρρον 202. ἐψὲ — — ἑσπέρα ὅτε εἰς πῖρας ἦλθεν ἡμέρα δυόντος ἡλίου. 203. ἕνεκα. 204. παρέχειν — — pro ἐπιθυμίαν legendum apud Ammon. προθυμίαν. 205. πηδάλιον. 207. πυθῶν. 208. ῥοιαὶ. 209. ῥόδον. 210. χισαὶ — — χισὰς ἐνεγκεῖν. 211. τάλαν. 212. τείχη. 213. πέραχμον μὲν τὸ νόμισμα οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν. &c.

CAPUT

Caput XXXIV.

De PHRYNICHO & aliis ſcriptoribus vocum Atticarum, iisque qui cæterarum dialectorum dictiones interpretati ſunt.

Dialectorum Græcarum varietas. 1. Qua in re potiſſimum conſiſtat. 2. Præcipui quidam in nobilioribus dialectis ſcriptores. 3. Scriptores de vocibus Atticis deperditi. 4. Inedita Mœridis Sylloge. 5. Phrynichus de vocibus Atticis. 6. Herodiani fragmentum. ibid. Audaces Phrynichi cenſuræ. 7. Ejus libri σοφιστικῶν, παρασκευῶν 8. Index ſcriptorum a Phrynicho laudatorum. 9. Thomæ Magiſtri de vocibus Atticis. 10. Index ſcriptorum ab eo allegatorum. 11. Emanuelis Moſchopuli. 12. Georgii Lecapeni MS. 13. Scriptores vocum Dialecti Doricæ. 14. Æolicæ. 15. Ionicæ. 16. Alexandrinæ. 17. Aliarum. 18. Editi ſcriptores de dialectis. 19. ἰδιωτικῆς ὀνομασίας 20.

I.

Quemadmodum in aliis linguis ſolet fieri, quæ latius patent & per plura ſecula propagantur, ita Græcæ quoque accidit, ut in varias dialectos diviſa á ſe ipſa veluti diverſa abiret, & cum Iones, Attici, Dores, Macedones græce loquerentur, multa tamen aliter efferrent Dores quam Attici, atque ita de cæteris. Quid quod hac recenti ætate dialectos Græciæ ſeptuaginta reperiri, & Athenis cum maxime idioma loquendi Græcum omnium peſſimum obtinere ſcripſit Simon Cabaſilas ad Martinum Cruſium, p. 461. Turco Græciæ, & p. 489. Sed & olim in Attica ipſa non tantum ætate diverſa, ſed & locis aliis varias ἰδιωδιαιρέσεις τοπικὰς fuiſſe, homines que varielocutos fuiſſe conſtat, ut præter alios docet Sextus Empiric. lib. contra Grammaticos, Cap. 3. Hinc multæ Ἀτθίδες, atque ita Δωριείδες quoque & Ἰάδες. Attica ipſa adeo á ſe interjecto tempore defecit (Vide Lyſiam Orat. IX. contra Theomneſtum, ubi quædam profert ex Solonis legibus: & quæ nuper diſſeruit præſtantiſſimus Bentlejus in Diſſert. qua Phalaridis epiſtolas ſuppoſitas eſſe evicit adverſus Carolum Boyleum) ut liceat affirmare Atticam novam (de priſca florente Græcia mihi ſermo eſt, hodierna enim Attica longe magis etiam ab illa, quam novam voco, diſtat,) ſimiliorem eſſe communi dialecto, quam Atticam veterem, quæ eadem eſt cum Ionica, (uti Ἴαονας Homeri, Athenienſes eſſe Strabo docet,) Atticæ novæ, ad quam ſpectare etiam Chalcidicam recte notatum Jano Rut

gerſio P. 465. Variarum. atque ita capiendus Thucydides, cum libro ſexto idioma Himerenſium inter Doricam & Chalcidicam dialectos medium fuiſſe teſtatur. Homeriita ſermonem Atticum eſſe, notat Ariſtides in Panathenaico T. 1. Pag. 315. Dicitur porro Dialectus communis, non quod ex reliquis Dialectis compoſita eſt, ſed quod abſtinet vocibus phraſibusque ſingulari dialecto propriis, illis potius, quæ vel omnibus vel pluribus dialectis communes ſunt, utens. Adeoque hoc genus loquendi, à quo longe diverſa eſt ἰδιώτης γλῶσσα ſive vulgi lingua, eſt fere proprium iis, qui in Græcia non nati, linguam ex magiſtris vel librorum opera addiſcunt, neque uni certæ dialecto ſe adſtringere profitentur. Hoc ſcribendi genere uſus Polybius nec Ionice ſcripſiſſe dici poteſt nec Dorice nec Æolice, neque Atticas captaſſe elegantias, etſi præterea σύνταξιν quoque ac minus accuratam verborum conſtructionem quandoque in eo reprehendendam monet Dionyſius Halicarnaſſenſis libro περὶ συνθέσεως ὀνομάτων. E contrario Poëtæ, quo facilius verba metris complectantur, ex ſingulis dialectis voces decerpunt, permiſcent inter ſe, promiſcueque illis utuntur, prout ê re carminis fuiſſe viſum fuerit. Quod primus facere aggreſſus eſt Homerus, teſte Dione Chryſoſtomo, qui Diſſertat. XII. p. 213. de illo refert, quod πᾶσαν τὴν ἑλληνικὴν γλῶτταν διηρημένην πως, ἀνέμιξε. Unde *Tryphon* Alexandrinus Grammaticus ſingulari libro egerat περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ διαλέκτων, teſte Suida, & *Plutarchus* in Homeri vita λέξει ποικίλῃ variisque dialectis, maxime vero Attica, uſum Poëtam non paucis exemplis docet. Hoc exemplum Homeri qui imitantur, non poſſunt dici uti dialecto communi, nemini enim unquam in Græcia illa communis fuit, nemo ita eſt locutus. Nec mediocrem etiam obſcuritatem affert illa variarum dialectorum miſtura & confuſio, ut in Lycophronis Alexandra, Simmiæ, Doſiadæ & Theocriti poëmatibus ænigmaticis obſervare eſt, & idem Dio Chryſoſtomus Diſſert. X. pag. 149. oracula ideo obſcuriora eſſe queritur, innumerosque per illa deceptos, quod non certa aliqua dialecto uterentur.

II. Jam ſi quæras, qua potiſſimum in re dialectus conſiſtat, vel ab alia diſtinguatur, recte quidem docuit Salmaſius, quo nemo melius & doctius de hoc argumento ſcripſit, in commentario de lingua Helleniſtica, ſingulis potius vocabulis, quam integro filo orationis integrisque phraſibus dialectos à ſe invicem ſecerni ac ſeparari.

Unam

Unam enim rem diverſis nominibus diverſæ dialecti vocant, ut quod Æoles, Iones, Dores πρόβατον, Attici ὄϊς. Vel una eademque vox diverſas res notat in diverſis dialectis, ut ἀνέκαθεν *á longo tempore* Ionibus, Atticis *deſuper*. Etiam diverſo genere efferuntur nomina, ut Attici dicebant, τὴν ϛάμνον, τὸ πέλεκος, Peloponneſii τὸν ϛάμνον, τὸν πέλεκον, quod notatum Sexto Empirico Libr. contra Grammaticos, Cap. 7. Attici contrahebant ῥεῖ, ἐδεῖτο, ἐπλεῖτο & ſimilia, cum Iones dicerent ἐδέετο, ἐπλέετο, ῥέει. Denique ſcriptio & pronunciatio varia inprimis non parvam mutationem affert, quæ fere præcipua diverſitatis dialectorum & degenerantium linguarum origo eſt. Dores πλαδυϛομῶντες, παχέα γλῶσσα Cappadocum, ut eſt apud Philoſtratum in vita Pauſaniæ Sophiſtæ pag 590. Atticis εὐφωνίαν tribuit Socrates apud Xenoph. lib. 3. ἀπομνημονευμ. Vox quippe iisdem ſuavis non deſtituta gravitate, Ionibus mollis & ſoluta, Æolibus aſpera, hinc vocibus modo additæ literæ vel integræ etiam ſyllabæ, modo demtæ vel trajectæ vel permutatæ, atque hoc jam in initio, jam circa medium, jam in extremo, nec ſolum in verbis & nominibus rectis, ſed & in caſibus verborum nominumque, & in particulis & in quibuscunque partibus orationis, de quibus ſingulis forte melius conſtaret, ſi ætatem tuliſſent Theodori Gadarenſis libri duo περὶ διαλέκτων ὁμοιότητος καὶ διαφορᾶς, quorum meminit Suidas.

III. Nemo non intellegit cum in ſuis quique dialectis ſcripſerint optimi quique ſcriptores, *Ionica* Herodotus, Hippocrates, Democritus, Rhianus, Cteſias, Archilochus, Anacreon, & Aretæus Medicus: *Æolica* Sappho, Corinna, Alcæus: *Dorica*, Pindarus, Bacchylides, Simonides, Theocritus, Bion, Ibycus, Callinus, Sophron, Archytas, Timæus Locrus, Ocellus Lucanus & Pythagoricorum plerique. *Attica* denique dialecto Thucydides, Ariſtophanes, Plato, Xenophon, Iſocrates, Demoſthenes, Theophraſtus aliiq; complures. Cum inquam ſcriptores optimi ſuis dialectis ſcripſerint, & alii Poëtæ, exemplo Homeri ex variis dialectis voces mutuati ſint, nemo non intelligit neceſſe fuiſſe illis intelligendis, idiotismos ſingularum in peculiaribus lexicis annotari. Præcipue vero Atticorum voces phraſes Veneresque & elegantiæ à plurimis expoſitæ ſunt, in uſum etiam illorum qui Attice ſcribere atque adeo quæcunque auribus Atticis non probarentur, in ſcriptis ſuis vitare optarent.

IV. Neque vero huc referendi ſunt ſtatim omnes qui Ἀτθιδ῀ titulum ſcriptis ſuis præfixerunt, ut *Androtio*, *Demus*, *Ijcer*, *Hellanicus*, *Philochorus* aliiq; à Stephano, Harpocratione, Heſychio, aliis laudati. Neq; enim illi Lexica Attica concinnarunt ſed hiſtoriam Atticam, etſi tenuiter admodum jejuneque, atque ita ut cito lectorem ſuum ſatiarent, ut de iis ſcribit Dionyſius Halicarnaſſenſis lib. Antiquit. Rom. primo cap. 7. Quædam etiam Ἀτθίδες verſibus ſcriptæ erant ut *Hegeſinoi* illa, cujus meminit Pauſanias in Bœoticis, etſi ibidem innuit eam jam ſuæ ætate intercidiſſe. Cæterum ex iſtius Dionyſii, nobilis ſub Auguſto hiſtorici Criticique, familia prodiit *Ælius Dionyſius*, itidem Halicarnaſſeus, quem ſub Adriano floruiſſe & Atticiſtam cognomento dictum autor nobis eſt Suidas. Hunc nempe illum ipſum eſſe ſuadet ratio, cujus libros quinque Ἀττικῶν ὀνομάτων Alphabeti ſerie digeſtas laudat Photius in Bibliotheca, codice CLII. ubi illos Scymno cuidam inſcriptos docet, diverſo utique ab antiquiore illo Scymno Chio, autore periegeſeos jambis deſcriptæ ad Nicomedem Bithyniæ Regem. Addit autem Photius loco jam dicto Ælium illum Dionyſium Lexici ſui Attici Scymno inſcripti duas editiones in lucem edidiſſe, quarum altera itidem quinque libris conſtans priorem ſuppleverit locisque ſcriptorum adductis locupletius confirmaverit, quare optat ab aliquo illas conjungi & in unum corpus ordinemque compingi, ita enim fore opus longe utiliſſimum. χρησιμώτατ῀ δ' ἐστὶν῀ τοῖς τε ἀττικίζειν ἔχουσι φρονήσεως, καὶ τοῖς τῶν Ἀττικῶν συγγράμμασιν ἐνομιλῆσαι προαιρουμένοις. Ὅσα τε δὲ ἐπιχωριάζουσι λέξεις τοῖς Ἀθηναίοις, ἐντεῦθεν ἔστιν ἐκμαθεῖν, καὶ εἴ τι ἄλλο ἰδιοτρόπως αὐτοῖς λέγεται, ἃ χαλεπὸν εὑρεῖν. Dionyſius iſte Atticiſta non ſemel laudatur Euſtathio in Homerum, & ad verſum 912. Dionyſii periegetæ. Hujus quoque eſſe putabat Meurſius quod περὶ ἀκλίτων ῥημάτων & ἐγκλινομένων λέξεων vulgatum eſt ab Aldo Manutio in Volumine eximio quod inſcripſit θησαυρὸν, κέρας Ἀμαλθείας, κήπους Ἀδώνιδ῀ A. 1496. Cæterum illius operis Photio tantopere laudati nihil ad nos pervenit. Porro *Galenus* in libro de ſcriptis propriis meminit ſe compoſuiſſe τῶν πρὸς τοὺς Ἀττικοὺς συγγραφεῦσι ὀνομάτων βίβλους μή, ſive dictionum Atticarum libros XLVIII. ut περὶ λιθικῶν ὀνομάτων libros ab eo ſcriptos omittam, de quibus infra ſum dicturus. Verum teſtatur idem Galenus in calce libri de ordine libro-

brorum ſuorum ad Eugenianum, ſe neutiquam de vocibus Atticis ſcripſiſſe, quod reprehendendos eſſe crederet qui minus Attice ſcribunt, cum præſtet in ſermone quam in vita ſolœcismum vel barbarismum committere: ſed ut conſtaret de vero ſenſu vocum apud veteres Atticos ſcriptores, quem recentiores interdum ſusque deque habuiſſent. Etiam *Dionyſius Longinus* Ἀτθικῶν λέξεων ἐκδόσεις β reliquit, ut Suidas autor eſt, Et *Luperci Berytii* Ἀτθικὰς λέξεις memorat idem Suidas, ubi ait Grammaticum hunc paulo ante Neronis tempora vixiſſe. Citatur etiam Lupercus ſed in aliis opinor ſcriptis ab Euſtathio ad Dionyſii periegetæ v. 492. Et Stephano in Νήριτος. *Theodori* Atticæ gloſſæ Athenæo laudantur, ejusdem forte quem Suidas *Diodorum* vocat, & Alexandrinum patria, cognomine *Valerium*, ſub Imp. Adriano Ἀτθικὴν λέξιν ſcripſiſſe teſtatur. Scripſit & Ἀτθικῶν λέξεων συναγωγὴν κ' στοιχεῖον *Valerius Pollio*, itidem Alexandrinus, cujus Epiſtola ad Sotheridam laudatur à Clemente lib. VI. Stromateon. Niſi forte Diodorus ille Valerius etiam Pollio vocabatur. *Epitherſis* Nicæni (male Θέρσις pro Ἐπιθέρσης legitur apud Erotianum in ἄμβην) voces Atticas allegat Stephanus in Νίκαια, ejusdem ni fallor cujus mentio apud Plutarchum lib. de oraculorum defectu p. 280. edit. Aldinæ, ubi ait eum Æmiliani Rhetoris Patrem fuiſſe, unde eum vixiſſe ſub Tiberio & recte & facile colligere potuit Jonſius p. 238. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſophicæ, etſi qua autoritate fretus id affirmet neſcire ſe fatetur Thomas de Pinedo ad Steph. Etiam *Nicandri* Thyatireni (ita legendum pro Theaterini apud Woweranum p. 79. Polymathiæ, & emendandum ſphalma in Actis Eruditor. Lipſ. A. XC. p. 441. ubi male *Ariſtophanis Theaterini* legitur pro *Nicandri Thyatireni*) ἀτθικὰς λέξεις laudat Athenæus, quod opus pluribus libris conſtitiiſſe diſcas ex Harpocratione, qui ejusdem duodevigeſimum Ἀτθικῆς Ἀλφαβήτου in teſtimonium citat voce ξηραλοιφῶν. *Philemonis* Æxonenſis (ex populo Atticæ) Ἀτθικὰς λέξεις ſive φωνὰς, Ἀτθικὰ ὀνόματα, Ἀτθικὰς γλώσσας idem allegat Athenæus, unum, ut opinor, opus diverſis ſed idem ſignificantibus inſigniens titulis. Reſpicit & Tryphon apud Ammonium in πόνηρον. *Orionis* Grammatici Alexandrini συναγωγῆ Ἀτθικῶν λεξέων Suidæ memorata uſus eſt auctor magni Etymologici. *Mnaſeæ* quoque Berytii Ἀτθικαὶ λέξεις Suidæ laudantur. *Pamphilum*, de cujus Lexico plura dicta iunt capite ſuperiore, etiam de vocibus Atticis pe-

culiari opere egiſſe, colligas ex Athenæi lib. XI. p. 494. ubi Pamphilus ἐν Ἀτθικαῖς λέξεσιν citatur. Idem libro XV. & Erotianus in vocibus ἄμβην, κνησέρης διοπτῶ. *Ariſtophanis* Grammatici Byzantini Ἀτθικὰς λέξεις memorat. *Cratetis*, non Philoſophi Thebani vel Comici, ſed quem Criticum & Homericum dictum eſſe Suidas refert, illius inquam Cratetis librum quintum Ἀττικῆς διαλέκτου laudat Athenæus libro XI. pag. 497. *Demetrius* quoque *Ixion* Ἀτθικὰς λέξεις collegit, teſte Scholiaſte Ariſtoph. ad Aves, & de Alexandrina dialecto, libro, quem memorat Athenæus lib. 9 ſed & Atticas voces collegere *Pauſanias* atque *Irenæus*, de quibus adhuc pauca ſubjungam. Nam *Pauſaniæ* quidem Lexicon pluribus verbis laudat Photius cod. CLIII. teſtatus, plures etiam exhibuiſſe voces, quam Ælii Dionyſii opus, etſi in hoc teſtimonia ſcriptorum largius pleniusque allata fuerint. Quis vero fuerit ille Pauſaeias, Lexici autor, minus exploratum eſſe videtur, nam ut veriſimiliter id referatur ad Cæſareenſem Grammaticum, Æliani præceptorem, cujus doctiſſimum opus, περιήγησις ἑλλάδος, ſtudioſorum manibus teritur, & de quo plura Philoſtratus ſecundo de Sophiſtarum vitis, mirum tamen ſit in Atticis ne ſemel quidem ejus meminiſſe, & alios præterea fuiſſe hoc nomine certum eſt, ex quibus Pauſanias Spartanus Suidæ celebratur, quem inter alia ſcripſiſſe refert de feſtis Lacedæmoniotum. Sed cujuscunque demum Pauſaniæ Ἀτθικὰς λέξεις conſultas olim à ſe teſtantur Euſtathius ad Homerum non uno in loco, & autor ſcholiorum ad quartum Apollonii Rhodii, & Scholiaſtes ad Thucydidem lib. 6. c. 27. qui Ἀτθικῶν ὀνομάτων συναγωγὴν appellat. Videtur etiam idem opus reſpicere Pauſaniam laudans Euſtathius ad Dionyſii periegetæ v. 525. De *Irenæo* ita Suidas in Πάκαβος. Πάκαβος ὁ Μινύκιος, γραμματίσας καὶ Εἰρηναῖος, Ἀλεξανδρεὺς γραμματικὸς, περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων διαλέκτου ἢ περὶ ἑλληνισμοῦ, βιβλία ζ. ὅτι ἦ κατὰ στοιχεῖον. Περὶ Ἀτθικῆς συνηθείας τῆς ἐν λέξει καὶ προσῳδίας. βιβλία γ'. ἔστι ἦ κζ' στοιχεῖον. Περὶ ἰδιωμάτων τῆς Ἀτθικῆς καὶ Δωρίδος διαλέκτου καὶ ἄλλα πολλά. Idem alibi: Εἰρηναῖος ὁ καὶ Πάκαβος κληθεὶς τῇ Ῥωμαίων διαλέκτῳ (idem enim ſonant hæc duo nomina Græcis *Irenæus* & Latinis Pacatus) μαθητὴς Ἡλιοδώρου τοῦ μετρικοῦ (cujus meminêre Hephæſtio, Priſcianus, Rufinus & alii) γραμματικὸς Ἀλεξανδρεὺς, περὶ τῆς Ἀθηναίων προσῳδίας, περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων διαλέκτου, ὅτι ὅσιν αἱ τῆς Ἀττικίδος, βιβλία ζ. Ἀτθικῶν ὀνομάτων βιβλία γ. Ἀτθικῆς συνηθείας τῆς ἐν λέξει καὶ

καὶ

καὶ προσῳδίᾳ καὶ στοιχεῖον βιβλία γ'. Κανόνας ἑλληνισμοῦ βιβλίον α. περὶ Ἀττικισμοῦ βιβλίον α, καὶ ἄλλα πολλά. Hinc patet falli virum eruditiſſimum ſive potius aliud agentem ſcripſiſſe, cum in diſſertatione de Criticis Harpocrationi adjecta, tanquam duos diſtinctos â ſe ſcriptores commemorat Pacatum & Irenæum, aliis quoque ut fit hanc ejus hallucinationem imitantibus. Frequentius tamen à Græcis ſcriptoribus laudatur ſub nomine *Irenæi* quam latino *Minutii Pacati*, ut à Socrate, qui ex Irenæi Atticiſta nonnulla profert de voce ὑπόστασις lib. 3. Hiſtor. Eccleſ. Cap. 7. Εἰρηναῖος ὁ γραμματικὸς ἐν τῷ κατὰ στοιχεῖον Ἀττικιστῇ καὶ βάρβαρον ἀποκαλεῖ τὴν λέξιν, μὴ ἄρα καὶ παρά τισι τῶν παλαιῶν εὑρῆσθαι. Εἰ δέ που καὶ εὑρηται μὴ ταῦτα σημαίνειν ἐφ' ὧν νῦν παραλαμβάνεται. Παρὰ μὲν γὰρ Σοφοκλεῖ ἐν Φοίνιξι ἑνέδραν σημαίνειν (conf. Jer. XXIII. 18. 22. ubi LXX interpretes vocem בסוד quæ *conſilium* ſonat, vertunt ὑπόστημα & ὑπόστασιν, quod pridem notatum Petavio p. 320. dogm. Theol. de Trinitate) παρὰ δὲ Μενάνδρῳ τὰ καρυκεύματα, ὡς εἴ τις λέγοι τὴν ἐν τῷ πίθῳ τοῦ οἴνου τρύγα ὑπόστασιν. Etiam ab Etymologici Magni autore citatur Εἰρηναῖος ὁ Ἀττικιστὴς in voce κεμψὸς & ὑπηρέσιον. Ejusdem περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων διαλέκτου adducit in πυδαρίζειν. Irenæum in primo Apollonii, hoc eſt, in ſcholiis ad librum primum ejus Poëtæ, laudat vetus ad Apollonii Argonautica ſcholiaſtes.

V. Præterea MOERIDIS (vitioſe *Mœnidis* apud Labbeum Bibl. nov. manuſcr. p. 105.) Ἀττικιστὴς memoratur Photio in Bibl. codice CLVII. ubi libellum illum itidem κατὰ στοιχεῖον ſcriptum eſſe affirmat, uti hodieque apparet, ſupereſt enim in pluribus bibliothecis manu exaratus, in Vaticana, in Vindobonenſi Auguſtiſſimi Imperatoris, in Gallicis Anglicisque, in Voſſiana, quæ nunc eſt Lugduni Batavorum, ut mirum ſit, nondum in lucem exiiſſe. In Biblioth. Regis Galliæ cod. 3502. p. 261. incipit: ἄγαμαι ὑπερβολὴ, Ἀττικῶς: ἄγαμαι ὑπέρβολον ἑλληνικῶς. Paſſim ex eo loca producit Salmaſius ad Solinum, in Obſervationibus ad Jus Atticum, in Commentariis de Helleniſtica & in aliis ſcriptis, etiam ad Tertulliani librum de pallio, ubi vocat Mœridis Atticiſtæ περὶ ἑλληνικῶν καὶ ἀττικῶν λέξεων, ſolet enim inter ſe conferre voces, quibus Attici & quibus alii ἕλληνες ſive Græci utuntur. Ex manuſcripto Vindobonenſi deſcriptum habuit Johannes Pricæus, laudant etiam Uſſerius ad Ignatium, Valeſius ad Harpocrationem, Menagius ad Laërtium, Cangius in gloſſario Græco, aliique, quos referre longum

gum foret. Quibusdam *Eumerides* vocatur, ut Colomesio p. 120. Observationum sacrarum, quo autore vel quo argumento, ignorare me fateor. Nemo etiam est, qui doceat, ubi vel quando vixerit iste Mœris, ut non multo forte antiquior Photio fuisse videatur. Alioqui non obscurum Mœridis, antiquissimi Ægypti Regis nomen vel ex Herodoti Euterpe, & Mœridis, quem procuratorem Virgilii fuisse narrat Servius ad Eclogam IX. Sed nihil illi ad Mœridem hunc cujus librum de vocibus Atticis doctissimi Küsteri industriæ ut spero brevi debebunt harum literarum studiosi.

VI. Inter eos, qui jam publice editi extant antiquissimus est PHRYNICHUS Arabius, Sophista Bithynus, M. Antonino & Commodo ejus filio imperante clarus, cujus *ἐκλογὴν Ἀττικῶν ῥημάτων καὶ ὀνομάτων Corneliano* inscriptam habemus. In Catalogo MStorum Bibl. Barocianæ nnper edito fol. 9 male excusum est *Phrynichus ad Cornelianum de vocalibus ab usu remotis.* Legendum *de vocibus.* Hunc porro Cornelianum Rhetorem, & Imperatorum Antonini & Veri vel Commodi ab* Epistolis fuisse docet Phrynichus in *βασιλίσσα*, & in *τὸ σεβαστὸν* ubi laudat eum tanquam *καθαρὸν καὶ ἀρχαῖον ῥήτορα, καὶ μόνον μετὰ ἐκείνους, τοὺς ἀμφὶ Δημοσθένην λέγω, ἐπανάγοντα εἰς τὸ ἀρχαῖον σχῆμα καὶ δόκιμον τὴν ῥητορικήν.* Nunnesio minus verisimiliter idem fuisse videtur cum *Attidio* sive *Attilio Corneliano* Syriæ præfecto, quem à Vologeso fugatum refert Julius Capitolinus in Marci Antonini vita cap. 8. Primus illam Phrynichi *συλλογὴν* publici juris fecit Zacharias Calliergus Cretensis, Romæ A. 1517. quem secutus Franciscus Asulanus Lexico suo illam subjecit una cum Thoma Magistro, Moschopulo, Ammonio aliisque, ap. Aldum Venetiis, 1524. in folio. Hinc Michaël Vascosanus excudit Parisiis Ao. 1532. in octavo cum eodem Thoma Magistro & Moschopulo, Ælianique & Orbicii de vocabulis militaribus sive Tacticis. In his editionibus literarum ordine procedit Phrynichi collectio, in nullos libros distinguitur, neque versionem latinam adjunctam habet; minusque plena est & perfecta, neque in ea occurunt quæ ex Phrynicho producit Stephanus *ἐθνικῶν γεάφος* in voce *Ἀθῆναι*: Et sive ex Phrynicho ipso adhuc integro sive ex Stepha-

no

* Ita reddo vocem *ἐπιστολία* cum Nunnesio, etsi Agathiæ & aliis tabellarium notat, sive *γραμματοφόρον*, ut veteres Grammatici interpretantur.

no repetit Moſchopulus: ὁ δὲ Φρύνιχος ἀνάτλικόν φησιν εἶναι τὴν φωνὴν καὶ θαυμάζει πῶς ὁ Φερεκράτης Ἀτλικώτατος ὢν, ζήτει. Longe pleniorem deinde editionem ex MSto codice dedit Petrus Johannes Nunneſius, quamvis nec in illa loci à Stephano memorati veſtigium apparet. Suidas autem opus Phrynichi memorans ait eum Ἀτλικὴν ſive περὶ Ἀτλικῶν ὀνομάτων libros duos conſcripſiſſe, certe in editis Suidæ codicibus binarius tantum librorum Phrynichi numerus extat, cum in MSto Phrynichi quod Nunneſius ſecutus eſt diſtinctum fuerit in libros tres, tertio tamen libro non integro ſed exigua tantum illius parte ſuperſtite. Neque vero in Nunneſii exemplari verba ut in prioribus diſpoſita ſunt κατὰ στοιχεῖον, ſed promiſcue, nullo literarum ordine ſervato. Addidit porro non latinam modo verſionem Nunneſius ſed notas quoque eruditas, Phrynichumque ita à ſe ornatum ſtrenæ loco obtulit Andreæ Schotto Ao. 1586. Inde pervenit in manus viri optimi Davidis Hoeſchelii, qui notis ſuis doctiſſimis adjunctis cum locuplete verborum auctorumque quos laudat Phrynichus vel carpit indice in lucem emiſit Auguſtæ Vindelicorum Ao. 1601. 4. HERODIANI quoque, de quo infra in Grammaticis dicturus ſum, fragmentum de Atticis vocibus Græce & latine ſubjectum legere eſt p. 84. ad 93.

VII. Cæterum paulo audacius ſubinde nec ſine aculeo οἱ νότως Ἀτλικίζοντες à Phrynicho perſtringuntur, & quandocunque vel Poëtæ Comicique novi vel Philoſophi vel alii recentiores inſolenti aliquo verbo uſi ſunt, eos ſpernere ac relinquere, è contrario cum antiquis potius & πολιλικοῖς loqui jubet. Ita enim vocare genuinos Atticos Phrynicho in uſu poſitum eſt. Oratores præcipue illos civilem & robuſtam eloquentiam florentium Athenarum temporibus ſectatos, quales fuere Demoſthenes & Æſchines qui πολιτικὸν * ἀσκοῦντες λόγον Rempublicam ſua dicendi facultate perculerunt. Equidem Galeno lib. 3. in Epidem. Hippocratis πολιτικὰ ὀνόματα ſunt voces συνηθέσατα & vulgaris uſus, quo ſenſu ipſe ſcripſit libros tres τῶν παρ' Εὐτολίδι, libros quinque τῶν παρ' Αἰσχρίωνι & libros duos τῶν παρὰ Κραλίνῳ πολιτικῶν ὀνομάτων, ut refert in libro de ſcriptis propriis, quod

* Vide Valeſ. ad Harpocrationem, & quæ viri docti notant ad Longinum, p. 4. edit. Jacobi Tollii. Ariſtidem lib. 1. τεχνῶν ῥητορικῶν, qui eſt περὶ λόγου πολιτικοῦ.

alii, minus recte ni fallor, acceperunt de verbis forensibus. Sed Phrynichus πολιτικὰς opponit ἰδιώταις & ψευδατθικοῖς & quibuscunque non pure Attice loquentibus. Hinc tametsi alia Græcorum dialectus vocem aliquam admittat, si tamen ab τῶν δοκίμων, classicorum & genuinorum Atticorum usu remota sit, continuo occinit illud suum ὁ Φρυνίχης ἐπισκλείδη. Neque maximis viris parcit, ut si quis Phrynichum legat jam facile credat Sextum Empiricum non ab re succensere Grammaticis, ridereque μηδὲ δύο σχεδὸν ῥήματα δεξιῶς εἰπεῖν δυναμένης, βέλτιστος ἕκαστον τῶν μέγα δυνηθέντων ἐν εὐφραδείᾳ καὶ ἑλληνισμῷ παλαιῶν, καθάπερ Θουκυδίδην, Πλάτωνα, Δημοσθένην, ὡς βαρβαρον ἐλέγχειν. Sed vicissim Phrynichus reprehensus est à Thoma Magistro in collectione vocum Atticarum de qua mox dicemus: Nunnesius præterea & Hoeschelius præcipue in notis ad Phrynichum hoc negotii sibi dederunt, ut voces ab illo rejectas bonorum scriptorum autoritate tuerentur. Id quod jam pridem singulari opere fecisse videtur *Orus* Grammaticus Alexandrinus, inter cujus scripta Suidas refert librum adversus Phrynichum κατὰ στοιχεῖον. Ab Thomæ quidem censuris Nunnesius interdum Phrynichum defendit, Hoeschelius contra Phrynicho sæpe etiam Novi Test. & LXX. Interpretum scriptorumque Ecclesiasticorum usum objicit, recte arbitratus horum dictiones non ita protritas esse ut quidam opinantur, etsi Salmasius Phrynicho succinens non minus in sacris scriptoribus quam in novis Comicis Græcis multas voces idioticas & è trivio petitas agnoscit lib. de Hellenistica. E contrario Franciscus Vavassor in libro elegantissimo de ludicra dictione p. 101. *Phrynichus*, inquit, *à Thoma Magistro critico & collectore Atticarum vocum deprehensus in multis ac magnis erroribus, & à Josepho Scaligero ob illam ipsam Menandri reprehensionem & censuram improbatus.* Phrynichus, *inquit*, Menandrum malum auctorem Atticismi esse dicit, cui nos non credimus, & Menandrum plus in Atticismo vidisse quam Phrynichum, certo scimus. *Animadverti ego certe, ab eo male negari σύγχεσιν esse probam vocem, quam Dionysius quidem Halicarnassæus haud ignarus opinor bonitatis verborum in illa sua comparatione Platonis & Demosthenis sæpius eademque sententia usurpet.* Menandrum tamen non optimis semper vocibus usum sed interdum de industria vulgares & idioticas aut σφόδρα ῥωμικὰς, ut Pollux vocat, in dramata sua recepisse, colligas quoque ex eo, quod idem Pollux negat se usu-

uſurum verbis Menandri, niſi cum nullum apud alios probatos ſcriptores vocabulum commodum occurrit. Aliæ quædam Phrynichi acriores cenſuræ quibus non Menandrum modo ſed multos etiam alios autores laudatiſſimos perſtringere veritus haud eſt, reprobantur à Menagio notis ad Laërtium p. 18. 208. 215. & aliis in locis. Naſutus cenſor dicitur Barthio ad Claudianum notis. Præter vero Nunneſii & Hoeſchelii annotata extant etiam ad Phrynichum & ejus interpretem viri illuſtris notæ, ſine autoris nomine ab eodem Hoeſchelio editæ, Auguſtæ Vindel. A. 1603. 4. quibus loca Phrynichi complura emendantur & illuſtrantur, tum Nunneſii verſio pariter & notæ frequenter caſtigantur. Paucis foliis hæ notæ conſtant, ſed doctiſſimum produnt autorem, etſi nomen nullum præfixum ſit. Equidem Caſauboni eſſe putabat Mentelius apud Menagium T. 1. Antibailleti p. 173. & ſane in calce harum annotationum, Iſaaci Caſauboni ad Hœſchelium epiſtola occurrit: ſed notas ipſas non Caſaubonum, ſed *Joſephum Scaligerum* autorem agnoſcere diſces ex Hœſchelii literis ad Kirchmannum, quæ legitur poſt epiſtolas Marquardi Gudii pag. 188. Allegatur Phrynichus noſter à Stephano Byz. in Ἀθῆναι, Etymologico Magno, & Thoma Magiſtro, &c.

VIII. Jam non opus eſt, pluribus notare eorum * errorem, à Bœclero, Menagio aliisque pridem caſtigatum, qui librum de vocibus Atticis, quem hodie habemus, epitomen eſſe contendunt σοφιστικῶν παρασκευῶν Phrynichi, de quibus Photius cod. CLVIII. ubi refert, opus illud Commodo Cæſari dicatum (non Marco Aurelio Antonino, ut perperam affirmat Menagius l. c. p. 172.) multis conſtitiſſe libris, quorum ſinguli aliis viris doctis & amicis ab auctore inſcripti fuerint, uti primores tres & decimus, & poſt undecimum aliquot *Ariſtocli* cuidam, quartus & octavus *Juliano* Phrynichi populari, quintus & undecimus *Menodoro*, ſextus *Tiberino*, ſeptimus & plures è poſterioribus *Menophilo*, cæteri *Rhegino*, (Grammatico fortaſſis illi, cujus πολυμνήμονα Socrates III. 23. & Suidas commemorat) & *Baſilidi* Mileſio Sophiſtæ. Nec ſingulas voces modo ſed & phraſes & formulas λόγους γραμματικοὺς, nonnullos etiam οὐκ ἀχόλα ἀδιατρεπομένους χαλεπότητος

* Joh. Scheferi p. 155. libri de ſtylo. Bailleti jugem. des Sçavans ſur les Grammairiens Grecs p. 116. Morhofii Lib. 2. Polyhiſt. p. 17. ubi pro Phrynichi Strabii lege Phrynichi Arabii.

τε καὶ καινοπρεπῶς εἰρημένας τε καὶ συντεταγμένας complexum fuisse. Ejus vero operis, in quo pauca quæ non in Helladii quoque majore Lexico, sed sparsim aliisque permixta legebantur, libros XXXVII. duntaxat visos sibi testatur Photius, juxta seriem literarum vocibus dispositis, etsi autor totidem alios libros ejusdem argumenti promiserit, unde facile conciliatur Suidas, qui præter ἀτθικισὴν Phrynichi memorat ejusdem καινοπρεπῶς τεθεμένων συναγωγὴν σοφιστικῆς παρασκευῆς βιβλία λζ', οἱ ἢ οδ'. Ita enim legendus & supplendus ille locus, nempe si XXXVII. libris Photio visis totidem alios à Phrynicho promissos addas, prodeunt οδ', sive LXXIV. Laudat & hoc Phrynichi opus Scholiastes Comici ad Pacem. Non mediocriter porro hallucinatur autor Bibliographiæ curiosæ, Germanopoli, ut inscriptio præ se fert, in lucem editæ, & propter varias interpolationes truncationesque ac mutationes, Bœclero ad quem autorem refertur indignæ, dum de Phrynicho agens hæc subjungit: *Nunnesius in codice suo multa egregia annotaverat, quæ Daniel Heinsius pro suis postea edidit, acerrime propterea traductus à Claudio Salmasio in præfatione ad Simplicium.* Sane Heinsius in Phrynichum nunquam scripsit, uti nec Nunnesius in Simplicium. Sed Franciſci Nansii emendationes in suam Simplicii editionem Heinsium transtulisse & pro suis venditasse Salmasius contendit, cum Nansiani codicis in præfatione Typographi Heinsianæ editioni præmissa diserta fiat mentio, atque adeo à plagii culpa Heinsius facile absolvatur, cui quavis data vel non data occasione nimis inclementer sæpe insultat vir maximus Salmasius. Bailletum vero qui Bibliographiæ curiosæ errores sine cœnsura suis doctorum judiciis inseruit, pluribus verbis reprehendit Menagius in Anti-Bailleti capite XLVII. Cæterum fuêre & alii Phrynichi præter nostrum, qui de Atticis dictionibus scripsit, & ex quo præter rem duos facit Johannes Jacobus Hoffmannus T. 1. Lexici universalis Part. 2. p. 163. De illis dixi supra Lib. 2. Cap. 19. Nunc indicem Scriptorum in Phrynichi libris de dictionibus Atticis allegatorum, paulo quam est in Hœscheliana editione vel qualem in dissertatione de Lexicis Græcis §. 14. olim dare me memini, auctiorem subjungam.

IX.

IX.

Index Auctorum, qui in libello Phrynichi citantur, vel reprehenduntur.

Ægyptii. pag. 54. 58.
Æoles. 54. 64.
Alcæus Comicus. 42.
Alexander Syrus, Sophista 62.
Ejus epistola. 44.
Alexandrini. 58. 72.
Alexis Comicus. 38. 60. 68.
Antiochi Sophistæ βιβλίον, ἀγορᾷ ὀπιχαφέμενον. 32.
Antiphanes Comicus. 58.
Archippus Comicus. 88.
Aristophanes. 16. 24. 26. 32. 44. 56. 58. 60. 66. 72. 80.
ἐν γήρᾳ, 68. ἐν Δαιδάλῳ. 80.
δαιταλεῦσι, 16. ἱππεῦσι, 44.
νεφέλαις δευτέραις. 72.
Aristoteles. 56. ἐν τῇς Ὁμήρᾳ ἀποριήμασιν. 42.
Asiani. 46.
Athenienses. 12. 16. 18. 36. 52. 62. 64. 66. 68. 72. 76. & alibi.
Bithyni. 46.
Balbus Trallianus, Orator 79.
Cajus Atethusius Grammaticus. 80.
Chrysippus. 30. 56.
Comœdia 38. nova. 25. 27. 62. 64. 70.
vetus. 10. 52. 58.
Corinna. 56.
Cornelianus. 6.
Cratini loc. 18. 22. 24. 42. 66. 80.
Demosthenes. 20. 34. 54. 56. 70. 74.
ἐν τῷ κ̄ Διονυσιαδώρᾳ. 40.
Oratio contra Neæram Demostheni supposita. 42.
Dio Philosophus. 10.
Dorienses. 42. 64.
Epicharmus. 12. 18.
Eretriaci. 18.
Eubuli Com. κορυδαλίς. 60.
Eupolis Comic. 24. κόλακες 60.
Ejusdem forte κόλακας respicit in ϖ̃δασίτῃς. 24.
Euripides. 60.
Gagianus (Cajanus) Smyrnæus ῥήτωρ. 78.
Græci. 14.
Gymnastici. 54.
Hecatæus. 36.
Herodotus. 22. 36. 44. 80. 84.
Hesiodus. 16. bis
Hippias. 56.
Homerus. 62. 66.
ὁ ποιητής. 12.
Hyperides. 58. 60.
Ionici. Ιων συγγραφεύς. 56. 64.
Lollianus Sophista. 28. 30.
Lysias. 20. 62.
ἐν τῷ καθ' Αὐτοκράτης. 64.
(interpres Αὐτοκράτης.)
Macedones. 68. 76.
Medici. 8. 26.
Menander. 32. 58.
66. 71. 76. 78. 82. 84.

ἐν τῇ Σαμίᾳ. Pulcherima Menandri comœdia μισογύνη. 76.
Myrtilus. 80.
Phauorinus. 28. 32. 34. 36. 38. 62. 82. 84. ἀνὴρ λόγῳ ἀξιος. 40. ὁ πρῶτος Ἑλλήνων δόξας εἶναι ἐν συγγράμματι ἐπιγραφομένῳ περὶ τῆς Δημάδους σωφροσύνης. 42. ἐν τῷ περὶ εὐχῆς. 40. ἐν τῷ περὶ ἰδεῶν λόγῳ. ibid.
Pherecrates. 70.
Philemo. 64.
Philippides. 66.
Philoxenus ἐν τοῖς περὶ Ἰλιάδος συγγράμμασιν. 44.
Phocylides Milesius, παλαιὸς σοφόδρα, Ionicus. 64.
Phrynichus Comicus 12. ἐν σατύροις. 44.
Phylarchus. 80.
Plato. 10. 16. 44. 56. 58.
Plutarchus φιλοσοφίας ὅπη ἄκρον ἀφιγμένος. 46.
Ejus περὶ δυσωπίας. 30. σύγκρισις Ἀριστοφάνους καὶ Μενάνδρου. 46.
Polemo Ionicus Sophistæ. 28. 44. 78.
Ejus Historiæ. 44. inscriptio in imaginem Demosthenis. 78.
Vide & infra, *Secundus.*
Οἱ ἀμφὶ τὰς δίκας ῥήτορες. 78.
Sappho. 54.
Secundus Grammaticus, Polemonis amicus, ejus συγγράμματα correxit. 44.
Solon ἐν ποιήμασιν. 74.
Sophocles. 30. ἐν Ἀνδρομέδᾳ. 68.
Stoici. 58. 68.
Stratis Comicus. 34. 80.
Syllas. 28.
Syracusani. 64.
Teleclitus (lege Teleclides) 68.
Teleclides Com. 52.
Theo Grammaticus. 68.
Theophrastus. 60.
Theopompus Comicus. 30.
Thucydides. 16. 56. 58. 81. ἐν τῇ ὀγδόῃ. 50.
Tragœdia. 38. 68.
Xenophon. 14. 20.

X. THOMÆ quoque, MAGISTRI communiter dicti, ὀνομάτων ἀττικῶν ἐκλογαὶ cum Phrynicho editæ sunt à Zacharia Calliergo primum Romæ Anno 1517. tùm Venetiis ab Asulano: & à Vascosano Parisiis. Novissime *Nicolaus Blancardus* separatim eundem libellum emendatius vulgatum juxta seriem literarum paulo accuratius disposuit, & indice autorum, quos laudat, quique propemodum universi hodie adhuc supersunt, auxit Franequeræ Anno 1690. 8. Illi editioni anno 1698. adjectæ sunt animadversiones V. C. *Lamberti Bosii*, cujus præclaræ exstant diatribæ & observationes in loca quædam Novi Testamenti, & scriptorum τῶν ἔξω, utilissimus item de ellipsi Græcorum libellus, & luculenta editio versionis Græcæ LXX. debemus. In illis Bo-

Bosii observationibus Thomas arguitur, non raro damnasse locutiones bene Atticas, quod Leopardo etiam Grævioque ad Solœcismum Luciani, Joh. Jensio in Lucianeis lectionibus, Joh. Barbeyraco in epistola ad Jacobum Bernhardum * & aliis viris clarissimis notatum fuit. Etiam *Martinum Brunnerum*, Professorem Græcæ linguæ Upsaliensem, à quo Palæphatum notis illustratum habemus, Lexicon Atticum Thomæ Magistri recensere & prælis subjicere molitum didici ex Nicolai Heinsii epistola ad Isaacum Vossium, quam edidit Colomesius in observationibus ad Lil. Giraldi dialogos de Poëtis pag. 63. *David Hœschelius* ad Godofredum Jungermannum 8 Cal. Dec. 1606. *De Harpocratione tuum probo consilium, sed suppetiarum nihil habeo polliceri. Verum si res ferret moram, ad Thomam illum Magistrum non minus feram opis, quam Phrynicho à me præstitum.* In codice Regis Galliæ 1853. ita inscribitur teste Fraxineto: Σοφωτάτῳ καὶ Μοναχῷ Κυρίῳ Θεοδώρῳ Θεσσαλονικέως καὶ Μαγίστρῳ ἐκλογαὶ ὀνομάτων Ἀττικῶν ὡς οἱ δοκιμώτατοι χρῶνται τῶν παλαιῶν, καὶ τίνες αὐτῶν ὡσημειώτως καὶ διαφορὰ τῶν ἀλλήλων. Thessalonicæ vixit, patria Cretensis fuit, si idem est Thomas Hiero-Monachus, cujus epitome Suidæ Lexici, manu exarata exstat Dresdæ in Bibl. Potentissimi Saxoniæ Electoris. Ejus scholiis MSS. in Aristophanis Plutum, nubes & ranas, ex Bibl. Colbertina usus est idem Fraxinetus sive Du Frenius in glossario mediæ græcitatis. In Bibl. Regis Christianissimi cod. Gr. MS. 1853. post collectionem vocum Atticarum habetur ejus *oratio, qua Cynegiri Pater Euphorion Polemarcho Callimachi Patri præferendum se contendit. Oratio qua hortatur Athenienses ad concordiam. Oratio de laudibus Johannis Baptistæ. Oratio vel potius epistola ad Philosophum Josephum. Oratio Apologetica pro Chandreno, aliaque.* Vide & Labbeum Bibl. Nov. MS. p. 74. ubi codicem Regium 1922. recenset. Disertissimam *laudationem Gregorii Nazianzeni*, & orationem gratulatoriam Magno exercituum Duci Angelo scriptam, aliasque binas *ad magnum Logothetam Theodorum Metochitam*, & *ad Patriarcham C. Politanum Niphonem*: (male *Tryphon* hic vocatur à Dufrenio) *laudationem Regis Cypri*, & *epistolas septem* cum *Nicephori Gregoræ epistola ad Thomam Magistrum*, primus Græce & latine edidit vir doctissimus & Sueciæ suæ nuper lumen haud vulgare Laurentius Normannus Upsal. 1693. 4. Ex quibus epistolis uti etiam ex προσφωνητικῷ ad Niphonem Patriarcham & ex iis, quæ ad Imperatorem Andronicum Palæologum scripsisse perhibetur, nec dum

* Nouvell. Reip. literar. A. 1702. Novembr. p. 515. seq.

dum in lucem emiſſa, recte docet, Thomam floruiſſe ſeculo poſt natum Servatorem quarto decimo ineunte. Suſpicatur quoque, eum Magiſtri ſive officiorum ſive ſcriniorum regiorum & chartophylacis munere functum, eundemque Rhetorem ac cauſarum patronum, ſiquidem hic eſt Thomas ſcholaſticus autor Epigrammatis lib. IV. Anathalog. Cap. 31. p. 514. quo Demoſthenem Ariſtidem & Thucydidem veluti τρεῖς ῥητορικῆς ἀρετὰς maximi facere ſe teſtatur. Poſtea vero Imperatore Andronico Palæologo ſeniore fortunis opibusque per nepotem exuto inque monaſterium, ſuaſu potiſſimum Patriarchæ Niphonis, A.C. 1327. detruſo, & Antonii Monachi nomen cum cucullo ſibi imponente, parem cum hero fortunam & alios expertos, & Thomam noſtrum abdicato munere publico rebusque ſeculi repudio miſſo deinceps *Theodulum* appellatum fuiſſe. Quod vero eundem ſub *Demetrii* quoque *Triclinii* nomine latere, nunc *Theodori* Monachi & *Chriſtoduli* appellatione venire affirmat, vellem conjecturas has ſuas argumentis confirmaſſet vir doctus & præſtantiſſimus. Cæterum allegatur Thomas Magiſter â Scholiaſte Luciani, ad libellum, qui Phalaris inſcribitur, & verba, ad quæ respicit, in hoc libro de vocibus Atticis, voce ἀυθέκαστος occurrunt, unde eum Thoma noſtro juniorem eſſe recte nuper in lectionibus Lucianeis obſervavit V. C. Johannes Jenſius. Jam indicem ſcriptorum à Thoma laudatorum è Blancardi editione ſubjungamus.

XI.

Index Auctorum qui á Thoma Magiſtro Citantur, Explicantur, Notantur.

ACHILLES RHETOR. ἐν Λευκίππῃ, voce ἀναβαίνω.

AESCHINES. v. δημόκοινον. δυνάστης. ἔκδοχή. ἔκστασις. ἐπεσταμένως. ὑπόδεξιον. ὑπακαλύμμα. ὑπόλειπε. ὑπεσταμένως. ἑταῖρα. εὐνομεῖσθαι. εὐφημία. καιρὸς. λογογράφον. μαρτυρία. μισθοφορῶ. οἰκῶ. ὄφλημα. παροινία. προβολή. σφωματίας. ὑποπάζειν. φιλανθρωπία. χλανίδιον.

AESCHYLUS. v. αἰτῶμαι. βασίλεια. γείτων. διαπεπραγμένον. διάτροφοι. διώκω. ἐβδόμη. ἔργω. ἐμπροσθὼν. ἐξήτημαι. ἐπεπλάμην. εὔνοια. ἥκω. θεοπρόπος. θεωρὸς. ἵκταρ. ἱστορῶ. καπέρχομαι. κέκτημαι. κώμας. λοφᾶ. μάλη. μᾶλλον. μέλλω. μὴ. ὄρνιθες. πεζὴ στρατιὰ. σαλεύσαι. συμφέρον. φερέγγυον. χλιδῶ. ὠφελῶ.

ALE-

ALEXANDER SOPHISTA. v. διδώ.
ALEXIS. v. οἰκίας δεσπότης. παλαιστικός.
ANTIPHO. v. λατόμ.
APHTHONIUS. ἐν τοῖς προγυμνάσμασιν. v. ἀνεβαλόμην.
οἱ ἀρχαῖοι v. πορνοκόπος & alibi.
ARISTIDES. v. ἀγάλλω. ἀγωγὸς. ἀεὶ. αἴσχιον. ἀκέσης. ἀμαθῶς. ἀμφηλικέστερα. ἀναβασμὸς. ἀναδησάμενος. ἀναθεῖναι. ἀιαλέγομαι. ἀναμιμνήσκομαι. ἀνεβαλόμην. ἀνεῖλεν. ἀνειμένον. ἀνέσησα. ἀνέχω. ἀνέῳγεν. ἀξιῶ. ἀοίκητον. ἀπείρατος. ἀπήλαξεν. ἀποκρίνασθαι. Ἀπόλλω. ἀπολύομαι. ἀποσολας. ἀρύτομαι. ἀτρεμῶ. αὔξειν. ἄυξην. αὐτομολία. ἀφαιρῶ. ἀφῆκεν. βαρύνειν. βασκαίνω. βέβαι. βελόνη. βήξ. βλαξ. βύλομαι. βυλευτήριον. βρέχει. γάν. γαργαλισμὸς. γεννήθεις. γῆρας. γοῦν. δεδήσομαι. δεκέτης. διεβίβων. διεῖναι. διενειμάμην. διέφθορεν. διηλλάγη. διώρυξ. δυοῖν. ἐδίδαξα. ἔδ. εἰ. εἰς. εἴσω. ἑκαταχῆ. ἐκβάλλει. ἐκβολὴ. ἐκεῖ. ἑκοντὶς. ἐκποδὼν. ἑκὼν. ἐλάα. ἐλευθερία. ἐξεῖλε. ἐξ ἀπιστολῆς. ἐξερῶ. ἐπαγγέλλω. ἐπέκεινα, ἀπόδειξις. ἀπόκειμαι. ἀπύνι. ἀπύπ. ἀπτερέπ. εὐκοθλ. εὔνοια. εὐπρεπὴς. εὔχομαι. ἐφόδια. ἔχω. ζώνιον. ἤθ. ἥμαρτον. θάκ. θεραπεία. θεωρὸς. θόρυβ. θύωμα. ἰδέα. ἰδιαίζατον. ἰσχίω. καθηκοντα. κάθησο. κάλως. καταβολὴ. καπηθέω. κάτοπτα. κατορθώσαι. καττίτερ. κεκλεισμαι. κληρονομῶ. λαγχάνω. λαίλαψ. λάρυγγα. λεπτὸν. λογίας. λοιμὸς. λύτρα. μαίνομαι. Μαραθῶνα. μεγαλοψυχία. μεῖζον. μέλει. μερίτης. μὴ. μηκύνω. ναυαγία. νεῖσ. ἐνειμάμην. νενηφότως. Νηρὴς. ξενίζω. ξυρέω. οἷς. ὅτει. ὁρμίζω. ὄχ ἂν. οὑτωσί. ὄφλημα. παιανίζω. πάλαι. παρωτῦμαι. πάσαπολεῖν. παῖσαι. πεντετηρὶς. περιεγένετο. πιθανὸς. πλινθίον. πῦ. προξενῶ. πρὸς. προσβάλλω. προσγελῶ. προσείρηκε. προσηγορία. προσηκει. προσκρουμα. προσοδ. προσοικῶ. προσχημα. πτῶϊτιρον. ραιῶνη. ῥεῖθρον. ῥιγέω. ῥὰς. σαπρὸς. σκαιὸς. σκηνὴ. στεφανίτης. συλλεχθεὶς. σύμμετρον. συμφορὰ. σύνοιδα. τέλ. τήμερον. τίθην. τιμῶ. τελήρε. ὑβρεισικώτερ. ὑπάγω. ὑπάρχω. ὑπὲρ. ὑποθελίζομαι. ὑπολογίζομαι. φάκελ. φανθεὶς. φέρε. Φυγὴ. Φυὴ. χαμαὶ. χθιζὸς. χιτὼν. χὴν. ψάμμ. ψευδ. ὡς.
ARISTOPHANES. v. ἀγροῖκος. ἀκέσης. ἀλεῖν. ἀληθὲς. ἀναδησάμεν. ἀνέῳγεν. ἀπειλῶ. ἀπολείπει. ἀπονιπτρον. ἀργὸς. αὐτὸς. ἀφρονίσειν. βαβαὶ. βυλεύομαι. βῦς. βρέχει. γῦν. δημότης. διακεκναισμέν. δρᾶ. ἐγείρομαι. ἐδίδαξα. ει. εἰῶ ὤφελεν. εισηρρησε. ἔκδημ. ελάω. ἐμβάδες.

ἔνεσιν. ἐξεκόπη. ἔξω. ὑπτερίβε). ἐρῶ. ἔυκηλ☞. εὐφημία. ἔυχομαι. ζηλῶ. ἥρω. θεῶ. θύλακ☞. καθυφεὶς. καπίβα. καταγλωττίσματα. καταχύσματα. κλάειν. κλέωτης. κηλεκύνη. κόπις. λάρυγγα. λοπάδιον. μᾶλλον. μάτην. μάττω. μεθύση. μειραξ. μελίπηκτον. μὴ. μιαρὸς. μονώπατ☞. νεομηνία. οἰμώζω. ὄξις. ὄρνιθες. οὐδεὶς. ὀφθαλμιῶ. παῖσαι. πάιω. παραφρενῶ. πατραλοίας. πεὶβάλλω. πλεῖν. πλυνεὺς. ποδαπὸς. πολύπμον. πῦ. πρόβατον. προσέχω. προστρέβομαι. ῥέγχω. ῥήτωρ. ῥιγέω. σημεῖον. σκίμπους. σμινύη. σέμφυλα. συνδεῖ. πεμαχ☞. πυτλιον. τρέφομαι. ὑαλ☞. ὑπάγω ὑπερορῶ. ὑποκηρίζομαι. φαρμακὸς. φασιανοὶ. φέρε. φθείρου. φθοῖς. χαίρειν. χαιρήσεις. χθὲς. χιτῶν. χολὴ. χοῦν. χρῆσης. ψύλαξ. ὡς.

ARISTOTELES. v. βιοῦν. πνεύμων. χαῖρε.

CHARICLEA (HELIODORI.) v. εὐαγγελίζομαι.

DEMOSTHENES. v. ἀναισθητύομαι. ανέῳγεν. ἀποδέχομαι. ἀπόσολ☞. αὔξειν. βασκαίνω. βάλομαι. γελοῖ☞. δεδεμέν☞. διαβέβλημαι. διάγω. δοκῶ. δουλᾶμαι. ἔγγιον. εἴσω. ἐκεῖ. ἔλξαι ἕνεκα. ἐξεῖλε. ἐπετειλάμην. ὑπτερίβεται. ἑπαῖρα. εὐηθες. εὐθύνη. εὐλαβεῖσθαι. ζηλῶ. ἤθ☞. καθάπαξ. καταςκευάζω. κίναιδ☞. κλάειν. κρύφα. λογογραφ☞. μεθύση. ξαίνω. ὀδεῖνα. πανταχόθεν. πλοιόμων. πεζὴ γραπὰ. πίνει. πολιτεύομαι. πομπὴ. προξενῶ. προστρέβομαι. πώμαλα. ῥάων. σύμβολον. πτυφωμέν☞ τὶ διαφέρει. πιμῶ. ὑπερήφαν☞.

DIO. v. ἡμίση. νενηφότως.

EPICHARMUS. v. λάρυγγα.

EUBULUS. v. θηρίκλειον. κόρυδ☞.

EUPOLIS. ἐν βάπταις. v. ὑπάγω.

EURIPIDES. v. βλέπειν. βῶλ☞. Γοργὼ. γραφεὺς. διαχρῶμαι. δίδωμι. δῆρες. δικάζω. ἐγκαλῶ. ἐφ' ᾧ φέλεν. ἐκεῖ. ἐκπλήττω. ἐκποδὼν. ἑυρημα. ἔχω. ἥκω. θῆλυ. ἰδοὺ. ἱςορῶ. κωφὸς. κηδεστὴ. μαςὸς. μελάγγρως. μεσονύκτιον. νῦν. ὅποι. ὁρμίζω. παρασάδες. πόθεν. πόλις. πομπὸς. σαίρειν. σκότ☞. τίθην. πιμωρῶ. ὑποπτ☞. φάσματα. φύσις. χλανίδιον. χρὴ. χρῆν. ψάλλιον. ψυχὴ.

GREGORIUS THEOLOGUS. v. ἀσφόδελ☞. βύειν. διαλίθεμαι. ἑβδόμη. θεωρὸς. μισθὸς. ὀδεῖνα. ὄφελον. πολὺ. πειρῶ. προσγελῶ. ὑπέχω. ὑπόγυον.

ἡ ΘΕΙΑ ΓΡΑΦΗ. v. εὐαγγελίζομαι. infra, Sacræ literæ.

HELIODORUS ſive CHARICLEA. v. εὐαγγελίζομαι.

HER-

HERMOGENES. v. περιβολή.

HERODOTUS. v. ἠγανακτησάμην, ἀθυμία. ἀληθεύω. ἀλογίαν. ἀμηχανῶ. ἀναγινώσκω. ἀναλέγομαι. ἄνωθεν. ἄπειρος. ἀρά. ἄφθονος. γέγονα. δεσποτεία. διάκονος. διαίθεμαι. διαχρῶμαι. διδώη. διέχει. ἐκών. ἐάλω. ἐμποδών. ἐξ. ἐπίπεμπτος. ἐπῖρα. ἐυσομεῶν. ζευγνύασι. καθάπτομαι. καταστρέφομαι. κατέυχομαι. λογίας. λόγιμον. οἰκέται. ὅμοιον. ὅπλα. οὐδείς. ὄφελον. ὄχλος. παθήκη. παράλιος. παρεῖδεν. παρέσησαν. περιβάλλω. περιεγένετο. πρεσβεύονται. προέδωκεν. προορῶ. προσκειμαι. προσποιοῦμαι. σιγῇ. σόλος. σύνθετον. πέλη. πίθην. τόξευμα. ὑποκρίνομαι. ὑπολαμβάνω. ὑποπτοι. ὑφίσαμαι. φάρμακα. χρηματίζω. ψυχή. ὠνήσομαι.

HESIODUS. v. ἀράχνη. βραδύτερον. ζηλῶ. θαμά.

HIPPOCLIDES. v. ἐνέχυρα.

HIPPOCRATES. v. φάρμακα.

HOMERUS. v. ἀκέσης. ἀπέλεσον. βέλος. βάλομαι. γράψαι. δεδίττομαι. διδώη. ἐκεῖ. ἐπίκωπος. ἔχω. θυρεὸς. κάθισον. Κάρ. μαστὸς. νῦν. ὄνθος. ὅποι. πάλαι. πάυω. παραπληγὼς. πόλις. ῥιγέω. συλῶ. πίκτειν. ὑποφύγω. φράσον. φυὴ. χρεία. ὠκύς.

ISOCRATES. v. πλάνος.

JULIANUS. v. ἀπόδοσις.

LIBANIUS. v. ἀγροῖκος. ἀθέατος. αἰπύμαι. ἀκκισμὸς. ἀλυργὸν. ἀναδησάμενος. ἀνακαθαίρομαι. ἀνάλωσα. ἀναμιμνήσκομαι. ἀνανεῦμαι. ἀνάπαυλα. ἀνεῖλεν. ἀνέρας. ἀνέφυγεν. ἀνίσω. ἀνίγραφα. ἀπαντικρύ. ἀπειλῶ. ἀπολείπει. ἀποπέμπω. ἀποφέρεσθαι. ἀργυράμοιβὸς. ἁρπάζω. ἀσκεῖ. ἀσύνετος. αὐχὴν. βιβλιογράφος. βίον. βυλεύομαι. βυλητήριον. βραδύτερον. βρωμᾶται. γῆμαι. γιγνόμενον. Γοργὼ. γῦν. δάκρυσι. δεκέτης. δεσποτία. διαχρῶμαι. διδώη. διέπαυσε. δικάζω. δοκὸς. δυοῖν. ἐδάφων. εἴσω. σκιάδην. ἑλληνίζω. ἐλπίς. ἐνταῦθα. ἐπαγγέλλω. ἐπείδεν. ἐπὶ κόρης. ἐπινίκιος. ἔπιπλα. ἐρεχθεῖ. ἐρευνῶμαι. ἐροίην. ἐρῶ. ἐυθύνη. ἐφόδια. ζάπλουτος. ἥκω. ἥλιος. θυωμα. καθάπαξ. καρῆναι. καπασκευάζω. κατορθῶσαι. κελεύω. κεντεῖ. κλεῖν. κομίζομαι. κονδυλίζω. λέμφος. λεπτὸν. λύζωμα. μεγαλαυχῶ. μεθύση. μεπιξὺ. μὴ. νυμφεύτερα. οἰμώζω. ὁπτὴρ. ὁπωρῶν. ὁρμίζω. ὀσφρόμαι. οὕτως. παιδίσκην. πανοικὶ. παραβάλλω. περίσαμαι. Πέρσας. πίνει. ποδαπὸς. πρεσβεύονται. πολιτήριον. ῥητωρ. σκίμποδας. σμινύη. σταθμοὶ. σύραξ. συμβυλεύω. συνίσαται. συντίθημι. πτήξεται. πίθην. ὑμῶν. τυγχάνει, ὑπερ-

ορῶ. ὑπονώδης. Φάσκωλ Ⓖ. Φορὰ. Φυγὴ. Φυσᾶν. χλευάζω. χρηματίζω. χρήσης. χρυσίδες. χρῶ. ὦρα.

LUCIANUS. v. ἃ μὲν ἠγανακτήσαμεν, ἀεὶ. ἀθρόᾳ Ⓖ. ἀκέσης. ἀλιεύομαι. ἀναλέγομαι. ἀνέρας Ⓖ. ἀνέφυγεν. ἀποκήρυκτ Ⓖ. ἀποπέμπω. ἀποσοβῶ. ἀπρονόητ Ⓖ. ἀνώμοτ Ⓖ. ἀργὸς. ἄρλι. ἀτέλεσον. ἀτενὲς. αὐθέκας Ⓖ. ἀωρὶ. βυκηλεῖν. βύλομαι. γαργαλισμὸς. γεάφομαι. διαβόητ Ⓖ. διακονῶμαι. διαπέτομαι. διδάσκομαι. διέφθορεν. δοκὸς. ἐγείρομαι. εἰ. εἰσήει. ἐκπλήττω. ἑκὼν. ἐλλέβορ Ⓖ. ἐλπίζω. ἐνδεδυκὼς. ἐξήρτημαι. ἔξω. ἐπέχω. ἐπιδρομὴ. ἐπιλανθάνομαι. ἑρμογλύφ Ⓖ. εὐμαθὴς. εὑρίσκομαι. ζωπυρῶ. θέρμ Ⓖ. ἰδιόξεν Ⓖ. ἵστημι. καθοδ Ⓖ. κατανοδόκη. καταγῆναι. κατοχήμαι. Κεγχρεαὶ. κεραία. κεφαλὴ. κληρονομῶ. κορυφαῖον. κυνίδιον. μὰ. μαχλὰς. μὴ. ναυαγία. Νηρὶς. ὀρθρεύω. οὐδέποτε. παλαιστρικὸς. πάλαι. παραβάλλω. πατραλοίας. περιβάλλω. περιεπάσθη. πίομαι. πρεσβυγερία. ῥαδιουργὸς. σέες. σίαλον. πυθνήξεται. πίλλω. τριακοντούτης. ὑπερμαίζω. ὑφίσταμαι. Φαῦλ Ⓖ. Φωρῶ. χαίρειν. χιτὼν. χωρὶς. ψάλλιον. ὠνήσομαι. ὡς.

LYCOPHRON. v. ἀπρ Ⓖ.

MENANDER. v. κολυμβητὴς. λήθαργ Ⓖ. πορνοκόπ Ⓖ.

PHAVORINUS. v. ἐπεξελευσόμεν Ⓖ. ἐξιδιάζοντας. καθιερῶσας. περιπετῶς.

PHERECRATES. v. ῥυπαίνω.

PHILO. v. ἐξαπινάως. ξενίζω.

PHILOSTRATUS. v. ἀνάθημα. ἀνθέων. ἀπὸ ξ διακειμένων. αὐχὴν. ἀφαιρῶ. ἀφανίζεται. Ἀχερουσία. βασίλεια. γεγυμνασμένος Ⓖ. διαβέβλημαι. διάγω. ἐμβελὴς. ἐξεκόπη. ἑρμηνεία. ἑρμῆ. ἡβᾶν. κατηγορῶ. κέκτημαι. λεπτὸν. μεθύση. ξένον δεῖνα. ὁμιλητὴς. οὕτως. ὄψις. παραγινώσκω. πολὺ. προσγελῶ. ῥάθυμ Ⓖ. ῥαθυμῶ. συνίσταμαι. ὑποπάζειν.

PHRYNICHUS. v. ἀνέφυγεν. διδύη. δυοῖν. ἔστω. χωρὶς.

PINDARUS. v. διάπειρα. ἤτοι. πειρῶ.

PLATO. v. ἄγεται. ἀγὼν. ἄθυρμα. αἴσχιον. ἀμφιγνοῶ. ἀμφίεσμα. ἀναλέγομαι. ἀνεβίωσα. ἀνεῖλεν. ἀποδέχομαι. ἄστυ. ἄτοπα. βύλομαι. γέγονα. γεννᾶ. διαπέπω. διαφορὰ. δίκη. δοκῶ. δύναμαι. δυσωπῆμαι. εἰ. εἰσήει. ἐκεῖ. ἐναρίθμιος Ⓖ. ἕνεκα. ἔξω. ἐπὼν. ἐπανορθῆμαι. ἐπικορὴς. ἐπιστρέφομαι. ἐπιψηφίζω. ἐπειρότερος. ἐυκταῖον. εὐπετὴς. εὔχομαι. ζευγνύασι. ζωπυρῶ. θεωρὸς. θὴς. ἰδέα. ἰὼν. καταγῆναι. καπηγορῶ. κα-

τοπιν. κατορθῶσις. κοινῶ. μεθύση. μέλλω. μὴ. μιμῆμαι. νῦν. ὀψοποιὸς. παιδεία. ᾠδὴ. ᾠδοκελεύομαι. ᾧδει. ᾧδιεγένετο. πηνίκα. πράττω. πρεσβεία. πρωΐ. πρῶτος. σφὲ. τεθνήξεται. ὑμῶν. ὑπὲρ. ὑπερηφανος. φέρε. φερεφάτζα. φοιτᾶν. χαίρειν. χρήσθων. ψάμμος.

PLUTARCHUS. v. ἄνωθεν. ἀπινές. δημόκοινος. διαπεπραγμένον. δυσωπῆμαι. εὐπρεπὴς ὁδὸς ζώνιον. κόρυδος. λαμυρία. ὑπὲρ. ὑποκορίζομαι. φθεὶρ.

POLLUX. v. ναὸς.

ΟΙ ΡΗΤΟΡΙΚΟΙ. v. ἐξαπινάως.

SACRÆ LITERÆ. v. ἀξιῶ. εὐαγγελίζομαι. εὐθὲς. καπυρῆναι. σκηνὴ.

SOPHOCLES. v. ἀνεῖλεν. ἀπαρκεῖ. ἀποδρᾶς. βεβαβεὶς. βωλος. γοῦν. διέφθορεν ἔδ. εἰ. ἔξω. ἐπαγγέλλω. ὅπισω. ἑσάτω ζηλῶ. ζῶμα. ἧσθαι. ἰδιόξενος. κεντεῖ. κίναιδος. κομπάζω. μάτην. μὴ. νῦν. ὀπτὴρ. οὐκ ἀν. πανεργὸς. περίχω. προξενῶ. πρόχημα. συμφορὰ. πρωρῶ. ὑφηγοῦμαι. φερμάτπαθα. χάριν. χλιδῶ. χρεία. χρὴ. χρῆν. ψυχὴ. ὡς.

STOICI Philoſophi. v. ᾠδισασιν.

SYNESIUS. v. ἀγώγιμα. ἀθυμία. ἀκκισμὸς. ἄκναπτον. ἀλεκτρυὼν. ἀναβασμὸς ἀνακεραγεῖν. ἀναπεμπάζομαι. ἀνέωγεν. ἀπέχω. ἀπηγορευμέναι. ἀποδέχομαι. ἀποσοβῶ. ἀσύνετος. βουλευτήριον. βωλος. γεφόμαι. δεδήσομαι. δεισποτεία. δευσοποιὸς. διαβόητος. διαπεπραγμένον. διάτροφοι. δικαστήριον. δύναμαι. δυνάστης. ἔζων. εἰς. ἑκηέως. ἐλπὶς. ἐνταῦθα. ἐν χρῷ. ἐξήρτημαι. ἐπαγγέλλω. ἐπιλείπει. ἔφθακα. ἐφ' ᾧ. ἤδειν. ἠχὴ. θαρρῶ. θορυβος. θυρεὸς. καθοδος. κάλως. καταγλαϊσματα. καπεμικρὸν. κελεύω. κεφαία. κίναιδος. κόρημα. λογεῖον. λογογράφος. μὰ μάλη. μὴ. νέμω. νομὴ. νυμφεύτρια. ὀνυχίζει. ὀρεινὸν. ὁρμίζω. οὕτως. ὀφθαλμιῶ. παλαμναῖον. ᾠδαβάλλω. ᾠδαπολὺ. παρήλαξα. Πέρσαι. πολιτεύομαι. πομπὴ. πορνοκόπος. ποτνιῶμαι. πράττω. πρέσβεις. προπετῶς. προσηγορία. προσοιοῦμαι. πρωτροπὴ. πυξ. ῥαιῶνη. ῥάφανον. σύραξ. συνίσαται. πέπηγε. πέλη. πίμαχος. ὕειον. ὑπάρχω. ὑπερμαζῶ. ὑπονομαχεῖν. ὑπόψηφος. φάκελος. χαμαὶ. χανδὸν. χθὲς. χλιδῶ. Epiſtolas Syneſii citat allatis primis earum verbis, ut in ἐξήρτημαι. & alibi.

SYRACUSII. v. ἡ πηλός.

TELECLIDES. v. ᾠδισασιν.

THEOCRITUS. v. κόρυδος. μασὸς.

THEOPOMPUS COMICUS. v. κυνίδιον.

THU-

THUCYDIDES. v. ἀγάλλω. ἀγωγὸς. ἀγὼν. ἀδωρότατος. ἀεὶ. ἀκρατία. ἀναδησάμενος. ἀναχαλῶμαι. ἀναχείμενος. ἀναλέγομαι. ἀναλογίζομαι. ἀνεῖλεν. ἀνέστον. ἀνέωγεν. ἀντιβόλησις. ἀνύσαλον. ἀξιῶ. ἄπεδος. ἀπεικότως. ἀπήλαξεν. ἀπογνωσις. ἀποφέρεσθαι. ἀρρωστία. ἄτοπον. ἄχει βαρβαρικὸς. βὴξ. βλαφθέντις. βυλεύομαι. βύλομαι. δάτανος. δεδεγμένον. δελφὶς. δένδρεσιν. διαβέβλημαι. διαβόλιμον. διαγνώμη. διάγω. διαχωχὴ. διασώζομαι. διαχρῶμαι. δίδωμι. διέχει. διήλλαγὴ. δουλεία. δυοῖν. δυσπρόσοδος. ἐγκαλῶ. εἰ. εἴσω. ἐκβάλλει. ἐκβολὴ. ἐκεῖ. ἐκπλήγνυσθαι. ἐκπλήττω. ἐκφροντίζω. ἑκὼν. ἐλάα. ἐλπίζω. ἐνδέχεται. ἐνδοιάζω. ἕνεκα. ἐνθύμιον. ἐνιαυσιον. ἐνταῦθα. ἐντυγχάνω. ἐξαναχωρῶ. ἐξαπινάιως. ἐξεῖλε. ἐξ. ἐπιπολῆς. ἔξω. ἐπαγωγος. ἐπανάστασις. ἔπαντις. ἐπεῖδεν. ἐπέσχον. ἐπετειλάμην. ἐπίδοξος. ἐπιδοχὴ. ἐπίκλητος. ἐπίμαχον. ἔπιπλα. ἐπίπλους. ἐπιτρέπει. ἔποιχος. ἐσβαίνω. εὔγνωμον. εὐεπίθετος. εὔεθες. εὖ λέγει. εὔνοια. ἐφιέμενος. ἐφολκὰ. ἐφόρμησις. ἐφ' ᾧ. ἕως. ζῶμα. ἡμίσῃ. θαρσεῖα. θύειν. ἱδρύθη. ἱκεσία. καθίσαμαι. κατ' ἐκεῖνο δ' καιρῷ. καπινῶ. καταλύομαι. κατασκωπὴ. κατάσχεσις. καταφρονῶ. κάθπλα. Κεγχρεαὶ. κερκία. κομπάζω. κυκλέω. λαμυρία. λατόμος. λειποτάξιον. λεπτὸν. ληξικὸν. λύζω. μαίνομαι. μαρτύριον. μάττω. μέλει. μενετὸς. μεταπέμπομαι. μήνυτρα. ναύσταθμος. νεμω. ξενίζω. ξυλισμὸς. ὀλυμπικὸς. ὀρθρεύω. ὀρμίζω. ὄσον. ὀστρακίζομαι. ὀψὲ. παυοικὶ. πδδὲ. πδδαβάλλω. πδδαθήκη. πδδακέλευσις. πδδακρμίζομαι. πδδάλιος. πδδάλογον. πεζὴ στρατια. πειρῶ, πείραιμαι. περιεγένετο. πειορῶ. πολιτεύομαι. πομπὴ. πρέπει. πρέσβεις. πρεσβεύονται. πρεσχω. πρὸς. πρόσεχον. πρὸς ἱερεῖς. πρόσκειμαι. πρόσοδος. πρόσοψις. πρόσταγμα. προσπάττω. προστίθεμαι. πρόσχημα. πρωὶ. πρώτερον. ῥάων. ῥιπτάσμαι. σαλπίζω. Σικελὸς. συγγραφεὺς. συλλαμβάνει. συμφέρων. σύνθημα. συνώμοτον. σφὲ. σχολαίτερον. τέλος. τιμωρῶ. τολμητὴς. ὑΐεα. ὑπάγω. ὑστερῶ. ὑπολαμβάνω. ὑπολύω. ὑποπτος. ὑφισάμαι. φάκελος. φίλιος. φορταγωγὸν. φυγὴ. χάειν οἰδά σοι. χρηματίζω. χρήσθων. ὠνευον. ὡς. ὠφελῶ.

XENOPHON. v. δένδρεσιν. ἕλη. εὐπρεπὴς. ὁσμὴ. ῥαδιυργὸς. ὑπονομαχεῖν.

XII. Superest MANUEL sive EMANUEL MOSCHOPULUS Byzantinus, Moschopuli Cretensis fratris filius, Thoma Magistro paulo junior, & circa tempora captæ C. Poleos clarus, atque una cum aliis Græcis extorribus in Italiam profugus. Ejus perquam utilem συλλογὴν ὀνομάτων Ἀττικῶν in calce Lexici sui primus cum Phrynicho, Tho-

Thoma Magiſtro & Ammonio jam antea vulgatis in lucem emiſit Franciſcus Aſulanus Venet. apud Aldum A: 1524. fol. poſtea Pariſiis recudit Michael Vaſcoſanus A. 1532. 8. additis præter Thomæ & Phrynichi collectiones etiam iis, quæ ex Ælian & Orbicio de vocabulis militaribus ſolent ad Suidæ & aliorum Lexicorum calcem ſubjici. Inſcriptio libri in utraque editione hæc eſt: *Τῶν ὀνομάτων Ἀττικῶν συλλογὴ ἐκλεγεῖσα ἀπὸ τῆς πραγματείας τ̃ ἐκείνων τ̃ Φιλοτεράτ̃· ἣν ἐξέδοτο ὁ σοφώτατ̃ κύρ̃ Μανουὴλ ὁ Μοσχοπούλ̃, καὶ ἀπὸ τ̃ βιβλίων τ̃ ποιητ̃, συνετέθη ἤ ἐνταῦθα κ̃ στοιχεῖον.* Fraxinetus qui illo libro auctiore MSto uſus eſt, in Bibl. Regia cod. 1853. hanc ſe inſcriptionem inveniſſe refert: *Τ̃ σοφωτάτ̃ Κυρίυ Μανουὴλ τ̃ Μοσχοπούλυ Βυζαντίυ * (τ̃ Κρητὸς ἀνεψιῦ) ἐκλογὴ κ̃ στοιχεῖον ὀνομάτων Ἀττικῶν, οἷς οἱ δοκιμώτατοι χρῶνται τ̃ παλαιῶν.* Rarius tamen & vix usquam ſcriptores nominetenus laudat Moſchopulus, voces ipſas notaſſe & diſtinxiſſe contentus. Unus locus non eſt omittendus, quo ſacros libros dialecto Alexandrina conſcriptos eſſe notat: *τὸ καθ' ὁ Ἀττικοὶ χρῶνται, τὸ ἧ καθὼς οὐδέποτε, ἀλλ' ἡ τῶν Ἀλεξανδρέων διάλεκτος, καθ' ἣν ἡ θεία γραφὴ γέγραπται.*

XIII. Atque hæc hactenus de ſcriptoribus, qui voces Atticas peculiaribus libris collegerunt, quibus addes GEORGII LECAPENI circa A. C. 1350. clari Grammaticam, ſive ineditum vocum Atticarum Lexicon, quo in epiſtolis *ἀμοιβαίαις* ipſe & Andronicus Zarides uſi fuere, cujus meminit idem clariſſimus Normannus (in Præfatione ad Ariſtidis *πρεσβευτικὸν*) á quo viro doctiſſimo abſolutiſſimi indices in Scriptores Atticos qui exſtant univerſos incredibili induſtria concinnati ſunt, à nobiliſſimo filio ut ſpero publicis uſibus non invidendi. De Lecapeno videndus Allatius libr. de Georgiis pag. 363.

XIV. De *Doricæ* Dialecti vocibus ſcripſerat *Artemidorus* Ariſtophanius, teſte Athenæo. Ad Doricam referenda *Laconica*, cujus voces ſingulari opere collegerat *Ariſtophanes* Grammaticus, ut eſt apud eundem Athenæum libro tertio. Quod cum jam pridem deperditum fuerit, ex parte jacturam illam compenſare conatus eſt *Johannes Meurſius*, à quo voces Lacedæmoniis proprias diligenter collectas habemus libro tertio Miſcellan. Laconicorum capite ſexto & proximis. Ad Doricam pertinet etiam *Cretica*, cujus vocabula expoſuerat *Her-*

* Moſchopulus Cretenſis Byzantino antiquior claruit circa A. C. 1392. De utroque dicendi plura locus erit libro quinto.

Hermon ſive *Hermonax* in gloſſis Creticis, ut idem refert Athenæus. Non omittenda hic ubi de Doride Dialecto agimus, *Tryphonis Alexandrini* ſcripta, quem ſub Auguſto Imperatore & ante vixiſſe Suidas teſtatur. περὶ τῶν κατὰ Σιμωνίδη Δωρικῶν, καὶ Πινδάρῳ, καὶ Ἀλκμᾶνι, καὶ τοῖς ἄλλοις Λυρικοῖς, περὶ τῆς ἑλληνων Δωρικῆς, καὶ Ἀργείων, καὶ Ἰμεραίων, καὶ Ῥηγίνων καὶ Δωριέων καὶ Συρακουσίων. Facit huc *Æmilii Porti*, Franciſci Cretenſis filii, recentioris licet Scriptoris Lexicon Pindaricum, Hanov. 1608. 8. & Lexicon Doricum in Theocritum, Moſchum, Bionem, ibid. 1603. 8.

XV. Idem *Tryphon* concinnaverat etiam περὶ πλεονασμῶν τῶν ἐν Αἰολίδι Δωρικῶν βιβλία ζ, teſte Suida, quibus ſeptem libris plurima vocabula *Æolicæ dialecti* expoſita ab illo fuiſſe non dubitamus, quod etiam integris veterum ſcriptis deperditis obiter in Etymologico ſuo latino fecit eruditiſſimus Voſſius, ad quem ita ſcribebat Salmaſius Id. Auguſt. A. 1629. p. 32. Epiſtola V. *Audio, te de Etymologico latino ſive Æolico jam ſerio cogitare, quæ dialectus latinam & totam antiquam, quanta eſt, paucis exceptis formavit. Quasdam origines per occaſionem attigi in Exercitationibus Plinianis, & poſſem, ſi tecum una eſſem, nonnulla expedire, quæ certo ſcio nec tibi nec alii cuiquam venire in mentem poſſe; non quod ingenio aut ſagacitate magis valeam, ſed quia bono quodam fato in ea ſcripta Veterum incidi, quæ tibi videre non contigit. Inter alia vidi Apollonii* τεχνικὰ *& Arcadii Grammatici opera, in quibus præcipue in Apollonio multa reperiuntur citata teſtimonia Alcæi, Sapphonis, Corinnæ, Rinthonis, Sophronis & aliorum, qui lingua Æolica aut Dorica mera ſcripſere, ex quibus duabus dialectis non te latet conflatam eſſe Romanam priſcam loquelam.*

XVI. Præter *Philoxenum*, quem περὶ ἰάδος Δωρικῆς ſcripſiſſe ex Etymologico Magno cognoſcimus, Ionicæ dialecti, cujus quatuor χαρακτῆρας innuit Herodotus lib. 1. Cap. 142. voces non paucas explicaverat *Apollonius* in ἐξηγήσει Ἡροδότου γλωσσῶν, quæ ab Etymologici magni autore citatur in voce κωφὸς & σοφιστής. Ex hoc Apollonii opere velut ex arbore ſurculum truncatum & divulſum putabat Mauſſacus brevem illam collectionem τῶν Ἡροδοτείων λέξεων, quæ ex Goldaſti codice recentioribus Herodoti editionibus præfigitur. Exſtat & Lexicon Ionicum *Æmilii Porti*, editum Hanoviæ 1603. 8. Supra quoque ex Suida

* Dionyſius Halicarnaſſeus lib. I Antiquit. Rom. Adde Thomam Gatakerum Cap. I. de ſtylo N. T. & Colomeſium ad Quintiliani lib. I. Cap. 5. p. 203. ſeqq. Opuſcul. Joh. Rualdum in vita Plutarchi Cap. 14. pag. 28.

da memoravimus *Callimachi πίναξα τῶν Δημοκρίτου γλωσσῶν*, & inferius iterum locus erit inter Medica Lexica dicendi de gloſſariis in Hippocratem, quem ſimiliter ut Democritum & Herodotum Ionica dialecto uſum fuiſſe conſtat. Nunc tantummodo notare liceat voces Democrito peculiariter uſurpatas *ἀβδηριτικὴν διάλεκτον* dici â Suida in *ῥυσμός*.

XVII. De *Alexandrina* dialecto ſeptem libros ſcripſerat *Irenæus* ſive *Minutius Pacatus*, eamque cum Attica comparaverat, atque ab eadem non pauca accepiſſe oſtenderat, ut autor eſt idem Suidas. Quod Irenæi opus intercidiſſe merito dolet Johannes Crojus Cap. XXXIII. Obſervationum in N. T. ubi de eadem dialecto pluribus diſſerit. *Demetrium* quoque *Ixionem περὶ Ἀλεξανδρέων διαλέκτου* laudat Athenæus. Cum vero Maccabæorum temporibus & poſt Judæi complures ut in aliis Ægypti locis ita potiſſimum Alexandriæ verſati fuerint, ex quibus nihil celebrius eſt Philone, cujus ſcripta eximia etiamnum hodie manibus terimus, hinc factum eſt, ut nonnulli docti viri Helleniſticum quoddam genus loquendi Judæis per græcas provincias diſperſis proprium commenti, idemque eſſe putantes ſcribendi genus, quod in LXX. interpretibus & novi fœderis libris occurrit, male hoc confunderent cum dialecto Alexandrina. Qua ratione *Chriſtianus Schotanus* cum Matthiæ Paſoris clavem N. T. vocibus in LXX. interpretum verſione obviis auctam Franequeræ luci daret, in præfatione affirmavit *ſe plenum Lexicon Helleniſticum ſive Alexandrinum ſtudioſis exhibere*. Ac licet diverſum plane ſcribendi genus eſt, quo utitur Philo, ne de aliis *τοῖς ἔξω* & vetuſtioribus Scriptoribus Alexandrinis dicam, & quo utuntur Scriptores Novi fœderis vel ſeptuaginta interpretes, tamen voces Alexandrinas in illis notarunt Salmaſius, Heinſius, Grotius & alii viri eruditi. Conſulendus inprimis Humfredus Hody in libr. 2. de Bibliis Originalibns, Cap. 4. cujus Antiquitatibus Alexandrinis fata interceſſiſſe dolendum eſt.

XVIII. *Apionem περὶ Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου* citat Athenæus libro XV. Ab eodem memorantur *Diodori γλῶσσαι Γαλλικαί*. *Neoptolemum ἐν τῇ Φρυγίαις φωναῖς* laudatum reperias ab Achille Tatio in Iſagoge ad Aratum. Phrygiam vero linguam Græcæ propaginem ſive dialectum fuiſſe oſtendit Theodorus Ryckius Diſſertat qua Æneæ in Italiam adventum adverſus Cluverium & Bochartum confirmat, Capite ultimo

p. 465. 466. etsi multa Phrygum vocabula ex Palæstina desumta esse ostendit Bochartus i Hierozoic. lib. 2 Cap. 36. p. 369. & in libro quo Æneam in Italiam unquam venisse pernegavit. Moschi quoque ἐξήγησιν Ῥοδιακῶν λέξεων adducit Athenæus. *Arcadicas* quasdam & *Argivas* voces colligit Maussacus in dissertatione, quam Harpocrationi præfixit vir doctissimus.

XIX. Plurium dialectorum rationem explicatam dederant præter *Tryphonem* & *Theodorum Gadarenum*, quarum jam §. 2. memini, *Parmeno*, Rhodius, περὶ Διαλέκτων quo idem Athenæus usus est, & *Apollonius* Grammaticus, περὶ ὀνομάτων κατὰ Διάλεκτον memoratus Suidæ, *Dionysius Jambus* περὶ Διαλέκτων iterum citatus ab Athenæo. Exstat & hodie libellus utilis περὶ τῶν Διαλέκτων τῶν ἀπὸ Κορίνθου παρεκβληθεισῶν *de dialectis à Corintho decerptis*, in quo bene multæ phrases multaque vocabula dialectis singulis Atticæ, Doricæ, Ionicæ & Æolicæ propria exponuntur. In præfatione ait *CORINTHUS* (seu potius *GEORGIUS*, sive *Gregorius*, *Pardus* cognomine, Corinthi Metropolita, cujus Grammatica quædam opuscula manu exarata occurrunt in Bibl. Vindobonens. Vide Allatium libro de Georgiis pag. 416.) & *Tryphonem* Grammaticum & *Johannem Philoponum* aliosque complures in hoc genere elaborasse, at neminem satis exposuisse, quæ ad singulas dialectos pertinerent. Hic Corinthus levissima & falsa conjectura â quibusdam habetur autor poëmatis, quod fertur sub nomine *Cointi Smyrnæi* sive *Quinti Calabri*. Cæterum liber ille de dialectis Græce ab Aldo editus tum in χείρῃ ἀμαλθείας, tum ad calcem Lexici Asulani: latine exhibetur ab Henrico Stephano, Tomo IV. Thesauri Græcæ linguæ, & â Johanne Scapula ad calcem Lexici: græce quoque & latine subjectus est Grammaticæ Constantini Lascaris ab Aldo Pauli filio excusæ, Venet. 1558. 8. Ibidem habes etiam libellum de dialectis, decerptum ex technicis *JOHANNIS PHILOPONI*, sed in hoc ratio potius inflectendi & mutandi voces singulis dialectis propria quam voces ipsæ iisdem familiares exponuntur, quod etiam de fragmento sive excerptis ex *Plutarchi* de vita Homeri (*Eustathio* quædam editiones male tribuunt,) περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ Διαλέκτων intellectum velim. Recentiores de dialectis Græcorum Scriptores, Martinum Rulandum, Erasmum Schmidium aliosque referre supersedeo.

XX. Non omittendæ porro hoc loco *Callimachi* ἐθνικαὶ ὀνομασίαι

σίαι Athenæo memoratæ & Euſtathio ad Odyſſ. ψ. quo in opere de nominibus nationi unicuique peculiaribus egerat. Hujus operis partem fuiſſe librum, quem Suidas Callimacho tribuit περὶ ὀνομασίας ἰχθύων, recte ſuſpicatur Rich. Bentlejus in Callimachi fragmentis accuratiſſime digeſtis & collectis p. 314. Idem ni fallor recte addidiſſet μηνῶν προσηγορίας κατὰ ἔθνη καὶ πόλεις, quarum idem pag. 349. ex Suida meminit, ejusdem operis partem fuiſſe, quæ veriſimillima Meurſii conjectura eſt in notis ad Helladii Chreſtomathiam p. 77. Porro ἐθνικὰς ὀνομασίας ſcripſerat etiam *Hippias Delius*, laudatus autori ſcholiorum ad Apollonii Argonauticon librum III. His adde *Hellanici* ὀνομασίας ἐθνῶν καὶ πόλεων, quas laudat Athenæus libro XI. & *Zenodoti* λέξεις ἐθνικὰς, quarum mentio apud Galenum in gloſſis Hippocrateis voce πέζαι ac πέλλα. Interdum & barbaræ voces occurrunt in Græcorum ſcriptis, quas ex Phœnicum, Scytharum, vel aliarum gentium lingua petitas referunt. Tales hinc inde explicantur in gloſſario *Heſychii*. E recentioribus vir doctiſſimus, *Samuel Bochartus* in ſuo Chanaan vocabula *Phœnicia* apud veteres obvia diligentiſſime perſequitur. Voces *Scythicas* nonnullas expoſuit *Boxhornius* & *Rudbeckius*, Ægyptiacas *Kircherus*, & in diſſertatione de Criticis *Mauſſacus collegit*. Idem Mauſſacus *Perſicas* quoque eodem loco attingit, de quibus conſulendi inſuper Henricus Valeſius ad Ammianum, Ezechiel Spanhemius epiſtola adverſus hiſtoriam Criticam V. T. Richardi Simonis, Levinus Warnerus ad proverbia Perſica p. 41. Briſſonius de regno Perſarum p. 349. ſed præ cæteris elegantiſſimi ingenii vir & exquiſitæ eruditionis Adrianus Relandus Part. 2 miſcellanearum Diſſertationum & Guilielmus Bortonus Anglus, qui ad calcem hiſtoriæ Græcæ linguæ Lond. Anno 1657. 8. editam, ſubjecit λείψανα linguæ Perſicæ, quam quidem vir ille doctus ex lingua Græca deducere conatur. Sed forte magis linguæ Perſicæ cum noſtra Germanica quam cum Græca convenit ut oſtenſum fuit Juſto Lipſio Cent. 3. ad Belgas Epiſt. 44. Boxhornio in Diſſert. ad Blancardum, quæ adjecta eſt Q. Curtio editionis Blancardi, & Andreæ Müllero Greiffenhagio apud V. C. Ludolphum Küſterum ſive Neocorum in Bibl. novorum librorum A 1697. p. 461. ſeq. quamvis viro ſummo Samueli Bocharto libr. 1. Phaleg. cap. 15. p. 69. incredibile videtur, in tanta locorum intercapedine linguam Perſicam cum Germanica commune aliquid habere. Integrum quo-

que opus de linguæ Perſicæ ac Germanicæ affinitate molitus fuerat Johannes Elichmannus teſte Salmaſio pag. 108. epiſt. & in præfat. ad Arabicam Paraphraſin Tabulæ Cebetis & carminum aureorum Pythagoræ. Verum hæc quidem facile conciliari inter ſe poſſint, ſi vel Germanica lingua ê Græca ceperit originem, ut viſum Michaeli Neandro, Berneggero, Matthiæ Brendelio, ac nuper admodum Georgio Chriſtophoro Peiskero, Joſepho Mariæ * Bellino, & Johanni Petro Ericeo: vel Græci plura acceperint à Germanis, uti placet Goropio Becano & Vander Mylio in ſyntagmate de lingua Belgica. Vide etiam Boxhornii diſſertationem de linguæ Græcæ, Romanæ & Germanicæ Symphonia, & Mericum Caſaubonum libro de quatuor linguis, ubi Anglicam veterem ſive Saxonicam linguæ Græcæ traducem eſſe contendit p. 189. ſeqq. Quibus adde, quod in Annalibus Friſiorum & plurimis Chronicorum Scriptoribus traditur, Saxones primum dictos Macedones, & militaſſe Alexandro Magno, & eo mortuo veniſſe in Germaniam. Verum hæc credat qui volet, nos ad alia pergimus.

Caput XXXV.

De LEXICIS BIBLICIS, & Gloſſario HESYCHII Alexandrini.

Lexica Biblica Philonis, Origenis, Euſebii, Cyrilli &c. 1. Heſychii Alex. Gloſſarium. 2. Ejus editiones, ibid. Heſychius ille diverſus ab Heſychio Mileſio. 3. Plura de illo utiliſſimo gloſſographo, ejusque uſu multiplici & defectibus. 4. 5. 6. editiones promiſſæ & virorum doctorum in eo emendando induſtria. 7. Jo. Viti Peigeri caſtigationes & notæ eruditæ MSS. ibid. Index ſcriptorum ab Heſychio allegatorum concinnatus à Johanne Pricæo, aliquot locis auctior. 8.

I.

DUplicis generis Lexica Biblica reperio, aut enim nomina propria Hebraicave interpretantur, aut verborum Græcorum ſed obſcurorum vel peculiari ratione acceptorum ſenſum exponunt. Inter prioris generis Dictionaria nihil olim fuit celebrius libro Hebraicorum nominum PHILONIS Judæi, qui etiamnum modo ſub ORIGENIS jam ſub CYRILLI Alex. jam ſub nul-

* Vide Acta Erudit. Lipſ. Anni 1686. p. 419. ſeq.

nullo autoris nomine Græce ſupereſt in variis Bibliothecis & inſcribitur: Ἑρμηνεία ὀνομάτων καὶ λέξεων ἑβραϊκῶν τῶν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ἐμφερομένων κ᾽ στοιχεῖον. Latine ſed plurimum mutatus & interpolatus jam pridem & frequentiſſime excuſus fuit inter opera S. *Hieronymi*, qui in præfatione ita ſcribit: *Philo, vir diſertiſſimus Judæorum, Origenis quoque teſtimonio comprobatur edidiſſe librum Hebraicorum nominum, eorumque etymologiam juxta ordinem literarum è latere copulaſſe. Qui cum vulgo habeatur à Græcis, & bibliothecas orbis implexerit, ſtudii mihi fuit in latinam eum linguam vertere. Verum tam diſſona inter ſe exemplaria reperi, & ſic confuſum ordinem, ut tacere melius judicaverim, quam reprehenſione quid dignum ſcribere. Itaque hortatu fratrum Lupuli & Valeriani, qui me putant aliquid in Hebrææ linguæ notitia profeciſſe, commotus, ſingula per ordinem ſcripturarum volumina percurri, & vetus ædificium nova cura inſtaurans feciſſe me reor, quod á Græcis quoque appetendum ſit.* Neque vero alia fuit ratio mirificæ illius exemplarium libri Philonis discrepantiæ, quam quod in omnium manu cum eſſet, quilibet ſibi putaret integrum pro libitu illud interpolare, addere ac demere, quodcunque viſum fuiſſet. Et quoniam Origenes, uti verſionis ſeptuaginta interpretum, ita hujus quoque Philoniani operis, recenſendi curam in ſe ſuſceperat, præterea, quod Philo in nominibus V. T. hoc Origenes, teſte eodem Hieronymo, in nominibus N. T. fecerat, ſuumque laborem Philoniano ſubnexuerat, hinc factum, ut in quibusdam codicibus integrum Origeni Alexandrino tribueretur, cujus utpote â multis damnato nomini quidam deinde nomen Cyrilli itidem Alexandrini ſudſtituerunt. Quod admodum moleſte fert vir doctus Iſaacus Voſſius Cap. XVI. libri de Sibyllinis oraculis: *Libellos Hieronymi de explicatione nominum Hebraicorum â Judæis concinnatos fuiſſe extra dubium eſt. In multis etiamnum bibliothecis græce ſuperſunt, & conſtat Origenem eos ſuis inſeruiſſe operibus. In Lexico necdum edito, quod Cyrillo tribuitur*, (in codice MS. Bibl. Bremenſis Κυρίλλου εἰς τὰς ἀποριθμένας λέξεις τῆς ἁγίας γραφῆς) *ad calcem ſubjunguntur iſtæ Hebraicæ expoſitiones. Attamen Lexicon iſtud non eſt Cyrilli, ſed Origenis, ſive potius Judæorum â quibus Origenes accepit. In veteri meo libro, eraſo Origenis nomine, Cyrillo adſcribitur, quod ipſum quoque in aliis factum fuiſſe obſervavimus exemplaribus. Et ſane neſcio, quo fato contigerit, ut tam multa Origenis opera præpoſtero tanti viri odio attributa ſint Cyrillo, homini neque doctrina neque probitate alteri comparando.* Cæterum Origenis ἑρμηνεία τῶν ἑβραϊκῶν ὀνο-

μάτων laudatur etiam à Juſtino juniore, quæſt. 82. ad Orthodoxos, qui iterum quæſt. 86. Origenem omnium quæ in ſacris Scripturis occurrunt, Hebraicorum nominum ac menſurarum interpretationem edidiſſe affirmat. Neque vero id negatur à Rufino cum invectiva 2 in Hieron. p. 151. ait, *ſe nec unum locum ex Scripturis divinis de Hebræo ab Origine invenire translatum*, quæ Rufini verba obiter inſpexit præſtantiſſimus Huetius lib. 3. Origenianor. p. 265. Rufinum reprehendens. Nihil autem magis commendat novam Operum Hieronymi editionem à Johanne Marcianæo Benedictino Pariſiis adornatam, quam quod ſecundo tomo A. 1699. vulgato non tantum Hieronymi librum de nominibus Hebraicis longe emendatiorem, ſed & Græca Philonis atque Origenis ex variis MStis codicibus exhibet, ut promiſerat in epiſtola, quæ legitur in Ephemeridibus Eruditorum Gallicis Anni 1696. p. 455. In eodem ſecundo tomo exſtat liber ſive Lexicon de locis Hebraicis, quem de Græco Euſebii Hieronymus transtulit, quique latine tantum occurrit in iis, quæ ante vulgatæ erant Hieronymi editionibus. De eo dixi ſupra libri hujus quarti Cap. 2. Nunc tantum addere licet, multa ejus libri poſt Bonfrerii; Marcianæi, & Johannis Clerici curas feliciter & certiſſime emendata atque nova luce perfuſa eſſe à viro clariſſimo Jacobo Rehnferdo, in Exercitationibus Philologicis, Franequeræ A. 1707. editis ad loca deperdita & depravata Euſebii & Hieronymi, de ſitu & nominibus locorum ſacrorum.

II. Alterum genus Lexicorum Biblicorum eſſe dixi, quibus verba LXX. Interpretum vel Novi Inſtrumenti Græca quidem ſed obſcura vel ſingulari ſignificatione accepta explicantur. Talia olim extitere forte complura, & ſub Cyrilli Alex nomine hodie in Bibliothecis occurrunt. Talibus quoque uſum eſſe conſtat, ipſummet non abſurdè illis accenſendum auctorem gloſſarii quod ſub HESYCHII Alexandrini nomine extat. Quamvis enim idem infinita explicet Poëtarum & aliorum τῶν ἔξω ſcriptorum loca, tamen dici non poteſt quam multa etiam Græcæ verſionis librorum ſacrorum V. T. ſcriptorumque Novi fœderis ab eo præclare illuſtrentur. Hujus utiliſſimi ac pene neceſſarii omnibus ſerio græca tractantibus Gloſſarii unicum, etſi non usquequaque emendatiſſimum exemplar fauſto omine pervenit in manus Joh. Jac. Bardelloni, qui id Aldo Manutio excudendum tradidit. Prima itaque Heſychii editio Venetiis, Anno poſt Chriſtum natum, 1513. fol.

fol. ex Aldi officina luci publicæ expoſita eſt, quam mox Florentina anni 1520. & anno poſt Hagenocēnſis utraque in fol. excepit. Atque hæ omnes Baſileenſem Lexici Heſychiani ἔκδοσιν anteverterunt, ut falſus fuerit Voëtius, cum in Bibliotheca Studioſi Theologiæ p. 373. ſolam editionem Heſychii Baſileenſem exſtare credidit. Denique Patrum noſtrorum ætate Heſychius elegantiſſime Lugduni Batavorum Anno MDCLXVIII. in 4to. eſt typis exſcriptus, cui hortatu & adminiculis viri inſignis Emerici Bigotii, curante & digerente Cornelio Schrevelio, Adriani Junii, Joſephi Scaligeri, Claud. Salmaſii, Jac. Palmerii Grentemenilii, Godfr Sopingii, Franciſci Guieti & Jo. Cocceji, Joh. Frid. Gronovii, Tan. Fabri & aliorum doctorum hominum emendationes ſingulis ſubjectæ paginis acceſſere.

III. De auctore quis qualisve fuerit, ſolliciti animadvertimus Adrianum Junium in adagio Ἐυγαῖος & βεβάρας ex loco Euſtathii ex Herodiano citantis, quæ in Heſychio noſtro leguntur, male colligere vel ſuſpicari Herodiani eſſe Lexicon iſtud, quod nos Heſychii appellamus. Sed Heſychius ipſe in præfatione ſe paſſim veſtigia legere Herodiani teſtatur. Cæterum non in veteribus tantum Lexici de quo ſermo nobis eſt, editionibus præfixa eſſe Suidæ verba, quibus de Heſychio Mileſio agit, ſed idem quoque in Schreveliana accidiſſe video, perinde ac ſi Heſychio Lexici Authori aliquid cum Mileſio illo commune eſſet. Quod merito mirum alicui videriqueat, etſi Schrevelio forte non eſt imputandum, quem ante abſolutam editionem vita exceſſiſſe accepimus. At enim Autorem Lexici non Mileſium hominem ſed Alexandrinum Grammaticum, codex Bardelloni manu exaratus appellat, ut hunc quærentibus de illo ne cogitandum quidem eſſe & qui utrumque confundit, ſi non toto cœlo, certe totis regionibus aberrare videatur. Quod monere ſusque deque habuiſſem, niſi viderem, viros doctos aliquando iſthoc errore imprudentes abripi, ex quibus unum jam liceat adducere Martinum Hankium, qui pag. 145. eximii operis de Byzantinis ſcriptoribus inter judicia de Heſychio Mileſio, doctiſſimi Grammatici encomium repoſuit, quod Lexicographo noſtro tribuerat vir acutus Richardus Montacutius. Ejusdem eſt erroris quod Guil. Budæus in libro de aſſe & poſt eum Georgius Agricola in opere de menſuris & ponderibus Heſychium Lexicographum Anaſtaſii Imperatoris tempore vixiſſe dicit, cum de Heſy-

ſychio Mileſio id Suidas affirmaſſet. Nec ex alio fonte eſt, quod ad annum Chriſti 500. refertur Heſychius in cenſura celebrium Auctorum ante paucos annos editâ à Baronetto Anglo Thoma Pope Blount.

IV. Ecquis vero Alexandrinus Heſychius ille fuerit, quando vixerit, quæ munera geſſerit, nemo forte eſt hodie, qui nos certo docere poſſit. Equidem Chriſtianis ſacris initiatum fuiſſe tam eſt certiſſimum, quam falſum eſt, quod affirmat Suidas, Heſychium Mileſium à Chriſti nomine alienum fuiſſe. Nam & Mileſium iſtum, qui illuſtris etiam compellatione celebrari meruit, fuiſſe Chriſtianum, ex nomine Johannis, quo filium ejus gaviſum eſſe Photius cod. XLIX. auctor eſt, & ex aliis argumentis à Meurſio Hankioque productis facile conſtat, neque firmum eſt, quod pro contraria ſententia rationis loco Suidas adjicit, ὅλα σιβυλλιασικῶν ἀδενὸς μνημονέυει, cum ipſius quoque Chriſti, honorificam, ubi de Sibylla agit, mentionem faciat. Longe autem eſt liquidius, Lexicographum Heſychium non accenſeri debere paganis, usque adeo ut hunc non minus quam Suidam Monachos fuiſſet conjecerit Erasmus Chiliad. 3. centur. 6. adag. 58. Ac Suidam quidem Monachum appellavit etiam Scaliger ad Varronem, & Adrianus Bailletus in doctorum judiciis Gallice editis T. 3. pag. 125. Et Johannes Bona Cardinalis in notitia auctorum, quibus in Pſalmodia ſua uſus eſt, Suidam Monachum Byzantinum dicere non dubitat, ſecutus, ni fallor, Demſterum in Antiqu. Rom. etſi, quo veteri autore hoc aſſeratur, incaſſum ſollicitus ſit elegantiſſimus Menagius cap. LXXVII. Antibailleti. Heſychium autem, qui excepto Erasmo Monachum vocaverit, hactenus quidem potui reperire neminem. Chriſtianum tamen eſſe, plurimi jam animadverterunt & argumentis non inficiandis oſtendit Caſaubonus ad Athenæum, lib. I. c. 9. ut Schrevelii præfationem ſilentio præteream. Infinita ſunt non tantum Novi fœderis ſed & LXX. Interpretum loca, quæ illuſtrat explicatque Heſychius, Aquilam quoque καὶ τὰς τὴν ἑβραικὴν φωνὴν μεταθέντας λοιπὰς memorat. Præter Patriarcharum, Prophetarumque & Apoſtolorum, CHRISTI denique ipſius nomina, aliquot etiam Philoniæ nominum Hebraicorum etymologiæ ut Abelis, Abdiæ, * Abra-

* Pro Ἀβδιὰ ἰρμᾶ δβλος leg. ex MS. libri nominum Hebr. ὁ δβλος μᾶ, notante Marcianæo.

Abraami, Adami, Amosi, Danielis &c. apud eundem occurrunt, de quibus confer, si placet Joh. Marcianæum ad S. Hieronymi librum de nominibus Hebraicis T. 2. f. 90. seqq. & Richardi Simonis epistolas Criticas, Basileæ excusas, pag. 191. seqq. Spiritus Sancti meminit Hesychius his verbis: ἀπφὺς Πατρὸς ἡ διπλασία χάρις. ἀπφὺς ὁ παῖς, ἡ πνεύμα[illegible] ἁγία διπλῆ ἐνέργεια. ubi verba ἀπφὺς ὁ παῖς præmittenda sunt, & deinde conjunctim legendum: ἀπφὼ, πατρὸς ἡ διπλασία χάρις. ἡ πνεύματος ἁγίου διπλῆ ἐνέργεια, respicitur autem * locus IV. Reg. II, 14. in editione septuaginta interpretum, ad quam emendandam illustrandamque porro quantum auxilii afferre Hesychius valeat, docere harum literarum studiosos vir summus Johannes Pearsonius potest, cujus luculenta extat editioni septuaginta interpretum Londinensi, Cantabrigiensi, & novissimæ Amstelodamensi ac Lipsiensi præfixa, quamvis nomen ejus primis tantummodo literis subsignatis innunt, præfatio. Docere idem possunt Johannes Drusius, Isaaeus Vossius, Bochartus, & nuper Lambertus Bosius, pluresque alii eruditissimi & sacrarum litetarum studiosissimi viri, Johannes denique Pricæus & Henricus Hammondus, qui etiam, quam utiliter Hesychius ad illustrandum Novum Fœdus adhiberi possit, post Danielem Heinsium in suis commentariis egregiè ostenderunt. Atque utinam vel Pearsonio vel Pricæo, quorum uterque Hesychii ἔκδοσιν molitus est, tam insignem laborem tamque utilem in literarum, sacrarum præsertim, bonum absolvere licuisset.

V. Hæc pridem cogitanti mihi in mentem venit, an forte Hesychius Alexandrinus, cujus editio Græca veteris instrumenti Hieronymo aliisque celebratur, quique tertio post Christum natum seculo floruit, pro primo ac præcipuo autore hujus Lexici habendus esset. Atque hanc suspicionem meam tum in dissertatione de numero septuagenario §. XVI. tum in dissertatione, quam A. 1689. de Lexicis Græcis edidi admodum adolescens, publice prodidi; quam ita volui intellectam, ut à posteriore manu non pauca illi accessisse simul existimarem, qualia sunt Diodori Tarsensis, Cyrilli, Ambrosii & Epiphanii mentio, item barbara quædam & alia quæ manifesto, posteriorem ætatem innuunt. Cujus generis additiones accessionesque tum commune Lexicorum fatum, tum illud magis credibiles reddet hominibus minus pertinacibus, quod glossarium Hesychii truncatum

* Vide Dan. Heinsii Prolegom. ad Aristarchum S. p. 663. edit. in fol.

maleque habitum etiam omnium confessione est eruditorum. Ac si Stephanus Lemonius, vir eruditissimus in notis ad varia sacra pag. 867. non dubitavit affirmare, Origenis Lexicon latere sub isto Hesychiano, nescio, magisne sit credibile quod â nobis affirmatum est, Hesychii Lexicon in Hesychi Lexico reperiri. Quamvis itaque me non fugit, â Grotio ad Gen. XXVI, 33. Stephanum Byzantinum Hesychio Lexicographo tanquam antiquiorem præponi, & virum clarissimum Wilhelmum Ernestum Tentzelium τὸν μακαρίτην Part. 2 Diss. select. p. 124. eundem Hesychium seculo sexto putare recentiorem: qui proinde in dialogis suis menstruis A. 1689. pag 1242. immanem Chronologicum errorem commisisse me, totisque adeo seculis aberrasse olim pronunciavit, nullum tamen hic seculo sexto juniorem Hesychium demonstrare potuit, cui illud glossarium probabili opinione, nedum certa sententia tribuatur. Itaque necdum conjecturæ me meæ pœnitet. Monec etiam in illa sententia confirmatum iri, qui cum Hesychii glossario diligenter contulerit lectiones MSti codicis Alexandrini septuaginta interpretum, quas Angli ediderunt, sive quæ illum ex asse exprimit, editionem Clarissimi Grabii. In isto quippe codice Alexandrino referri ἔκδοσιν græcæ versionis Hesychianam Isaaco Vossio, Exechieli Spanhemio, aliisque viris doctis observatum. Nec miretur aliquis, ad tertium à Christo nato seculum à me glossarii hujus primum autorem reduci, cum vir præstantissimus Thomas Hyde libro secundo de ludis Orientalium p 156. ambiguus hæreat, utrum Pollucem Hesychius, an Hesychium Julius Pollux secundi â Christo nato seculi Grammaticus exscripserit.

VI. Non autem ad illustrandos LXX. Interpres tantum, Novique Instrumenti libros utilissimus est Hesychius, sed & omni generi græcorum autorum, Poëtarum potissimum perdiscendo mirifice facit, unde ad intelligendos Poëtas inque his Principem inprimis Homerum recte Hesychii glossarium commendavit Ludovicus Vives in aureo opere de tradendis disciplinis. Etiam ad Hippocratem interpretandum maximo adjumento fore Hesychii Lexicon Scaligero visum est. Nec fugit Meursium ratio, Græcarum literarum, si quis alius, callentissimum, cum Lexicon istud *antiquæ eruditionis penu* pronunciavit Libr. 1. Miscell. Laconic. cap. XIII. Et quis omnia eruditorum hominum encomia atque laudes, quibus Hesychium nostrum

ſtrum paſſim proſequuntur, ex eorum ſcriptis velit colligere, aut ſi velit propter multitudinem atque frequentiam facile poſſit? Nam ut elogia à Bailleto & Thoma Pope Blount collecta præteream, nihil certe in Salmaſii, Caſaubonorum, Voſſiorum, Heinſiorum, Canterorum, Brodæi, Scaligerorum, Barthii, Petitorum, Fülleri, Bocharti aliorumque complurium libris eſt frequentius, quam ut Heſychius Gloſſographorum optimus, miræ ac profundæ eruditionis Grammaticus, omniumque doctiſſimus Grammaticorum, ejusque Lexicon eruditionis veteris abyſſus appelletur. Nec Græciæ totius modo, ſed ex parte & Orientis eruditionem in Heſychiano Lexico concluſam jacere Daniel Heinſius in Ariſtarcho ſacro affirmavit, quod vir ſummus Bochartus etiam vivit confirmatum, cum Phœnicia in Heſychio obvia ſingulari capite immortalis operis, quod Chanaan inſcripſit, explicanda ſibi ſumſit. Vide librum ejus ſecundum, cap. XI. cui præter ea, quæ de voce σικυβάλῳ Bocharto præterita notavit illuſtris Ezechiel Spanheimius pag. 318. ſeq. de uſu numismatum, Mauſſacus in Diſſertatione Critica Harpocrationi ſubjecta p. 390. ſeq. addi poteſt. Thomas vero Reineſius multa etiam Germanis vernacula vocabula in Heſychio notaſſe ſe ait p. 636. Variarum Lectionum. Perſicas voces ab Heſychio explicatas illuſtrat Adrianus Relandus, vir clariſſimus Part. 2. Miſcellanearum diſſertationum. Uſus eſt Heſychius quamplurimis autoribus, Oratoribus, Poëtis, Grammaticis & aliis, quorum index à Johanne Pricæo quondam confectus & ad calcem notarum in Apuleji aſinum aureum Goudæ 1650 8. editus Schreverianæ quoque Heſychii editioni deinde ſubjectus fuit, atque infra uno alteroque loco auctior à me exhibebitur. Reineſius in Epiſtolis ad Vorſtium teſtatur, ſe, antequam Pricæi elenchus innotuiſſet, ſimiliter ejusmodi indicem ſcriptorum Heſychio uſurpatorum confeciſſe, quale quid mihi quoque admodum adoleſcenti accidit. Imprimis vero, quod in præfatione ipſe præ ſe fert Heſychius, Apionis, Apollonii, Ariſtarchi, Didymi, Diogeniani, Heliodori ac Theonis laboribus mirifice adjutus fuit, quorum autorum pars, lexica κατὰ στοιχεῖον, pars, ſcholia in Homerum & alios Poëtas ſcripſerat. Pro Heliodoro Herodorum Homeri interpretem patria Heracleotam reponit vir ſupra laudes Johannes Georgius Grævius: ſed & Heliodori nomen alibi apud Heſychium non ſemel occurrit, Herodori vero

nunquam, & fuerunt Heliodori complures etiam Grammatici, & locum Homericum interpretaturus Suidas in τρίγληνα Heliodorumautorem laudat, ut forte minus ſollicitandum illud nomen eſſe videatur. Quod vero ex aliis profeciſſe ſe ait Heſychius, cum ingenuitatis laudem ei conciliare debuiſſet, obſervatum eſt, eruditionis opinionem apud nonnullos detriviſſe, ex quibus Reineſius, *eruditionem*, inquit, *quam ei paſſim tribuunt, potius iis ſcriptoribus, quos excerpſit (eſt enim ſolum συρραπτάδης) tribuerem: cum enim nihil pæne ejus ſit, quomodo eruditum ἐξαιρέτως fuiſſe colligam?* Nihilominus ipſum quoque multa addidiſſe extra dubium videtur, & ipſe Heſychius: λέξιν μὲν inquit, ἀδεμίαν παρέλιπον κειμένην παρ' αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ πλείστα οὐχ εὑρὼν προσέθηκα. Neque laude defraudandus eſt autor, qui optimos ſcriptores excerpendos delegit, & laborioſe digeſſit, ac ipſe ſua induſtria & doctrina non parum locupletavit. Ait porro Heſychius, ſe omnia accuratiſſime perſcripſiſſe juxta præcepta Grammatici Herodiani: *Ego vero*, addit hisce verbis recitatis V. C. Richardus Bentlejus, *qui Theodoſii MStam ἐπιτομὴν τῆς καθόλου Herodiani lectitavi, teſtificor, parum huic promiſſo vel nullo modo ſatisfactum eſſe.* Sed hoc exſcriptorum & interpolatorum oſcitantiæ potius quam autori tribuerim, quibus & illud, ni fallor, merito adſcripſeris, quod voces infinitæ in alienum translatæ ſint locum, ut notavit Rutgerſius p. 561. Var. Lect. Et quod idem Bentlejus obſervat, literas ι, υ & η item ε & αι paſſim promiſcue uſurpari. Nec minus quod ait Gatakerus p. 460. Adverſar. *familiare eſſe Lexicographis, ut ea ſub eodem vocabulo comprehendant & repræſentent, quæ illud, quod id ipſum peculiariter deſignat vel conſequitur vel antecedit, uti Heſychius in* τυπεὶς & τύψον. Τύπτειν *enim neque cadere neque domare ſignificat.* Quod præterea Heſychius ipſe autor eſt ſe in Lexico ſuo ταῖς παροιμίαις τὰς ὑποθέσεις ἀποδεδωκέναι, idem quoque in libro ipſo prout hodie quidem in manibus noſtris verſatur rariſſime præſtitum apparet, unde pridem de mutilatorum, truncatorum, interpolatorumque moleſtis manibus conqueſti ſunt viri docti, Erasmus in adagiis, Mauſſacus Diſſert. Critica ad Harpocrationem, Tanaquillus Faber ad Anacreontis carmina, & complures alii. Henricus Valeſius notis poſthumis ad Harpocrationem pag. 283. putat Heſychium in ſolis duabus ultimis vocibus ὡς & ὠφέλων breviatorum ſceleſtas manus effugiſſe, cum in reliquis vocibus fœde truncatus ac mu-

ti-

ſurripuerat (i) Græce publici juris fecit *Henricus Stephanus* Pariſiis Anno 1564. 8. p. 5-53. una cum eruditis caſtigationibus ſuis p. 113-178. & *Galeni* ἐξήγησις τῶν Ἱπποκράτους γλωσσῶν ad Theutram, à Petro Gillio emendata, (de quo libello dixi ſupra c. 17. inter Galeni ſcripta num. 64.) atque neſcio cujus Lexico brevi vocum ut habet titulus Herodoteorum, & fragmento Corinthi de dialecto Ionica. Addidit denique Stephanus p. 179. 180. paucas Conradi Gesneri in Erotianum caſtigationes, loca Galeni ad ætatem ſtylum & res Hippocratis facientia pag. 181-192. & vocabulorum Medicinalium expoſitiones Græcas ordine Alphabetico deſcriptas ex Hippocrate, Aretæo, Galeno, Oribaſio, Aëtio, Alexandro Tralliano, Paulo Ægineta, cum latina interpretatione, quam ex Celſo vel aliunde adjunxit, p. 193-576. & capita libri ſecundi & quarti ex Onomaſtico Julii Pollucis, quæ rem Medicam & partes corporis humani ſpectant. Latine Erotianum ex alio codice Vaticano vertit & commentario illuſtravit *Bartholomæus Euſtachius* Venet. apud Lucam Antonium Juntam 1566. 4. Cum ejusdem Euſtachii verſione adjunctus etiam eſt Græcolatinæ editioni operum Hippocratis Genev. 1657. fol. & curante Renato Charterio, Vindocinenſi recuſus fuit in tomo primo ſplendidæ editionis Græcolatinæ Pariſienſis A. 1639. operum Hippocratis ac Galeni in tredecim volumina in fol. diviſæ. Euſtachii notas adjectas non eſſe, erunt qui dolebunt, quas laude ſua non indignas duxit Barthius libro XXXIII. c. 1. & libro LIV. cap. 4. Adverſar. Inter opera, quæ ad editionem parare inſtituit Medicus Auguſtanus eruditiſſimus, Georgius Hieronymus Welſchius (k) num. XL. fuit Erotianus & Galeni Exegeſis vocum Hippocratis cum verſione latina, & cujus uſum ſingillatim demonſtraturum ſe recepit, Arabica.

V. Venit mihi aliquando in mentem, Erotiani nomen depravatum eſſe ex *Herodiani* nomine, idque cum in diſſertatione de Lexicis Græcis ante hos duos & viginti annos edita ſcripſiſſem, intellexi poſtea, comprobari virorum doctorum ſuffragiis, è quibus Iſaacus Voſſius in pererudito Commentario ad Catullum, p. 91. *mirum eſt*, inquit, *quod ſcribit Herodianus, qui vulgo dicitur Erotianus.* Quid quod Etymo-

lo-

(i) Lambec. lib. VI. de Bibl. Vindol. p. 154. (k) Vide Welſchii epiſtolam de ſcriptis ſuis ad calcem epiſtolarum Gerhardi Johannis Voſſii, editionis Auguſtanæ Vindelicor. & ad calcem Bibliothecæ promiſſæ ac latentis Almeloveenii.

logici Magni autor in ἄμπωτις, Κυρίως, inquit, λέγεται ἡ ἀναχώρησις τῆς θαλάσσης ἤγουν ἡ ἀναπινομένη θάλασσα --- καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου σώματος ἡ ἐκ τῆς ἐπιφανείας εἰς τὸ βάθος ὑποχώρησις ὕλης. ὅθεν ΗΡΩΔΙΑΝΟΣ ἐν τῷ περὶ ἐξηγήσεως τῶν λέξεων Ἱπποκράτους. Et Philippus Labbeus in Bibliotheca nova MStorum p. 385. *Herotiani* Lexicon vocum Hippocratis per Alphabetum in Bibl. Vaticana & Carpenſi commemorat. Non tamen plane eſt exploratum, pro falſa & corrupta habendam eſſe tot MStorum codicum, H. Stephano, Gesnero, Euſtachio & Lambecio inſpectorum lectionem, qui Erotiani nomen conſtanter repræſentarunt. Regiorum quoque Pariſienſium, quos Labbeus p. 126. jam laudatæ Biblothecæ, Oribaſii Iatrica, Erotiani Lexicon & Dioſcoridis ac Stephani Athenienſis de re Medica libros ordine Alphabetico exhibere teſtatur. Deinde notandum, quod ne vocabulum quidem ἄμπωλις nedum illius explicatio quam ex Herodiani ἐξηγήσει vocum Hippocratis auctor Etymologici affert, in Erotiani ſive ut Hugoni Grotio (1) dicitur, *Erotionis* libro legitur, cui objectioni occurrere nullo modo licet, niſi mutilum illum ad nos veniſſe velis cauſari: contra Galenus in ſua expoſitione gloſſarum Hippocratis voce κάμμορον nominetenus Erotianum laudans ex eo profert, quæ etiamnum in hoc libello leguntur, licet quædam editiones Galeni, perperam ibi pro Erotiano Herophilum ingerant. Facilius etiam fieri potuit, ut ignotius Erotiani nomen in notius Herodiani corripuerint librarii, quam viciſſim. Sed & uterque, Herodianus Grammaticus, quem pelagus ſcriptorum reliquiſſe poſt ſe Priſcianus teſtatur, & Erotianus illo antiquior in eodem argumento induſtriam ſuam exercere potuerunt. Credibile autem, *Andromachum* illum, cui Erotianus gloſſarium ſuum inſcripſit, non diverſum eſſe â celebri illo Archiatro Neronis Imperatoris, vel certe ejus filio, itidem Medico, de quibus videri poſſunt Johannes Harduinus ad Plinium, Thomas Bartholinus de Medicis Poëtis & quæ dixi ſupra lib. 3. Cap. 26. §. 8. Quanquam Marſilius Cognatus, neſcio quibus argumentis ductus, lib. 2. Obſervationum Cap. 28. vereri ſe, ait, ne recentior aliquis temporum ignarus falſo titulo & ſimulata dedicatione librum Erotiani ediderit, ut opinionem vetuſtatis ei compararet. At certe antiquum & doctum librum eſſe, neque habere, quod illa, quam dixi æta-

(1) Vide Thomæ Gatakeri Adverſaria pag. 138. edit. Lond.

ætate ſit indignum, mihi perſuadeo. In Bibl. Iſaaci Voſſii fuit Græca Erotiani editio, quam Stephanus vulgavit, adſcriptas habens Bonaventuræ Vulcanii emendationes, eſtque & mihi aliud ejusdem exemplum, in quo manu ſua paſſim quædam emendavit eruditorum Princeps, Joſephus Scaliger. Sed indicem Scriptorum, quos laudat Erotianus, per otium à me concinnatum, antequam de iſto Gloſſographo dicere omittam, ſubjungere operæ pretium eſt.

VI.

INDEX SCRIPTORUM, Ab Erotiano laudatorum.

Æſchylus, voce ἄμβην.
ἐν Εὐμενίσι. v. ἴκταρ.
Ἠδωνοῖς. ibid.
Σισύφῳ. v. διοτῶ.
Alcman ἐν α΄ μελῶν. v. νεωχμόν.
Andromachus, cui συναγωγὴν λέξεων Erotianus inſcripſit. *præfat.*
Antigonus Grammaticus v. πηνίεα.
Alexandrinus. *præfat.*
Antiqui. v. ἀνπόνθεον, καπφρόνεε. σκορδίνημα. σλεγγίδα. τὸ πέρθρον. φολλικώδη. φρένας.
Apollodorus. v. χέλωμα.
ἐν β΄ περὶ θεῶν. v. χάρεπες.
Apollodorus. ὁ τὰς ὕμνους γεγράψας. v. τὸ πέρθρον.
Apollonius Cittiæus, v. κλαγγώδη, & *præfat.* ubi male al. *Apollodorus.*
ἐν τῷ περὶ ἄρθρων. v. ἄμβην.
Apollonius Memphites ἐν τῷ περὶ ἄρθρων. ibid.
Apollonius ὁ ὄφις. *præfat.*
Apollonius ſenior. ibid.
Apollonius ὁ θήρ. v. ἄμβην. idem qui in *præfat.* Apollonius ὁ ὄφις, ubi ejus libri XVIII. contra Heraclidem Tarentinum & III. contra Bacchium memorantur.
Archilochus. v. σκύπα. τραύμῳ.
Ariſtarchus Grammaticus. *præfat.*
Ariſtocles Rhodius, Grammaticus. ibid.
Ariſtopeas Rhodius (al. Ariſtobulus) Grammaticus. ibid.
Ariſtophanes Comicus v. ἀχιλλίδες. βάκχαες. κενέβρεια. σκορδίνημα.
ἐν Ἀμφιαράῳ. v. λεβηλίδες.
Αὐτολύκῳ. v. ἄμβην.
Ἀχαρνεῦσι. v. κυρδίνημα. κόλλικες. μαιλῆνοι. σεσίφυρος.
Βατραχοις. v. οἰνοπ.
Γηρυτάδῃ. v. γαργαλισμῶ. σκλαπήσεται.

Δαι-

Δαιδάλῳ. v. ἀνεκάς.
Θεσμοφοριαζούσης. v. ὀϊν@.
ἱππεῦσι. v. ἡδύμασι.
Κωκάλῳ. v. φῶδες.
Ὄρνισι. v. βλακεύειν. ἵππιν.

Ariſtophanes Grammaticus. v. θράσσει. Φοινῆς. χέδροπα.
ἐν ταῖς Ἀτθικαῖς λέξεσι. v. ἄμβην, διοπῶ. κνησέρης.
τοῖς ὑπομνήμασι. v. πικερέω.

Ariſtoteles ἐν τοῖς κωμικοῖς. v. ἡρακλείης νόσου.

Artemidorus Grammaticus ἐν ταῖς λέξεσι. v. λάσιον.

Ἀσκλαπίων. v. ἄμβην.

Aſclepiades. v. πόνοι.
ἐν τῷ ἐξηγητικῷ ϛ κατ' ἰητρεῖον. v. σκεπαρν@.

Attici. v. ἀκεσίας. διοπῶ. δειμώδεες. δῆθημα. ἐμβατευόμιον. ὑπεικῶς. ἐπηλυγάζοντας. ἡδύσμασι. ἵππερ. καρδαμύσσειν. κόσμ. μυττωτὸν. ὀγκυλωμένη. οἰναιέδες. πῦρ. πτεραμμάτιον. τὰ δημήνια. φωνῇ. Φθοίσκος. χάεπις. χέδροπα.

Bacchius (βακχεῖ@) Tanagræus *præfat.* v. ἀλλοφάσοντες. ἀρχαιοπολελαμμένοι. ἀμφιδέξι@. ἀλάστορες. αἰόνησις. ἀϊτίων. ἀθέλγητος. ἀγάλλεται. βλιχῶδες. ἔχχυμα. ἐμπῆρει. θράσσει. κλαγγώδη. κυβιτῶ. λάπτει. λελυγισμένα. μᾶσσον. μετεξέτεροι. νειαιρὰ. ὄγχη. ὄκνις. ὀπλα. πηχέδεον.

Ejus συντάξεις τρεῖς λέξεων Ἱπποκράτους multis Poëtarum teſtimoniis additis. *præfat.* Apollonii Theris libri III. contra Bacchium. ibid. Vide & infra Epicles & Philinus.

ἐν τῷ α τ λέξεων. v. ἀλυσμόν. ἀτρεκέως. ἀνακώχησις. αὐτίκαγύιον. ἐμβατευόμιον. ἔδ@. ἀπληνὸς, σκεθρωτέραν. τύρσις. φωναὶ.

ἐν τῷ β. v. ἄλις. ἀγάλλεται. ἐγχλοιάσμαι. ἐμβατευόμιον. λατῶδες. ποταινία. πυθμιόθεν. τρόζειν.

ἐν τῇ τετάρτῃ. v. δρῖων. ἀνάγκη. ἄμβην. ἐθραίως. ἐξαρύεται. ἐνεφλεβοτόμησε. συχνὸν. τερρωδείη.

Callimachus. v. συναριθμῶσαι. τὰ λέγνα τ ὑσέρας. Herophilius, ὁ ἀπὸ τῆς ἡροφίλου αἱρέσεως. *præfat.*

Calliſtratus ἐν ϛ συμμίκτων. v. χέσαι.

Cineſias. v. ῥεμβοειδέα.

οἱ περὶ τὴν ἀρχαίαν κωμῳδίαν καταγινόμενοι. *præfat.*

Cydias Herophileus. *præfat.* Vide & infra in Iſchomachus, & Lyſimachus.

Demtrius Epicureus. v. κλαγγώδη, & *præfat.*

Democritus. v. φλεγμαδώδη. & *præfat.*

Diagoras Cyprius, v. περόνας.

Di-

Didymus Grammaticus Alexandrinus. *præfat.*

Diocles. v. ἐκτόμια. κοτυλιδόνας. σκαμμωνιάδες. Caryſtius. v. φῶδες.

ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον. v. ἄμβην.

Diodorus Grammaticus v. καμμάρῳ.

Diodotus ἐν β' μυθολογιῶν. v. νίωπον.

Dioſcorides φακᾶς. v. φωναὶ, & *præfat.* ubi ejus libri ſeptem memorantur. ἐν τῷ ε' τ̃ ὑλικῶν. v. καμμάρῳ.

Diphilus (Gomicus) ἐν Δανάϊσι. v. γαργαλισμῦ.

Dorica. v. ἀναξῶς. κίθαρῳ. φῶδες.

Epicles. v. ἀτρεκέως. ἀποπελαμμύοι. ἐρπίων. ἀθέλγητα. ἀναχώχησις. αὐλίκα. ἐλιχῶδες. ἑδραίως. ἴδρυτο. καινονίαι. λελυγισμένα. μεθίησιν. ὄμματα. ὑδερῶν. φάρμακοῖσι. χεῖαι.

Ordine litterarum ſcripſit de vocibus Hippocratis, nimis brevitatis ſtudioſus, ματαίᾳ συντομίας ζηλωτής. *præfat.* Bacchii tres συντάξεις in compendium miſit. ibid. ubi pro παρεπικελεύσᾳ κρητὸς, legendum παρ' Ἡρακλέος τ̃ κρητός.

Epicurus. *præfat.*

Epitherſes (male Θέρσις in edit.) ἐν β' τ̃ λέξεων. v. ἄμβην.

Eraſiſtratus. v. ἄμβην.

Eratoſthenes. v. χεῖαι.

Euphorio. v. βλιχῶδες. Ejus ſex libri quibus voces Hippocratis explicantur. *præfat.*

Eupolis. v. ἐχῖνον.

ἐν Αἰξί. v. πεφύμαλον. σελαχίωσι.

κλοταῖς (lege κλωταῖς) v. ἐνδύσμασι.

Λάκωσι. v. μυττωτόν.

Μαρία (leg. μαρικᾶ) v. ψάγδας.

Euripides. v. κομψευόμενος.

ἐν Ἀλκμαίωνι v. σκεθροπόρα.

Ἀντιόπη v. καταφρόνεε.

Εὐρυσθεῖ v. τὸ πέρθρον.

ἐπιστολίτω. v. ἀμφιδέξιος. διατῶ. διεβλήθησαν.

Κλεισὶ (leg. κρησί) v. * ἀτρεκέως.

Μελανίππῃ. v. ἀλάσορες.

Οἰδίποδι. v. ἐπείλει.

Οἴνῃ (leg. Οἰνεῖ) v. τιμωρέσσα.

Ὀρέστῃ. v. διεβλήθησαν. σάφα.

πο-

* Verſus Euripidis loco illo citatos ab Erotiano, Joſephus Scaliger in codice ſuo manu ſua emendavit hunc in modum:

Ἥκω ζαθέας ναὸς πελιτωιὼν
ὃς αὐθιγενὴς τμηθεῖσα δοκὸς
στεγανὸς παρέχει χαλύβῳ τελέκει,
κἀμὶ παιροδέτῳ κρηθεῖς ἀτρεκεῖς.
ἁρμὸς κἀπαείρας,

πολυείδῳ v. διεβλήθησαν.

Φοινίκη (leg. Φοίνικι) v. διίπετης.

Eurycles. v. πλεώδης, nisi forte legendum Ἐπικλῆς pro Εὐρυκλῆς.

Glaucias. v. ἀμφιδέξι☉. αἰθόλιπες. ἀνακώχησις.

Empiricus. *præfat.* de vocibus Hippocratis ordine scribens Alphabetico μακρόπρ☉ ἐφάνη. ibid. Unus ejus liber sed πολύσιχ☉ πάνυ. Ita enim legendum pro πολύχις☉.

Hecatæus, v. κνήμη.

Heraclides Tarentinus, v. θερίσσει. μᾶσον. ὑποφρον. & *præfat.*

ἐν β ἐξηγητικῷ ξ δ Ἐπιδημιῶν. v. σλεγγίδα.

Vide & supra, Apollonius ὁ θήρ.

Herodotus. v. ἀμφιδέξι☉. μεπιξέπροι, & *præfat.*

Herophilus. v. ἅλυσμόν.

Hippocrates ἴων, sive Ionice scribens, v τριταιοφυεῖς. adde Galen. T. 5. p. 463. edit. Basil. Scripta Hippocratis passim allegat Erotianus, sed de dictione ejus atque vocum quibus usus est interpretibus, & ex scriptis quæ genuina ejus sunt, vide *præfat.*

Hipponax. v. ἀμφιδέξι☉. μαιελλῆναι. τρόμιν. φῶδες.

ἐν ἀ ἰάμβων. v. σαεθρά.

Homerus ὁ ποιητής v. ἀμφιδέξι☉. ἀτρεκέως. αἰγιὰ. αἰνομὸν. ἄναυδ☉. ἀὴρ. ἅλις. γυῖον. εἰρύεται. ἐλιταίνετο. ἔπτισαντα. θύνων. ἱμείρομαι. ἴδρυτο. ἰδνώθη. κεκεφάλ☉. κατηπεδανόν. κρήγυον. λέγων. μαρμαρυγαί. ὀρεύς. ὀχετὸς. παλύνων. περνὰς. ῥινευχοχροαφηθεῖσα. συνοχωκὸς σπυδὴ. τρύζειν ὠΐξα.

ἐν τῷ ε τῆς Ἰλιάδ☉. v. ἀλυσμὸν. ἀχλυώδες.

Homeri versus, Iliad. υ. 250. & τ. 183. *præfat.*

Hippocrates ἀνὴρ ὁμηρικὸς τὴν φράσιν. *præfat.*

Ὁι περὶ ἰχέμαχον (lege Λυσίμαχον) καὶ Κυδίαν τὸν μυλασσέα (lege μυλασσέα, ex Mylasa Cariæ civitate) v. ἵππερ.

Lacones v. πίλεσι.

Lycus Neapolitanus. v. ἀζῶν.

ἐν τῷ ϛ περὶ ξ συγγράμματ☉ (Hippocratis de locis in homine) ἐξηγητικῶ. v. κάμπτρον.

Lysimachus. v. βλιχώδες. τρόμιν.

Cous. *præfat.* ejus libri III. contra Cydiam Herophileum. ibid.

Menander (Comicus) v. σλεγγίδα.

ἐν ἀσωτίδι. v. ἔμυξεν.

Βοιωτίᾳ v. ἡμιεκτέα.

Δαρδάνῳ v. κδύσμασι.

ὀπτρεσίοις v. ἐζήνεν.

Menestheus ὁ Στρατονικεὺς. v. ἄμβην.

Metagenes v. πόλφοι.

Nicander v ἐκθήλυσις. κνήμη.

ἐν Γεωργικοῖς. v. χέδροπα.

Θηλακῆς. v. ἄγνα. πάμισον. χαμαιζήλα. χηραμίδα.
ὡς καὶ Νίκανδρος ἐξηγεῖται. v. ἀθέλγητα.
Niger v. Φαρμακῆσι.
ἐν τῷ περὶ ὕλης. v. λείριον.
Προγεγράφοι οἱ περὶ χρόνα γεγράψαντες. v. ὡρέοντα.
Περιγένης ὁ ὀργανικὸς ἐν γ' μηχανικῶν. v. ἄμβην.
Πηλέμαχος, vide Telemachus.
Petronius v. σκύτα
ἐν ὑλικῆς. v. νίωσσον.
Pherecrates (Comicus) ἐν Θαλάττῃ. v. ἄρδαλον.
ἐν μεταλλεῦσιν. v. ἁρμῷ.
Philemon (Comicus) ἐν μυρμιδόσιν. v. ἔχινον.
ἐν πανηγύρει. v. ἄρδαλον.
Philinus. v. ἀτρεκέως.
Empiricus, Bacchii æqualis contra quem scripsit. *præfat.*
Ejus libri sex de vocibus Hippocratis. ibid.
Philocrates Samius v. καρυκεύειν.
Philonides Siculus v. ἐξέρυθρον. τελταιοφυεῖς.
Phrygii. v. πικερίῳ.
Phrynichus (Comicus) ἐν χρόνῳ. v. ὑποτεῖναι.
Pindarus ἐν ὑπορχήμασι. αἰών.
Plato 1. de Rep. v. βλακεύειν.
Polyzelus (Comicus) ἐν δήμῳ. v. δεινόν.
Rhodii. v. ἄμβην.
Romani v. ῥίζη ἀλθαίης.
Siculi v. χραμβῆον.
Sophocles. v. ἀχιλλήιδες.
ἐν Ἀχαιάδῃ (legend. Ἀλευάδαις) v. καταφρόνεε.
Ἀμφιαράῳ. ibid. & πέλον.
Ἑλένης ἀπαιτήσει. v. θεράσαι.
Σμηνεργόνῃ (legend. ἠειγόνῃ) v. ὑποφρον.
Ἰφιγενείᾳ v ὑποφρον.
Κλυταιμνήστρᾳ v. ἀντιόνθεον.
Πελίᾳ v. παιδικὸν πάθος.
Πριμέσι v. πέλον.
ἐν Ἐλεγείᾳ v. χάεπες.
Strato Erasistrateus. v ἄμβην.
Strattis (Comicus) ἐν κυνηγοῖς. v. καμμάρῳ.
ἐν Φοινίσσαις. v. λεβηλίδες.
Tarentinus, vide supra, Heraclides.
Telemachus Grammaticus. v. λεβηλίδες.
Theopompus ἐν Ὀδυσσείᾳ. v. λάσιον.
Therſis, vide supra Epitherſes.
Θόας ὁ Ἰθακήσιος, Thoas Ithacenſis, v. πικερίῳ.
Thucydides. v. ἐπηλυγάζοντας. τὰ ἐπιμήνια & *præfat.*
Xenocritus Cous. v. ἀλλοφάσοντες.
Grammaticus, Hippocratis voces primus interpretatus. *præfat.*
Zeno Herophileus. v. ἄμβην. καμμάρῳ.
Zeuxis ἐν τῷ ϛ τῶν ἐξηγητικῶν τούτων βιβλίων (Hippocratis de locis in homine,) ibid.

VII.

VII. Quam multi ante Erotianum in explicandis Hippocratis vocibus versati fuerint, docet ille in præfatione his verbis, quæ paulo emendatiora quam sunt in editis, cum versione mea adscripsi.

Πολλοὶ τ̃ ἐλλογίμων ἐκ ἰατρ̃ῶν μόνον ἀλλὰ κὴ γραμματικ̃ῶν ἐσπέδασαν ἐξηγήσασθαι τὸν ἄνδρα, κὴ τὰς λέξεις ὅπ̃ι τὸ κοινότερον ἀγαγεῖν. Ξενοκρ̃ῖτ̃ος μὲ ὁ κ̃ῶος, γραμματικὸς ὤν, ὡς φησιν ὁ Ταραντῖν̃ος Ἡρακλείδης, πρ̃ῶτος ἐξελάβετο τὰς τοιαύτας ἐξηγεῖσθαι φωνάς. ὡς δ̃ὴ κὴ ὁ Κιτ̃ῖεὺς Ἀπολλώνῖος ἱστορεῖ, κὴ Καλλίμαχ̃ος ὁ ἀπὸ τ̃ῆς Ἡροφίλ̃ου οἰκίας. μεθ̃ ὃν φάσι τὸν Ταναγρ̃αῖον Βακχεῖον ὅπ̃ι βαλεῖν τ̃ῇ πραγματείᾳ κὴ μὲ τριῶν συντάξεων πληρῶσαι τὴν προθεσμίαν, πολλὰς μ̃ὲν προθέμενον εἰς τ̃ὸ τοῦτο μαρτυρίας ποιητ̃ῶν. ᾧ δὴ τὸν ἐμπειρικὸν συνχρ̃ονήσαντα Φίλινον ἐξ ἑξαβίβλ̃ου πραγματείας ἀντειπ̃εῖν, κὴ παρ̃ὰ Ἐπικλεῖ τ̃ῷ κρητ̃ὶ ὅπ̃ιτεθεμένου τὰς Βακχείου λέξεις μὲ γ̃ συντάξεων, Ἀπολλωνίου τ̃ε ὁ Ὄφεως τ̃ὸ ποιησαντος, κὴ Διοσκορίδου τ̃ε Φακ̃ᾶ πᾶσι τ̃ούτοις ἀντιπόλ̃ῳ δι ἑπτὰ βιβλίων, Ἀπολλωνίου τε ὁ Κιτιέως ὀκτωκαίδεκα πρὸς τὰ τ̃ε Ταραντίνου τέλεα πρὸς Βακχεῖον μ̃ὲν συγγράψαντ̃ος, κὴ Γλαυκίου τ̃ε Ἐμπειρικοῦ δι ἑνὸς πολυστίχου πάνυ κὴ κατὰ στοιχεῖον πεποιημένου ταυτὸ ὅπ̃ιτηδεύσαντ̃ος. Πρὸς τε τ̃ούτοις Λυσιμάχου τ̃ε Κῴου κ̃ὲ βιβλίων ἐσπουδακότος πραγματείαν, μετὰ τ̃ε τὰ τέλεα μὲν γράψαι πρὸς Κυδίαν τὸν Ἡροφίλειον, τέλεα δ̃ὴ

Multi celebrium non Medicorum tantum sed Grammaticorum quoque studuerunt Hippocratem exponere, & voces ejus vocabulis aliis quibus communiter in consuetudine utimur, interpretari. Xenocritus *quippe* Cous *Grammaticus, ut ab Heraclide Tarentino traditum est, primus suscepit vocabula ejus explanare, atque Apollonio Citieo teste etiam* Callimachus Herophileus. *Post hunc ajunt operi manum admovisse* Bacchium Tanagræum, *& tribus libris institutum suum perfeciſſe, multis Poëtarum testimoniis* (m) *in hoc insuper adjunctis. Cujus æqualis* Philinus Empiricus *sex libros contra scripsit. In eodem argumento versati sunt* Epicles Cretensis *qui* Bacchii *libros in compendium misit*, Appollonius *item cognomine* Ophis, & Dioscorides Phacas *qui adversus hos omnes scripsit libris septem*, Apollonius *item* Cittieus *qui duodevigimti libros composuit contra* Heraclidem Tarentinum *& contra* Bacchium *tres: Nec non* Glaucias Empiricus *uno sed prægrandi libro & secundum litterarum ordinem digesto.* Lysimachus *præterea* Cous *libros XX. in hoc genere elaboravit, postquam tria volumina scripserat contra* Cydiam Hero-

(m) Galenus præfatione ad glossas Hippocratis refert, Aristarchum Grammaticum Bacchio τὰ κλῖν̃ο͂ προδιηγήσεται sive loca scriptorum suppeditasse.

ὃ πρὸς Δημήτριον. Καὶ γὰρ ὁ ἀναδεξάμενος αὐτῶν Εὐφορίων πᾶσαν ἐπιχειρεῖ λέξιν ἐξηγήσασθαι διὰ βιβλίων ἕξ. Τῶν δὲ γραμματικῶν οὐκ ἔστιν ὅστις ἐλλόγιμος φανεὶς παρῆλθε τὸν ἄνδρα. εἰσὶ δὲ Ἀρίσταρχος παρ' οὗ γεγράφασι Ἀριστοκλεῖς καὶ Ἀριστοπέας (al. Ἀριστόβουλος) οἱ Ῥόδιοι, καὶ μετὰ πάντας Ἀντίγονος καὶ Δίδυμος οἱ Ἀλεξανδρεῖς.

phileum & eosdem adversus Demetrium. *Sed &* Euphorion *Lysimachum secutus voces universas libris sex interpretari instituit. Ex Grammaticis vero clarissimis quibusque rationem Hippocratis nemo non habuit*, Aristarchum *& hinc* Aristocles *atque* Aristopeas (*al.* Aristobulus) *Rhodii, ac post universos Alexandrini* Antigonus & Didymus.

VIII. Ab *Herophilo* quoque glossas Hippocratis scriptas Galenus auctor est: *Dioscoridem* vero juniorem glossographum (n) Alexandrinum quem á Dioscoride φακᾶ distinguit, pluribus libris ἅπασαν Hippocratis λέξιν explicare professum, ne tertiam quidem ejus partem exposuisse, & plurima attulisse vulgaria & ex Nigro, Pamphilo, Dioscoride Anazarbeo, antiquioribusque Crateua, Theophrasto, Heraclide Tarentino & aliis pluribus exscripsisse. Ipse quidem Galenus in sua glossarum Hippocratis ἐξηγήσει profitetur se expositurum καὶ μόνον ὅσα τοῖς ἄλλοις παλαιοῖς ὑπῆρχον ἅτα συνήθη τῶν ὀνομάτων οὐκ ἔτι ὄντα ἐν ἔθει νῦν, ἀλλὰ καὶ ὅσα καλά τινα τρόπον ἴδιον αὐτὸς ἐποιήσατο ὁ Ἱπποκράτης, ἢ μεταγενεγκὼν ἀπὸ τῶν συνήθως, ἢ σχῆμα πρεπὸν ἕτερον, ἢ τὸ σημαῖνον ὑπαλλάξας. Ab hoc Galeni diversum MS. glossarium in Hippocratem evolvit Cangius. Etiam sub falso *Herodoti* nomine Charterius ad Erotiani calcem Lexicon parvum vocum Hippocratis subjecit Tomo 2. ed. Op. Hippocratis & Galeni p. 140. secutus Hieronymum Mercurialem, qui illud suo Hippocrati adjunxerat: Henricus Stephanus vero una cum Erotiani & Galeni glossariis pag. 105-109. vulgaverat hoc titulo: Λεξικὸν τῶν Ἡροδοτείων λέξεων, quod nescio, an verisimiliter Maussacus pag. 389. diss. de Criticis habebat pro particula operis Apollonii Grammatici, cujus ἐξήγησιν Ἡροδότου γλωσσῶν laudat auctor Etymologici MS. in σοφιστὴς & κωφός. Ex recentiorum monumentis præsenti loco laudanda est *Anutii Froësii* œconomia Hippocratis sive Lexicon Hippocrateum Francof. 1588. Genev. 1662. fol. quem librum Reinesius Epist. ad Nesteros p. 23. Studiosis Medicinæ Hippocratis utilissimum & in omnibus Bibliothecis Medicis spectandum appellat. *Johannis* item *Conradi Dieterici* Iatreum Hippocraticum,

(n) Vide supra Cap. 3. §. 2. hujus libri IV.

cum, ſive Lexicon Græcum ex vocabulis aphorismorum Hippocratis concinnatum, ſpiſſo volumine in 4. Gieſſæ 1656. & Ulmæ 1661.

IX. Ὀνομασίας τῶν Φαρμάκων teſte Galeno in gloſſis v. Ἰνδικὰ, ſcripſerant olim complures, καθάπερ Μενεσθεύς τε καὶ Ἀνδρέας ὁ δ' χρυσάορος καὶ Ξενοκράτης καὶ Διοσκουρίδης ὁ Ἀλεξανδρεύς. Huic juniori *Dioſcoridi* fortaſſis tribuenda eſt hiſtoria plantarum ordine Alphabetico & Alphabetum Empiricum, quæ utraque ad calcem Dioſcoridis Anazarbei cum verſione & ſcholiis edidit Janus Antonius Saracenus. In *Pauli Æginetæ* libro VII. Cap. 3. virtutes medicamentorum & apud *Aëtium* tetrabibl. 1. lib. 1. ſimplicia pharmaca ex plantis, literarum ordine referuntur. Literarum quoque ordine decurrit, atque adeo Lexici parvi inſtar eſt, de quo dictum libro quinto, *Simeonis Sethi* Syntagma de alimentorum facultate. Paxami quidem ἐψαφτυλικὰ, κατὰ στοιχεῖον, Suidæ memorata, diu eſt quod interciderunt. Omitto gloſſas *Nicolai Myrepſi*, qui ſeculo decimo tertio ſcripſit, & *Nicomedis* Iatroſophiſtæ Lexicon aliaque Lexica & gloſſaria Medica ac Botanica incertorum auctorum in variis obvia Bibliothecis, & Labbeo, Cangio, Lambecio memorata atque inſpecta. Quod vero in indice autorum, quos allegat ad Solinum Salmaſius, memoratur Oſiridis Lexicon Chemicum, error eſt, nam Salmaſius ex Anonymi parvo Lexico χρυσοποιίας κατὰ στοιχεῖον, quod MS. eſt etiam in Bibliotheca Vindobonenſi, ut teſtatur Lambecius lib. VI. pag. 180. profert tantum hæc verba: Ὅσιρίς ἐστι μόλιβδος καὶ θεῖον, quibus denotatur, plumbum & ſulphur Chemicæ artis ſcriptoribus quandoque venire Oſiridis nomine. Idem Lexicon Chemicum, quod propemodum integrum locis ſuis inſertum video gloſſario græco Cangii, ſervo & ipſe manuſcriptum una cum ſcriptoribus Chemicis Græcis, quorum Apographum benevole mecum communicavit illuſtris vir Paulus Vindingius. De illis fuſius differendi locus infra libro ſexto dabitur, nunc tantum verbo monere juvat in Matthæi quoque Silvantici Mantuani Lexico ſive pandectis, qui circa A. C. 1297. ſcripſit, ut ipſe teſtatur vocabulo *brues*, præter latinas, Arabicas aliasque exoticas, multæ etiam Græcæ voces iatricæ, ſed fere ſemper inemendatiſſime ſcriptæ latinis literis, Alphabetico ordine referri & explicari. Harpocrationis Alexandrini Lexicon ineditum περὶ Φυσικῶν δυνάμεων allegat idem Salmaſius, legunturque Harpocrationis illius nonnulla in Kyranidibus, de quibus dixi Lib. 1. Cap. 9.

X. A Medicis deveniendum ad *Philoſophos*, qui cum & ipſi vocabula ſibi peculiaria habeant, ac pro diverſis diſciplinis & ſectis diverſa, non defuerunt qui & illa ſingularibus Lexicis interpretarentur. Laërtius de Platone lib. 3. c. 63. ὀνόμασι δὲ κέχρηται ποικίλοις, ὡς τὸ μὴ εὐσύνοπτον εἶναι τοῖς μαθήσεσι τὴν πραγματείαν, ad quem locum apprime huc faciunt quæ annotat Menagius. Scripſerat *Timæus* (junior) Lexicon breve ad Gentianum ordine Alphabetico περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι λέξεων, memoratum Photio in Bibl. Cod CLI. Laudat idem Photius Cod. CLIV. ſeqq. *Boëthi* συναγωγὴν λέξεων πλατωνικῶν ad Melantum, itidem ordine litterarum compoſitam & longe præſtantiorem utilioremque opuſculo Timæi. Tum ejusdem Boëthi περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι διαφερομένων λέξεων, ad Athenagoram. Allegatur Boëthus ἐν τοῖς περὶ Πλάτωνος apud Heſychium in Ἀφ' πάντων κεφαλής. *Harpocration* quoque Argivus Platonicus Philoſophus, Cæſaris convictor, præter ampliſſimos in Platonem commentarios, verborum Platonicorum libros duos conſcripſit: Auctor Suidas. Clearchus Solenſis, Peripateticus, τὰ ἐν τῇ Πλάτωνος πολιτείᾳ μαθηματικῶς εἰρημένα enodavit teſte Athenæo: Dionyſius Halicarnaſſeus Muſicus eodem Suida teſte ſcripſit libros quinque περὶ τῆς ἐν τῇ Πλάτωνος πολιτείᾳ μυστικῶς εἰρημένων. Theodori Solenſis librum de Mathematice dictis in Platone citat Plutarchus libello de animæ procreatione & libello de oraculorum defectu. Philippus Mendæus omnia loca Mathematica quæ in operibus Platonis præceptoris ſui obſervaverat, ſingularia excerpſit & expoſuit. Theon Smyrnæus etiam peculiari opere tractavit quæ Mathematica ad lectionem Platonis utilia ſint, verum & hoc & quæ jam è Menagio commemoravi alia quædam Lexicis anumerare nolim, uti nec Metrophanis Sophiſtæ περὶ τῶν χαρακτήρων Πλάτωνος, qui liber à Suida laudatus Rhetorici argumenti fuit potius quam Grammatici: nec quæ Galenus ſcripſerat de iis quæ in Timæo Platonis dicta ſunt ἰητρικῶς, aut quæ Plutarchus de variis Platonis locis commentatus fuit. At ſimiliter lexicon vocum Ariſtotelicarum à doctiſſimo viro *Petro Petito* exſpectare juſſit Menagius, quod Nicaſio licet etiam memoratum in Epiſtola de Petiti vita & ſcriptis, tamen nondum vidit lucem. Eſt interim in manibus Lexicon eruditi viri & digni vita longiore *D. Martini Fogelii* poſthumum Philoſophum, quo vocabulorum homonymorum præcipue ex Ariſtotele ſignificationes diligenter explicantur. Hamb. 1689. in 4. Omitto latine editam *Joh. Baptiſtæ Bernardini* Patri-

tricii Veneti ſeminarium ſive Lexicon triplex atque indices in Philoſophiam Platonicam, Peripateticam, Stoicam Venet. 1582. fol atque inde Lugduni, Genevæ &c. *Philemonis* Grammatici Lexico πχνολογικῷ MS. ex Bibliotheca Colbertina uſus eſt Cangius.

XI. Rhetorica Lexica non modo ad intelligendos Oratores ſed & ad ornatum dictionis Græcæ & copiam comparandam faciunt cujusmodi *Phrynichi* προπαρασκευὴ σοφιστικὴ de quibus dixi ſupra c. 34. §. 8. *Philonis* Lexicon Rhetoricum ex Etymologico Magno in δέμα laudant viri docti, niſi ibi legendum ἄτως Φίλων εἰς τὸ ῥητὸν pro ῥητορικόν. *Zoſimi* Gazæi Lexicon Ῥητορικὸν Suidæ memoratur, nec minus *Juvenis Veſtini* Sophiſtæ ἐκλογὴ ὀνομάτων ex Demoſthene, Thucydide, Iſæo, Iſocrate & Thraſymacho & aliis Rhetoribus. *Eudemi* Rhetoris Lexicon Rhetoricum ab eodem Suida diligenter tritum extat adhuc MS. in variis Bibliothecis, ut Vindobonenſi, Pariſienſi, Medicea, laudaturque à Io. Pricæo notis ad Novi Teſtamenti libros ut in 1. Timoth. III, 3. &c. à Cangio in gloſſario Græco aliisque. *Pauſaniæ* Lexicon Ῥητορικὸν allegat ad Homer. Euſtathius, cui è Photio Cod. 150. addere licet *Juliani* (illius, ut ſuſpicor, cui Phrynichus librum quartum ſuæ προπαρασκευῆς inſcripſit) Λεξικὸν τῶν πρὸς τοὺς δέκα ῥήτορσι λέξεων κατὰ στοιχεῖον, quod non dubitat præferre Lexicis Rhetoricis *Diodori* & *Philoſtrati* Tyrii. Diodori illius puta, quem Suidas Valerii Pollionis Alexandrini filium commemorat, & ἐξήγησιν τῶν ζητουμένων παρὰ τοῖς ι ῥήτορσιν ſcripſiſſe tradit in Πωλίωνι. Ait etiam Photius, ſe evolviſſe, quibus nulla auctorum nomina præfixa fuere, Lexicon καθαρᾶς ἰδέας, ſive puri ac ſimplicis ſermonis, alterum σεμνῆς ἰδέας ſive ſtyli gravis, & tertium denique ἰδίως λόγου πολιτικοῦ, ſive dictionis civilis, quali Rhetores Attici uti conſueverunt, Cod. 146. ſeq.

XII. His ut videtur pridem deperditis, certe in lucem publicam non protractis, exſtat & omnium in manibus verſatur *Valerii HARPOCRATIONIS* περὶ τῶν λέξεων βιβλίον, ſive Lexicon, Rhetoribus potiſſimum Atticis intelligendis deſtinatum, unde in quibusdam editionibus λεξικὸν τῶν δέκα ῥητόρων inſcribitur. Sed ab auctore nullum alium titulum, quam λέξεις, præfixum contendit Johannes Meurſius VI. 2 Attic. Lect. cujus ſententiæ etiam in ſua editione ſuffragatus eſt clariſſimus vir Jacobus Gronovius, nam & Suidas diſerte vocat λέξεις τῶν δέκα ῥητόρων, verba enim, quæ ibi ſequuntur, ἀνθηρῶν συναγωγαὶ, aliud opus floridorum indicant, fallunturque qui illa ad

Le-

Lexicon noſtrum referunt cum Johanne Schefero, libro de ſtylo latino, pag. 151. Harpocrationis Lexicon primus græce edidit *Aldus*, Venet. 1503. fol. una cum Ulpiani Rhetoris commentariis in Demoſthenem. Deinde minus emendate iterum ibidem 1527. fol. Nam quæ ex eadem officina Anno 1534. fol. una cum Iſocrate excuſa ſunt, non integrum Harpocrationem exhibent, ſed tantummodo ἐκλογὴν Ἁρποκρατίωνος καὶ Σούδα περὶ τῶν παρ' Ἰσοκράτει λέξεων, quam videre eſt in aliis etiam Iſocratis editionibus, ut Baſileenſi, 1565. 8. & *Henrici Stephani* Anno 1593. fol. Ab eo tempore Harpocrationem recenſere atque edere voluit *Godofredus Jungermannus*, ut ex ejus ad Wolffgangum Seberum literis didici, tum *Johannes Meurſius*, quem Mauſſacus ſcriptis ad eum literis ab hoc conſilio revocavit. Literæ illæ in præfatione editionis Gronovianæ obviæ ſunt, ſed vidi etiam Mauſſaci epiſtolas ad Andream Schottum, quibus eum etiam atque etiam precatur, ut Meurſium quovis modo ab illo conatu dimoveat, quod tamen Schottus neutiquam fecit, ſed quemadmodum ad maturandum opus initio, ita deinde poſt Mauſſaci Harpocrationem jam vulgatum, ad novam editionem primum (o) hinc ad animadverſiones ſuas ſeparatim edendas ſemel iterumque ipſum hortatus eſt. Meurſio tamen ſatis fuit deinde in Atticarum lectionum libris VI. Anno 1617. editis, aliisque ſuis ſcriptis hinc inde loca quædam Harpocrationis tangere obiter, ex cujus epiſtola Valerio Flacco *Lamperti Alardi* præmiſſa video etiam Alardo in mentem veniſſe de Harpocratione recenſendo, cujus notas poſthumas præfat. *Græciæ in nuce* promiſſas neſcio an valde dignas luce apud filium hactenus delituiſſe ſcribit Johannes Mollerus V. C. in Homonymoſcopia, p. 308. *Thomas* quoque *de Finedo* ad Stephanum Byzantinum teſtatur, ſe in Harpocratione illuſtrando operam poſuiſſe. Fridem ante hos *Friedericus Sylburgius* Anno 1594. poſt abſolutam Etymologici Magni editionem ſcripſit ad Theodorum Canterum (in epiſtolis clarorum virorum à Gabbema editis) p. 710. *Seorſum deinde ſucceſſurum tomum alterum in quo libri de dialectis, Attici Lexicographi, Harpocration, ſi Deus inſtitutum proſperaverit.* Sed alter ille tomus nunquamprodiit. *Philippi* vero

Ja-

(o) Andreas Schottus ad Johannem Meurſium 27 Auguſt. 1615. *Εὐαγγέλια tibi debeo de Harpocratione, in quo ſi illam operam ponis quam potes & polliceris, ingenti noſtro gaudio poſteritati oſtendes, te non minus in Atticis & decem Græciæ Oratoribus, quam in Mixobarbaris ætatis mediæ fuiſſe verſatum.*

Jacobi Mauſſaci (p) Morelliano codice uſi, & Vaticano, atque Aldina editione, cui varias lectiones é Vaticano codice Pithoeus adſcripſerat, præclaram Harpocrationis editionem conſtat lucem vidiſſe Pariſiis, Anno 1614. 4. in qua negari nequit, multa loca emendata feliciter (q)illuſtrata eruditiſſime. Addita etiam quam accuratiſſimam Meurſius vocat VI. 2. Attic. Lect. Diſſertatio, in qua de arte Critica, Lexicis veterum varii generis & de Harpocrationibus diverſis docte diſputat. Anno poſt, A 1615. 8. Toloſæ una cum Plutarcho de fluviis edidit Mauſſacus appendicem ad notas ſuas in Harpocrationem, inſcripſitque Salmaſio, paucis conſtantem paginis, â 365. ad 375. Latinam verſionem quare noluerit adjungere, declarat his verbis, quæ Blancardus quidem in ſua editione omiſit: *Verſionem adhibere noluimus, ne ſana mente præditis & literarum ut decet ſcientibus ludibrio eſſemus & contemtui, ad inſtar quorundam é trivio interpretum, qui Pollucem & Suidam & alios id genus autores interpretandos ſuſceperunt.* Forte non minus difficultas rei in cauſa eſt, quæ homines ſanos abſterret, ut non libenter ſuſcipiant, quod luculenter ſatis atque ex voto efficere ſe vident vix poſſe: nam bonam & perſpicuam verſionem Suidæ, v. g. ac Pollucis tum etiam Harpocrationis vel contemnendam eſſe vel inutilem nemo ſanus dixerit. Sed facilia transferre, in difficilibus hærere vel ex fulgore dare fumum, aut in plerisque omnibus ceſpitare, hoc eſt, quod viri maximi merito in ejusmodi libris contemnendum eſſe duxerunt, præcipue cogitantes de Græcæ linguæ reconditis opibus agi, quas latina lingua omnes nec novit, nec exprimere pro dignitate valet. Traditur à Nicolao Antonio, Harpocrationem vertiſſe latine *Vincentius Marinerus* Valentinus, præfectus cum viveret Bibliothecæ Regiæ Escurialenſis, flammis nondum conſumtæ: ſed illa ipſius interpretatio non magis lucem adſpexit, quam tot aliæ quibus Euſtathianos in Homerum & Dionyſium commentarios, aliosq; Scholiaſtas Græcorum poëtarum latine de Græcis reddiderat. *Nicolaus* itaque *Blancardus* primus fuit, qui Harpocrationem cum verſione ſua latina evulgavit Lugd. Batav. 1683. 4. editionemque hanc ſuam ornatiſſimam reddidit non modo utiliſſimis indicibus, ſed & notis Mauſſaci in qualibet ſtatim pagina ſuo loco ſubſtratis, & ex To-

(p) Obiit Mauſſacus Pariſiis, Anno 1650. & cum Græce doctiſſimus ſuiſſet, ex morbo ita perdiderat illius linguæ uſum atque memoriam, ut nec literas quidem illius noſſet aut legere poſſet.

(q) Confer Colomeſii Bibliothecam ſelectam, num. 50.

loſana appendice emendatis auctisque, tum ſubjunctis ad voluminis calcem eruditiſſimis, poſtumis licet animadverſionibus ſummi viri, *Henrici Valeſii*, quibus & Harpocrationem & Mauſſaci notas diſſertationemque ejus Criticam, qua emendat qua illuſtrat. Hæ Valeſii notæ ex Bibliotheca Guilielmi Prouſteau Anteceſſoris Aurelianenſis prodierant anno ante ſeparatim, curante V. C. *Jacobo Gronovio* Lugd. Batav. 1682. 4. Novam quoque Græcam (omiſſa verſione) eamque emendatiſſimam Harpocrationis editionem eidem doctiſſimo viro debemus, qui uſus eſt variis lectionibus, quas frater ejus ex Florentino codice excerpſerat, tum recenti codice, quem in notis pag. 68. elegantem & fidum appellat, teſtaturque inſcripta habuiſſe recentiore manu hæc verba: *αὕτη ἡ βίβλος ὄϛιν Ἁρμονίας ϗ Ἀθηναίας. ἔχει φλλία ζ.* Adhibuit præterea editionem Aldinam Anni 1527. notatam manu Xylandri, Fabri, Sylburgii, Marquardi Freheri, Danielis Heinſii, & Jani Rutgerſii, quam à Guilielmo Goëſio V. C. prædicat ſe nactum eſſe: denique aliud ejusdem editionis exemplum, quod Heinſii fuit, & qui hæc verba adſcripſit: *Præter ea, quæ hic præſtiti, ipſe è libro illuſtris Scaligeri multa ſupplevi, cui Reverendus Theodorus Beza è codice in Italia MS. quædam à ſe deſcripta miniſtrarat.* Prodiit hæc Gronovii editio Lugd. Bat. 1696. 4. quam dicavit illuſtri viro, cognato ſuo magno de Wedderkopff, & in fine adjunxit Henrici Stephani diatribam de nonnullis vocabulis & loquendi generibus ab Harpocratione & Suida apud Iſocratem obſervatis, petitam ex editione Iſocratis, quam à Stephano curatam dixi, Anno 1593. fol. In præfatione & notis bonus Blancardus, quem paſſim Friſicum interpretem appellat, miſere accipitur, & veluti capital admiſiſſet, laceratur mirum in modum, quod fecit quæ potuit, & conatus eſt ſine cujusquam injuria bene mereri de bono publico, quod aliquando non melioris lectionis in mentem ipſi venit MSS. codicibus deſtituto, quod in verſione nonnunquam dormitavit, quod ordinem vocum libri facilius (r) evolvendi cauſa immutavit, quod virorum doctorum obſer-

(r) Veriſſimum ſane eſt, quod obſervat vir doctus, Harpocrationem (uti Erotianum quoque & alios veteres) non accurate obſervaſſe in vocibus ordinem literarum, quæ primam cujusque vocabuli literam inſequuntur: cum vero Lexica ad hoc ſcripta ſint, ut promte reſpondeant conſulentibus, neſcio, an valde reprehendendi ſint ii, qui monitis de ſuo conſilio lectoribus commodiorem illa redigunt in ordinem, atque ita veterum ſcriptorum defectus emendant, quos ipſos qui ita admirantur, ut non poſſint ferre meliora, quia recentia ſunt, illis integrum tamen per hoc eſt alias editiones adire.

ſervationibus jam exſtantibus, Harpocrationem vertere in latinum auſus ſit, interpretationisque gloriam ſibi arrogaverit, atque id genus alia *infandæ*, ut ille quidem fari amat, *inſcitiæ* crimina, ex quibus patere vult ſcilicet, *non Græca, non Harpocrationem non ab eo intelligi, nec Harpocrationem ab eo editum eſſe.* Qualia legenti mihi ſuccurrit illud S. Ambroſii Apologia pro Davide T. 1. pag. 709. *Sæpe in judicando majus peccatum judicii eſt, quam peccatum ipſius de quo fuerit judicatum.*

XIII. Cum Harpocrationes plures fuerint etiam Rhetores, & Suidas Lexicon in decem Oratores tribuat *Valerio Harpocrationi*, Rhetori Alexandrino, quo tempore ille vixerit, non plane extra controverſiam poſitum eſſe videtur. Nam Harpocratio, qui inter præceptores Veri Imperatoris à Capitolino refertur, Grammaticus fuit, & quanquam à Grammatici hominis inſtituto neutiquam alienum eſt, Lexica contexere, tamen non video, cur Suidæ teſtimonium ſit rejiciendum, qui Rhetori Alexandrino Lexicon quod habemus Rhetoricum diſerte tribuit. Atque Alexandrinum ſe auctor ipſe prodit in ἀναλυπτήρια, nam cum ait: ταῦτα ἢ ἐστὶ τὰ παρ' ἡμῖν θεώρητα, verba παρ' ἡμῖν, Valeſius erudite interpretatur, *apud Alexandrinos.* Idem Valeſius non dubitat, auctorem Lexici eſſe Harpocrationem illum Libanii æqualem, qui in epiſtola eum Ariſtæneto commendat his verbis: Ἁρποκρατίων γὰρ ἐστὶ καὶ ποιητὴς ἀγαθὸς, καὶ παιδευτὴς ἀμείνων. δεινὸς μὲν ἐνθεῖναι (forte ἐκθεῖναι) τὰ τῶν παλαιῶν γένεις, δεινὸς ἢ ἐκείνοις παρεσωθῆναι. βεβιωκὼς ἢ συνεχῶς ἐν βιβλίοις, ἡδίστην μὲν ἔχει κομψείαν, ἁπλῆς δὲ ὡς καὶ γεννικῆς, καὶ ἂν ἀλόιη φρονῶν μὲν ἕλεγα, λέγων ἢ ἄλλα. *Harpocration iſte & Poëta bonus, & inſtituendi dexteritate præſtantior etiam, idoneusque veterum ſcripta adoleſcentibus inſtillare (interpretari) & qui paria cum antiquis facere poſſit. Hic libris aſſidue innutritus, ſuavi eſt ingenio, ſimplex alioqui & cordatus, & quem nemo unquam deprehenderit alia ſentientem & alia loquentem.* Neque Lambecius, qui eam Libanii epiſtolam Græce edidit Lib. VI. de Bibl. Vindob. p. 245. dubitat hunc ipſum eſſe Harpocrationem illum Romano nomine clientelari Valerium dictum, à quo Lexicon Rhetoricum ſcriptum eſſe Suidas auctor eſt. Fateor tamen, rem minime eſſe exploratam, neque audeo pro certo affirmare, utrum cum Harpocratione iſto commune aliquid habeat *Harpocras, Scholaſticus & Sophiſta*, ad quem complures exſtant epiſtolæ Iſidori Peluſiotæ, ut ſit

nomen ἐπιτετμημένον sive decurtatum, cujusmodi plura passim obvia sunt, & pridem notata viris doctis Alciato lib. 1. Parergon cap. 26. Isaaco Casaubono ad Athenæum p. 523. Vossio Instit. Orat. lib. IV. Cap. 1. tmemate 5. Reinesio epistolis ad Rupertum. p. 461. Buchnero ad Plinii lib. X. epist. 5. Valesio ad Eusebii paginam 278. Gisberto Cupero in Harpocrate p. 2. seq. Richardo Bentlejo epist. ad Millium, pag. 82. seq. Josuæ Barnesio ad Anacreontem, p. 30. seq. aliisque. Hoc constat, Harpocrationem Lexici auctorem ex quo multa ad verbum repetunt Suidas, Etymologici Magni auctor & Varinus, juniorem esse Athenæo, ex quo eum quædam descripsisse & inter describendum aberrasse notat Maussacus Dissertatione Critica pag. 378. seq. edit. Blancardi. Sed laudat & Athenæus *Harpocrationem* quendam, *Mendesium*, qui de placentis scripserat, XIV. p. 648. Ἁρποκρατίων δὲ ὁ Μενδήσιος ἐν τῷ περὶ πλακούντων τὴν παρὰ Ἀλεξανδρεῦσι καλουμένην παγχαρπίαν καλεῖ. Incertum de hoc an alio Tertullianus Cap. 7. de corona: *Liberum eundem apud Ægyptios Osirin*, Harpocration *industria hederatum argumentatur, quod hederæ natura sit, cerebrum ab beluco defensare.* Ad quem locum Pamelius, *Ego eum*, inquit, *auctorem puto intelligi, cujus exstat Romæ in Vaticana liber* περὶ Φυσικῶν δυνάμεων, *quippe cum ad Physicam rationem referatur id quod sequitur.* Equidem Maussacus negat, hunc se librum in Vaticana Bibliotheca aut ejus catalogo reperire potuisse, sed Salmasius quoque ad Solinum testatur, se evolvisse Harpocrationis Lexicon, περὶ Φυσικῶν δυνάμεων, & Latinus Kuranidum interpres, de quo lib. 1. cap. 9. dicere me memini, testatur, se librum Physicalium virtutum collegisse ex Cœrani Regis Persarum experimentis & *ex libro Arpocrationis Alexandrini ad propriam filiam.* Fuit & Harpocras sive Harpocration iatraliptes Ægyptius ex præfectura Memphitica, cui civitatem Romanam à Trajano impetravit Plinius X. 4. & 5 Epist. Sed ut ad Rhetores hujus nominis revertar, Suidæ memoratur *Cajus Harpocratio* Sophista, qui præter alia scripserat περὶ τῶν Ἀνθρώπου σχημάτων, περὶ τῶν Ὑπερείδου καὶ Λυσίου λόγων. Tum *Ælius Harpocratio* itidem Sophista, qui scripserat περὶ τῶν δοκούντων τοῖς ῥήτορσιν ἀγνοεῖσθαι, ἐπιθέσεις λόγων Ὑπερείδου, περὶ τέχνης ῥητορικῆς, περὶ ἰδεῶν. Præterea περὶ ξ καπνεύεσθαι τὴν Ἡροδότου ἱστορίαν & περὶ τῶν παρὰ Ξενοφῶντι πόλεων. Hic ut videtur Harpocratio laudatur in commentariis Græcis ad Hermogenem pag. 216. & 367. Meminit etiam Suidas *Harpocrationis Argivi, Platonici* Philosophi, qui Cæsaris convictor

scri-

ſcripſerat commentarios in Platonem libris XXIV. & Lexicon Platonicum ſive λέξεις πλάτωνος, ſupra etiam mihi memoratas libris duobus. Hujus Platonici una cum Plotino, Amelio & Boëtho meminit Æneas Gazæus in Theophraſto ſuo pag. 16. & Stobæus apud Photium & in Eclogis Phyſicis: neque audiendus Barthius, cui in notis ad Æneam p. 97. hic Harpocration idem eſt cum Veri Imperatoris præceptore. Omitto alios hoc nomine, Valeſio & Mauſſaco obſervatos, ut Harpocrationem Naucratitem, Epiſcopum Ægyptium, qui interfuit Concilio primo Nicæno. Harpocrationem Epiſcopum in Bubaſto Ægypti, cujus mentio in breviario Meletii apud Athanaſium Apologia ſecunda T. 1. pag. 789. Harpocratem Ægyptium, Ammonii Hermeæ diſcipulum, de quo ex Damaſcio Suidas. Harpocratem Claudii Imperatoris libertum, Sueton. Cap. 28. &c.

XIV.

ELENCHUS VETERUM SCRIPTORUM,

Qui â Valerio Harpocratione laudantur,

illuſtrantur, vel notantur.

Ex editione Nicolai Blancardi.

ACHÆUS ἐν Ἀδράστῳ, voce ἀρχᾶς.
ACUSILAUS ἐν τετάρτῃ, v. Ὁμηρίδαι.
ÆSCHINES v. γοργύρα. Δεάχων. δρομοκήρυκες. Χίλων. ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου, v. ἀγείρας. ἀδύνατοι. ἀμοργός. Ἀνδοκίδης. Ἑρμῆς. Αὐτοκλείδης. δημόσιος. Διαστείλας., & Διαψήφισις. δοκιμασθεὶς. ἐπαγγελία, & ἐπακτροκέλης. δήμευσις. πὲ ὅπλα. Θέρσανδρος. καθάρσιον. Κηδωνίδης. Κολυττεύς. λῃξιαρχικὸν γραμματεῖον. ξηραλοιφεῖν. οἴκημα. ὅπου νόμος ἐστὶν &c. πρεσφερεῖς. πτερυπημένοι. Φιμοί. ἐν τῇ περὶ τῆς παραπρεσβείας ἀπολογίᾳ, ſive περὶ τῆς ἀποδόσεως. in ἀντιθέσεις. ἀρχᾶς. βάταλος. ἐκκλησιάζειν. ἐννέα ὁδοί. Ἐπικράτης. Θερμὰν. Θρόνιον. ἱκετηρία.

Κέκροψ. Κτησιφῶν. Λοιδίας. Νεμέα χαροάδρα. Νίκαια ὁλοχοίνιξ. ὁρμιὰ ζεύγη. ὁλκὶ ξένιξ &c. παλίμβολον. πεῖ πολ. πεδολὰς. πεδασία. πεδοβόσιον. στρατεία ἐν τοῖς ἐπωνύμοις. Στρέψα.

ἐν τῷ χ΄ Κτησιφῶντ, v. Ἀζηνία, & ἀζήτητον. Ἀλόνησ. ἀναγεῖς. Ἀναγυράσι. Ἀναφλύστιοι. ἀντιγραφεὺς. ἀπιμη. ἀγὼν. αὐλία. ἀφοσιῶ. Γάν. Διαμεμετρημένη ἡμέρα. ἐξάγις, & ἐξαράσασθαι. Ἐπιλαχὼν. Ἐπισάτης. Ἐργίσκη. Ἑρμαῖ. Ἐρυβάτην. ζηλοτυπεῖν. & ἡγεμονία δικαστηρίε. Θεσμοθέτας. Θεωρικὰ. Θύσιον. ἴσαι ψῆφοι. Κῆπ. Κηφισόδοτ. Κιθαιρώνιον πεδίον. Κοτυλαιον ὄρος. Κραναλλίδαι. Κρώβυλ. Κτησιφῶν Μαργίτης. μεσεγγύημα ὀμνύοντας. Ὀδαγγελία. Ὀδαβάλλοιδ. Πήληξ. πεδέδροι. Πρόνοια. πεδοβόσιον. πευτάνεις. Ταμύναι. τριπὺς. Φρυνώνδας.

ÆSCHINES SARDIANUS ἐν Ἰάμβοις, voce Κέκροψ.

ÆSCHINES SOCRATICUS ἐν Ἀξιόχῳ, voce Ἀξίοχ.

Διαλεγομ. Ἐπιχαρμῷ Ἀσπασία, v. Ἀσπασία.

ÆSCHYLUS v. Θεοίνιον.

Ἀργείοις, voce χλῆδ.

Ἑλλαδίῳ, voce μαλακίζομαι.

ἐν Εὐμενίσιν, voce Εὐμενίδες. Θεμιστεύειν.

ἐν Κερκύοσι, voce ὄρον.

ἐν Μυρμιδόσι, voce πεπεπωκότες.

ἐν Μύσταις, voce Ὀργεῶνας.

ALCÆUS voce πτοφωμαι.

ἐν τῇ κομῳδοτραγῳδίᾳ, voce ἀδδηφάγος τριχρεῖς.

ἐν πεντηκοστῇ ὀγδόῃ, voce σκυθικαὶ.

ALCMAN ἐν πρώτῃ, voce Θερσίτας.

ALEXIS voce Σινώπη.

AMNONIUS ἐν τῷ περὶ βωμῶν καὶ θυσιῶν, voce Ἀμαζόνειον. ἐχάρα.

ἐν πέμπτῃ περὶ βωμῶν, v. Θόλ.

AMPHITEUS δευτέρῳ περὶ Ἡρακλείας; v. Σαβοί.

ANACREON v. ἑρμᾶς.

ANAXIMENES voce Ἀρχιδάμιος πόλεμ. Εὐβίας.

ἐν πρώτῃ Ἑλληνικῶν, v. ἀμφικτυονες.

ἐν Φιλιππικῷ, v. Μύρτιλον. ὁ κάτωθεν νόμ.

ἐν πρώτῳ Φιλιππικῶν, v. πεζέταιρ.

ἐν πέμπτῳ Φιλιππικῶν, v. Ἀλόνησ.

ἐν ἑβδόμῳ τ περὶ Φιλίππου, v. Μάσιρα.

ἐν ὀγδόῳ Φιλιππικῶν, v. Καβύλη.

ἐν τῇ δευτέρᾳ τ περὶ Ἀλεξάνδρου, v. Ἀλκίμαχ.

ANDOCIDES v. ἀνωρθίαζον.

ἐν

ἐν τῷ περὶ τ̃ μυςηρίων, v. Ἀνδοκίδης Ἑρμῆς. ἀποσκήψασθ. ἑταιρεία. Θημακεὺς. λογισταὶ καὶ λογιςήρια.

ἐν τῷ περὶ τῆς ἀδείας, v. ὀρρωδεῖν.

ἐν τῷ περὶ τ̃ εἰρήνης, v. Ἑλληνοταμίαι. νεώρια Ϲ νεώσοικοι. Πηγαί.

ἐν τῷ κατ' Ἀλκιβιάδην, v. ἐμποδών. εὐανδρία.

ἐν τῷ περὶ ἐνδείξεως. v. ζητητής.

ANDRON ἐν ὀγδόῃ τ̃ συγγενειῶν, v. Φορβάντιον.

ANDROTION v. ξενικὸν ἐν Κορίνθῳ.

ἐν τῇ Ἀτθίδι, v. Διαψήφισις. συγγραφεῖς.

ἐν πρώτῃ Ἀτθίδος, v. Παναθήναια.

ἐν τῇ δευτέρᾳ, v. ἀποδέκται. Ἵππαρχος.

ἐν τῇ τρίτῃ Ἀτθίδος, v. δέκα καὶ δεκάδαρχος. Μόλπις. Ὀφρύνειον.

ἐν πέμπτῃ τ̃ Ἀτθίδος, v. Ἀγνίας. Κηφισίδοτος.

ἐν ἕκτῃ Ἀτθίδος, v. ἱερὰ τελήρης. Νεώη.

ἐν δωδεκάτῃ Ἀτθίδος, v. Ἀμφίπολις.

ANDROTION, aut PHILIPPUS,

ἐν τῷ Γεωργικῷ, v. ϛαφυλοδόλειον.

ANTICLIDES v Καλαύρεια.

ἐν τοῖς ἐξηγητικοῖς, v. ὁ ξυθύμια. παλαμναῖος. στεφανῶσαι.

ANTIMACHUS v. Ἀδράστειαι. Ὀργεῶνες.

ANTIPHANES ὁ νεώτερος ἐν τῷ περὶ τ̃ ἑταίρων, v. Ἀντίκυρα. Νάννιον

ἐν Εὐθυδίκῳ, v. ξενιτευόμενος.

ἐν Εὐτυχίᾳ, v. ξυσία.

ANTIPHON v. ἄβιος. ἀδιάσπαστον. ἀειεσῶ. ἀκαρεῖ. ἀναγινωσκόμενος. ἀχαριεῖν. βάσανος. δυσάνιος. ἐν βραχεῖ.

ἐν τῷ περὶ ἀληθείας, v. ἄγε.

ἐν τῷ ἀληθείας πρώτῳ, v. ἀδέητος, ἀναπαδιζόμενα. ἀνίκη. ἄσπα., & ἀπαθῆ. δείσεις. Διάθεσις. ἔμβιος. ἐπαλλάξεις. ὁ ἐγγυηθήναι.

ἐν ἀληθείας δευτέρῳ, v. ἀγνεύειν τὴν πόλιν. ἀειεσῶ. χρυπάνιον. δεινῶ. Διάσασις. συμφορεῖωσ. Φορείνης.

ἐν τῷ περὶ τ̃ Σαμοθρακῶν φόρου, v. ἀεὶ. ἀποδιδόμενοι. ἀπόταξις. ἐκλογεῖς. συντελεῖς.

ἐν τῷ περὶ ὁμονοίας, v. ἀθεώρητος. ἀναθέσεις. αὐλιζόμενοι. βαλβίς. Διάθεσις. εὐηνιώτατα. Μακροκέφαλοι. Σκιάποδες. ὑπὸ γῆν οἰκοῦντες. Φηλώματα.

ἐν τῷ κατ' Φιλίνου, v. ἀκροάσθαι. ἀπολαχεῖν. Διάληξις. θῆπις Ϲ θητικὸν.

ἐν τῇ πρὸς τὴν Δημοσθένους γραφὴν ἀπολογίᾳ, v. Ἀλκιβιάδης. ἀποτετίσαι. δεκατεύτης, κελεόντης. σκαφίον. συνήγοροι.

ἐν τῷ πρὸς τὴν Δημοσθένους ἀντιγραφήν, v. Ἀνδρῶν.

ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν ἐλεύθερον παῖδα, v. ἀξιοῦν. περὶ

περὶ ζ΄ Ληναίων Φόρυ, v. Ἀμφίπολις.
ἐν τῷ περὶ ζ΄ Λινδίων Φόρυ, v. ἀπειπεῖν. ἄπια. δι' ἐνιαυτῦ. ἐπαγγελία. ἐπίσκοπος. περιφορά. συνήγοροι. τριβωνάδομοι.
χ΄ Λαιστρυδίυ, v. ἀπιστεῖν. Γαληψὸς. ἐπίσκοπος. Οἰσύμη.
ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα, περὶ ὅρων, v. ἀργυροκοπεῖον. Διὰ μέσυ τείχυς. Ἑρμῆ. εὐθύωρον. Κεραμεικὸς. λέχαι. ὠδάβυσον. πευταετίας. Σπεφανηφόρος. Ὑπερξολος.
ἐν τῇ πρὸς Φίλιππον ἀπολογία, v. δημοσιόμοιρος. alibi ἐν φιλιππικῷ, v. εἰσφρήσειν.
ἐν τῇ πρὸς τὴν Καλλίυ ἔνδειξιν ἀπολογία, v. Διάθεζις. ἑρμαὶς. ἡεμών. μοιροδικῆσαι.
ἐν τῷ περὶ τῆς μεταστάσεως, v. Διαζῆσαι. ἐμποδών. ἐπεσκήψαθ. Ἠπειρωτεία. σασιώτης. πεντακόσιοι.
ἐν τῷ περὶ πόνων, v. εὐοφθάλμως. Πυρελάμπης.
πολιτικῷ, v. εὐσύμβολος. ἡμιολιασμὸς.
Ὑπερειδικῷ Καλλισράτυ, v. ὅπ οἱ ποιηταὶ &c.
Ὑπερειδικῷ Τιμοκράτυς, v. σπαρτωλός.
ἐν τῷ χ΄ πευτάνεως, v. ῥητορικὴ γραφή.
ἐν τῷ περὶ ζ΄ Ἡρώδυ Φόνυ, v. v. διετείνοντο. Φρῦνος.
ἐν τῷ περὶ ζ΄ χορδῶν, v. διδάσκαλος. Διιπόλια.

APOLLODORUS v. χόες.
ἐν πῖς περὶ θεῶν, v. αὐτόχθονες. κύρβεις. μῆνι καὶ μεταγωγὸς. πάνδημος Ἀφροδίτη.
ἐν ἕκτῳ περὶ θεῶν, v. ἀποπομπαὶς.
ἐν τῷ περὶ τ΄ Ἀθήνης ἑταιρῶν, v. Νάννιον. Φανοσράτη.

APOLLONIUS NICÆNUS, v. Ἴων.

APOLLONIUS ACHARNENSIS, v. Χαλκῆια.
ἐν τῷ περὶ τ΄ ἑορτῶν, v. πέλανος. Πυανόψια.

APOLLOPHANES ἐν Ἰφιγενείᾳ, v. ἀδελφίζειν.

ARATUS v. Ἀρκτῦρος.

ARCHEMACHUS ἐν τρίτῃ Εὐβοεικῶν, v. Κοτύλαιον ὄρος.
ἐν πέμπτῃ τ΄ Εὐβοεικῶν, v. Ἀλόνησος.

ARCHILOCHUS v. Στρύμη.
Τελμέσσοις, v. παλίνσκιον.

ARCHIPPUS ἐν τοῖς Ἰχθύσι, v. παλιναίρετος.
Ὄνῳ, v. τοπεῖον.

ARIGNOTE v. ἐυοῖ.
ἐν τῷ περὶ πλετῶν, v. νεφελίζων.

ARISTARCHUS v. δερμιστὴς. διεκωδώνισε. ὀξυθυμία.

ARISTIDES ἐν τῇ ἕκτῃ Μιλησιακῶν, v. δερμιστὴς.

ARISTODEMUS ELIENSIS v. Ἑλλανοδίκαι.

ARI-

ARISTOGITON κ῾ Τιμάρχ, v. Ἀυτοκλείδης, Θέρσανδρ῾.

ARISTOMENES COMICUS v. μετοίκιον.
ἐν Γόησι, v. Φορίννης.

ARISTOPHANES COMICUS v. ἄπα. Κῆοι. κελέοντες. κίναδ῾. κρᾶσις. Πόρι῾.
Ἀμφιαρᾠ, v. λαμπρεῖς. ῥόπτρον.
Ἀχαρνεῦσι, v. Ἀπασία. λάρκ῾.
Βαβυλωνίοις, v. ὑπόδικος. τρωτὴρ.
ἐν Βατράχοις, v. γωνιασμὸς. ὀρχηστὰ ζεύγη.
Γεωργοῖς, v. κωδία. Σηράγγιον.
ἐν Γήρᾳ, v. σκαφίον. τῆπες.
Γηρυτάδῃ, v. βωμολοχεύεσθ. ἑρμαῖς. Ναΐς.
Δαιταλεῦσιν, v. Ἀλίπεδον. ὑπόπεμπτον. Θῆπες καὶ Θηπικὸν. κιγκλὶς. Ναυπηΐκαι.
Δαναΐσιν, v. ἐχῖν῾.
ἐν Εἰρήνῃ. v. γύλι῾, χρυσὶς.
Ἥρωσιν, v. πυελίδα.
Θεσμοφοριαζούσαις, v. ἀμφιδέαι. βυλεία. Ἰωνικὸς. Φασκώλιον.
ἐν ταῖς δευτέραις Θεσμοφοριαζούσαις, voce Πύλαι.
Ἱππεῦσιν, v. ἐλεοκόπων. ῥόθιον.
ἐν Κωκάλῳ, v. πώμαλα.
Λημνίαις, v. ἀρκτεῖαι. μέταυλος.
Λυσιστράτῃ, voce ἀμοργὸς. ὀρχηστῦαι. Κωλιὰς.
ἐν Νεφέλαις, v. ἐπιῤῥόμβ῾. ἐπαθᾶθ. ξυσὶς. Φελλέα. χρῆσαι.

ὁλκάσιν, v. ὑπήγυον.
ἐν Ὄρνισι, v. ἀγυιᾶς. ἀετὸς. νοθεῖα. ἀπερμολογ῾. χερνίβων.
Πελαργοῖς, v. οἰκίσκω.
ἐν Πλούτῳ, v. καταχύσματα. Ναΐς. ξενικὸν ἐν Κορίνθῳ.
ἐν Σκηναῖς καταλαμβανούσαις, v. δήμαρχ῾.
ἐν Σφηξί, v. ἀγυιᾶς.
Ταγηνισταῖς, v. ἀπολαχεῖν. κύπασις.
Τελμισεῦσιν, v. σιπύα.
ἐν Τελφάλητι, v. Διὰ μέσυ τείχους.

ARISTOPHANES GRAMMATICUS v. ἔργα νέων. ἀπεκώνα.

ARISTOTELES v. Ἀπόλλων Πατρῷ῾. ἐμβεβλημένα. ὑπομελητὴς. ἐμπορίυ. καὶ δὲ &c.
ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ, v. ἀγορανόμοι. ἀδύνατοι. ἀντιγραφεύς. ἀποδέκται. ἀπόρασις. ἀσύνομ῾. βυλεύσεως. γραμματεύς. δατεῖσθαι. δέκαζων. δήμαρχ῾. Διαιτηταί. Διαμετρημένη ἡμέρα. δωροξενία. εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν. Ἑλληνοταμίαι. ὑπὸ Δελφινίῳ. ὑπομελητὴς τ῀ μυστηρίων. ὑπὸ Παλλαδίῳ. ὑπόστατος. εὐθύναι. ἐπὶ ξύλ῾. Θεσμοθέται Θῆπες καὶ Θηπικὸν. ἱππάρχ῾, & ἱππεῖς. κῦρβις, & κυρία ἐκκλησία λίθ῾. λογισταί, καὶ λογιστήρια. μετρονόμοι. ναυκραρικὰ. ὀπτῆρες &c. παράδρ῾. πάρεδρος.

πεν

πενταετηρικοὶ ἀγῶνες. πεντάθλους. πολέμαρχος. πεζέδροι. πεντετηρίδες. πολῖται, καὶ πολιτήριον. σῖτος, & σιτοφύλακες. στρατεία ἐν τοῖς ἐπωνύμοις. στρατηγοὶ. τριήρεις. τετρακόσιοι. πεζυπημένοι. τελῶναι. φύλαρχος.

ἐν τῇ κοινῇ Ἀρκάδων πολιτείᾳ, V. μύριοι ἐν μεγάλῃ πόλει.

